DIRECTORIVM
PRAXIS CIVILIS
ORDINARII IVDICII,

Eiusque germanus nucleus, tùm M. C. Vicariæ tùm S. R. C.

TYRONIBVS, ET PROCVRATORVM VICES exercere cupientibus pernecessarium.

AVCTORE

GREGORIO MOTILLO
I. C. CAPVANO.

Accessit nuper eiusdem Auctoris decem comparitionum iudicialium Archetypus cum suis obseruationibus, & annotationibus.

Opus nouas, & noua methodo tractatas practicabiles continens quæstiones

Cum suo Indice locupletissimo,

SVPERIORVM LICENTIA, AC PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Typis Regię Curię Ægidij Longhi MDCLXXI.
SVMPTIBVS IGNATII RISPOLI.

ADMODVM ILL. DOMINO

THOMÆ DE LVCA

IVDICI M. C. VICARIAE

In Ciuilibus, ac Tribunalis Regiæ Reuiſionis Fiſci Patrono.

IGNATIVS RISPOLVS FOELICITATEM, P.D.

Concomitantur in te nobiliſſima animi dos, eximia virtus, & publicum munus rectè iudicandi, quod ſumma vigilantia, integritate, & iuſtitia tribuis cunctis: diuinum hoc potius, quam humanum exiſtimari oportet; fuiſti retro elapſis temporibus [illegible]rui nominis Aduocatus, ſed veritatis ſectator, cùm te conſulerunt peritiſſimi viri, quinnimò, & ipſi Magiſtratus in abſtruſioribus quæſtionibus, quæ in foro Neapolitano agitabantur; quapropter ad Iudicatum M. Curiæ de motu proprio Excellentiſſimi Comitis de Piñeranda Proregis huius Regni fuiſti cooptatus; & deindè te in Numeratorem elegit in Prouincia Barij in locum meritiſſimi Conſiliarij Dom. D. Thomæ Carauitę electi per prius Numeratoris in dicta Prouincia, vna cũ alijs Conſilia-

filiarijs,qui postea redierunt de ordine Suæ Catholicæ Maiestatis ad subeundum eorum munus propter celerem causarum expeditionem, quam quęrebant litigantes; & cum eadem Numeratione tibi commissa, quam plura negotia fuere, quorum gratiæ quamplurimæ tibi fuerunt redditæ ab Eminentissimo Cardinali de Aragona Prorege huius Regni, quarè deindè ad Regij Consiliarij dignitatem fuisti apud Catholicam Maiestatem nominatus,quamuis non electus,ex quo alij maiorem fortunã in Supremo Consilio habuerunt:sufficit enim meruisse. Deindè ab Excellentissimo Dom.Don Petro de Aragona fuisti creatus Fisci Patronus in Tribunali Regiæ Reuisionis ob occupationem Dom. Præsidentis Astuti, quo tempore hòc munere, & antea fungebatur, exercuere etiam idem munus Dux Diani dignissimus PræsidensRegiæ Cameræ, & Dominus Regẽs Marcellus Marciano iunior tempore,quo erat Fisci Patronus Regiæ Cameræ, & in ambobus muneribus, tàm iudicatus M.Curiæ, quàm Fisci Patroni Tribunalis Regiæ Reuisionis satisfecisti Regi, & Publico non sine admiratione: quapropter omnes clamãt,atq;exoptãt te ad maiora promouẽdum, & præsertim tui familiares, & Consanguinei degentes in Ciuitate Męlphitti, & ipse magis ex toto cordis affectu ob obsequium, quod tibi debeo,& profiteor. In cuius testimonium hoc nouum opus Practicę M. C. & S.R.C. Tribunalium adhuc desideratum tibi offero: complectere rogo, vt tui nominis splẽdore prodeat munitũ:sic enim vt vt est, accipietur à plurimis, negligetur à nemine, & quot sunt in eo notæ tot Dominus tibi concedat incolumitatis annos.

GRE.

GREGORIVS MOTILLVS

Ad Directorium suum.

IAm fili meorum laborum adoleuisti : iàm mea sententia tibi modus impositus : vndè mecum non est immorandum , quippèqui in lucem editus, aptus sis longū Terrârum Orbe iter emetiri ; proindè te tui iuris efficiam . At prius quam enim e meo rudi hebetique ingenio prodires,te Summo Deo,eiusq; Sanctissimæ,Purissimęq; Mariæ Matri,sine originali labe conceptæ meæ pijssimæ, ac præcipuæ Aduocatæ obtulisse memini , eam ob causam ijsdem dico,& offero alatrantibus canibus rabido ore in te forsan seuientibus vindicaturis ; te denique emancipo , quæque tibi bona constent , ea tua paterna sint, & quo illa tu vti præclarus custos, vt decet,tuearis,quæ sequuntur præcepta , ijs te impartitum , ac donatum volo:quibus tùm demū, cum res,tempusque feret vtaris;velim primùm habeas,cuncta opera, cunctasque humanas rationes columnijs obnoxia: ac in eis genuinum ab æmulis frangi solere,quia (vt in suo prologo sub calcem Magister sententiarum habet)*dissentientibus moribus, dissentiens quoque fit morum sensus* , aut potiùs inquam *animi mores naturales corporis sequuntur temperamenta* . Plurimorum ergò morsibus obycieris , qui aliquando inuidia ducti, quod assequi non valent id vituperant ; hilari tamen esto animo , etenim intra Patrium locum iuuentuti recto sensu,puroque animo olim accipieris.extrà verò dignis hospitijs,magisque assiduis visitationibus decorabere . Caue nè à tuo lepore,aut humilitate facessas;Et donec amicitias non contraxeris,si quis erit,qui curiositate motus de tuis genitoribus doceri velit , ex multorum te annorum studio, & labore Patre,voluntateque Matre te ipsum iuuandi ortum habuisse respondeas . Sin iuuenum forsan interesses cætui,qui vix Philosophiæ lacte moralis exucto,suo tamen insito fastu in te petulentia inueherentur : dic,vt priùs legant , quam susque deque habeant,ne aliena opera haud cognita,falso iudicio,imò infensa arrogantia damnare videantur ; id ni exequuntur,dic,vt ab Isocrate loqui , atque silere discant , & ne præsegerere magistros audeant,vbi coguntur se esse discipulos , aut tumet taceto , quoniam si ab indoctis nil pensi habitus non excandescas,aut à probis elatus non superbis, laudabere ; cœteri verò si diuersitate formulæ lectum non probarent,dic vsū loquendi diuersum,vt ex *Horatio in poetica*,ibi *si volet vsus,quem penes arbitrium est, & ius , & forma loquendi* . Et proprium naturæ est quotidiè properare nouas edere formas *l.2.vers.sed quid diuinæ,C.de vetere iure enucleando*. Viue ergò lætè,velut synapi cresce ad maiorem tui , ac mei Summi Regnatoris Olympi gloriam,& laudem , qui tuos iuxtà progressus per meam imbecillem dexteram augeat , atque defendat . Vale Fili,fili vale.

EMI.

EMINENTISSIME DOMINE.

IN Congregatione habita coram Reuerendissimo Dom. Vic. Gen. Neap. de ordine Eminentissimi Domin Cardinalis Caraccioli Archiepiscopi Neapolitani, sub 17. Aprilis 1670. fuit dictum, quod stante absentia sup. Dom. Can. Curtij reuideat Reu. D. Ioseph Spera, & inscriptis referat eidem Congregationi.

Metellus Talpa Vic. Gen.

Franciscus Guarinus Soc. Iesu Dep.

REVERNDISSIME DOMINE.

DEmandatum mihi reuidendum Opus Directorium Praxis Ciuilis Ordinarij Iudicij inscriptum; magno cum noua, & ingeniosissima methodo elaboratum per I.C. præclarissimum Capuanum Gregorium Mutillum accuratè perlegi. Cumq; haud habeat Sanctæ Fidei, bonis moribus, Ecclesiasticæq; iurisdictioni obnoxium, (immò maximæ vtilitati omnibus, tàm Tyronibus, quàm etiam, & causi dicis ipsis Antiquioribus in foro versātibus admodum profuturum) ipsum prelo dari posse censeo ad publicam vtilitatē, si Dominationi Tuę Reuerendissimæ, quàm veneror ità videbitur: ex Ædibus nostris die 22. Maij 1670.

Dominationi Tuæ Rev.

Aditissimus Seruus.

Ioseph Spera Sanctiss. Gen. & Vniu. Inquisitionis de Vrbe in hoc Regno Neapol. & Curia Archiepisc. Neap. Ord. Consult.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 22. Septēb. 1670. fuit dictum quod stante relatione supradicti Reuisoris imprimatur.

Metellus Talpa Vic. Gen.

Franciscus Guarinus Soc. Iesu

Magnificus D. Bartolomeus de Luca videat, & referat in scriptis.

Ga[illegible] Reg. Carrillus Reg. Nauarra Reg. Capibl. Reg. Ortiz Cortes Reg.

prouisum per S.E. Neap. die 11. Mensis Martij 1669.

Barrilis.

ECCELLENTISSIME DOMINE.

PRacticam Ciuilem S.R.C. & M.C.V. cum aliquibus suis comparitionibus ab V. I.D. Gregorio Motillo factam Ecc. V. iubente vidi, & in eis nihil, quod iurisdictioni Regis Nostri aduersetur inueni ob quod Typis cudendam esse censeo, si E.V. videbitur die 3. Ianuarij 1671.

Deditissimus Seruus

Bartolomeus de Luca.

Visa retroscripta relatione imprimatur; verum in publicatione seruetur Reg. Prag.

Galeota Reg. Carrillus Reg. Capibl. Reg. Ortiz Cortes Reg. Valero Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 5. mensis Maij 1671.

Mastellonus.

V. I. D. LVDOVICI GVERRA

ASTraam quòd passa Themis, conscendere Cœlum,
Nec Terra indigena grata referret opem,
Impia visa diù, donec miserata perentem,
Se natæ officium fas renouare putat.
(Non potis est, cultrix pietatis semper, & aqui
Ingratos titulos, vsque tenere piget)
Hinc propè Cephisum stimulans sua fata, requirit,
Qui meritis genita par queat esse, virum.
Adspirans superi votis, enixa Motillum est,
Cui legum regimen, iudiciýque dedit.
Partenope meritò plaudit, miratur, & Orbis:
Clarior Astrea sustinet iste vices.
En vt iudicium moderatur? vt ordine promit
Actoris munus, Iudicis, atque Rei?
Confusumque chaos, vasta, indigesta que tollit
En iuueni planas explicat iste vias!

Anagramma eiusdem Doctoris Ludouici Guerra.

GREGORIVS MOTILLVS
Literarium Purissimum.
ROGVS GLORIÆ MVLTIS.

EPIGRAMMA.

CLariùs elucent, propè si contraria ponas;
Deficit in magnis parua fauilla focis.
Dum tua nunc confers, aliorum en parta tepescunt,
GLORIÆ, & hinc MVLTIS diceris esse ROGVS.

AD

AD TYRONES IVRIS PRVDENTIAE, ac Praxis ſtudioſos.

CARMEN INCERTI AVCTORIS.

EN tua quæ Theſæi recto veſtigia fila
Obſcurum per iter tramite tuta regent;
En vbi, quæ innumeri paſsim docuere docent que,
In paruum genio contulit hicce ſuo.
Suſtinuit læto Campanus fronte Motillus
Tædia non modica, & longa laboris onus,
Optima ſunt tardo, quæ fiunt tempore: contrà
Quiſquis feſtinat ſcribere, pauca videt.
Digeſsit Praxim, miro Hic ſermone recluſit,
Et modicis legis dogmata plura notis
Nec numeros ſpectabis Tyro, aut pondera lector
Saxo etenim præſtans paruus iapſis erit:
Clam fructus retinet ſeros durabit in annos
Si legis, ipſe ſtudes, præmia certa trahes.

AD GREG. MOTILLVM I.C. CAPVANVM

EPIGRAMMA

V. I. D. Flauij Ventrilij Capuani.

ÆQua nihil MVTI, ſortiris nomina, quando
Ad Citharæ loqueris carmina blada ſonos:
Quidquid tu paſsim dictas, tua dextera ſcribit:
Edocet imbelles, attrahit, atque viros.

DI-

DIRECTORIVM
PRAXIS CIVILIS,

Tùm M. C. V. Tùm S. R. C. eiusque Germanus Nucleus.

Tyronibus, & Procuratorum vices exercere cupientibus pernecessarium,

AVCTORE

GREGORIO MOTILLO

I. C. CAPVANO.

SVMMARIVM.

Iudicij definitio, num. 1.
Ex quibus personis formatur, num. 2.
Iudicium castrensi certamini comparatur; num. 3.
Nobilitas sine virtute frigescit, n. 4.
Procurator in quibus militi assimilatur, n. 5.
Processus quomodo compilatur, ibidem.
Gradus, per quos conditur iudicium, n. 6.
Arma Actoris sunt iura, & actio, rei verò exceptiones, n. 7.
Denunciatio litis fit per libellum, ibidem.
Libellus, ex quibus constare debet, n. 8.
Quibus clausulis in illius conclusione muniendus, n. 9.
In S.C. prima petitio fieri debet per supplicationem
In M.C. & alijs Curijs per comparitionem num. 10.
Et quid in vtraque seruatur? ibidem, & num. 11.
Dom. Regens M.C. non potest sibimet committere causam, ibid.
Formula supplicationis exhibetur, n. 12.
Cur Spect. Præs. S.R.C. in lectura supplicationum titulus S.R.M. adscribatur, n. 13.

S.R.C. præfecto prætorio æquiparatur, ibid.
Formula comparitionis insinuatur, n.14.
Libellus an sit de substantia, nu. 15. Recensentur opiniones hinc indè, quis Auctor conciliat ibi nu. 16. & 17.
Scribentes, quod articuli loco libelli esse possunt, reprobantur, num. 18.
Libellus, scilicet petitio vt cumq; sit de substantia iudicij requiritur, n.19.
Petitio obreptitia, & subreptitia, quæ sit, num. 20.
Procuratores continuò assistere debent in Tribunalibus, & quarè, ibid.

INuocatione Sanctissimæ Triyadis, ac B MARIÆ Virginis, à quibus omnis nostra operatio cæpisse, ac finiri debet, incohamus *Praxis Directorium Ciuilis Iudicij*, in cuius compositione, totâ mea Opera, nè tyrūculi hinc indè vagantes operosū subeant studium, aut diù quæritantes fur furcum inueniant panem, paruo licèt paropside, fercula tamen dulcia, ac nō inutilia eis apponere quæsiui, breuitatem studui, Irenis Lacedemonumque documenta seruaui, vt modernis breuitatem exclamantibus satisfacerem, ità, vt breuitas obscurum non pararet, nec copia fastidium.

Iudicium; alias omittendo definitiones, est quasi iuris status, in quo à
1 iurisdictionem habente, iustitia discutitur, clarè indicat *tex. in cap. forus est de verb. sign.* & ab eodem in verbo, *omni quoque*, edocemur illud *Actore*, nem-
2 pè per actiones, *Reo* per exceptiones, *Iudice* per decisionē causę foueri: adeò vt vna ex hisce personis deficiente, in hoc nostro iudicio, processus, & sententia nulla efficeretur, *Lanfranc. decis. 318. cent. 4.* Sed hic amabo lector obserua, quod penès alios nō reperi, quid sanè sit hic *iuris status*: scias omnia, quę sub sole sunt, ortum augumentum, & statum habere, ità & iudicio sunt principium augmentum, & perfectio; habet principium, cum de lite cogitatur, habet augmentum, cum ille, qui litē est intensurus, per alterius consilium agere decernit, habet tandem statum, cum litis incipiunt effectus, puta quādò coram Iudice comparet, citat, &c. & sic iuris status est propriè illa iuris exercitatio.

Cùm igitur hæ tres personæ sint, quæ huiusce telę iudiciariæ stamina instruēt meritò ergò erit indagandus illius modus, & ordo, vt comperto, ritè, rectèque procedi, ac compilari possit processus.

Ingenuè fateor de nostra Praxi, quā plurimi descripsere Auctores, licèt alij vnum, alij alium carpsere callem, miro tamen ingenio, ac labore diffusius eam ad communem vsum deprompsere: me verò paleam ad eos existimans, non rem melioris conditionis fortasse faciam, sed beneuolæ iuuentę operę pretium mihi suadeo ei faciliorem aperire viam: eò enim magis cupientium addiscere mentes, potius ad breuiorem, atque clariorem, quam ad prolixā methodum sunt procliues: re ideò disposita, compendioso, atque claro non confuso stylo eam digerere ausus sum, & à quoque necessario, in quantum mihi possibile erit non recedam.

Et primum, vt tyronum mentes adęquentur, non ab re huc castrensis aciei
3 figura adduci poterit. Aduocates enim ex verbis in *l. Aduocati, C. de Aduoc. diuers. iudic.* militibus æquiparantur. Milites scimus gladijs, clypeis, thoracibus nitentes, virtutibus, viribusque præditos per ordinatas acies, ac satis structos aggeres victoriæ palma potiituros esse sperare: pari quidem modo Procuratores aduocantes iurisprudentia imbuti, ac reuera sacrarum legum Doctores, non autem laurea tantùm doctoratus insigniti (vt sunt, qui salua pace bonorum, nobilitatis causa tales existimari quiescunt, ignorantes nobilitatem stercus esse, absq; virtutis concomitantia, teste illo grauissimo Aucto-
4 re Hostiense in *cap. venerabilis de præbend.* & quoties isti superbiunt, de nobilitate, aut nobiliori sanguine, de nobiliori stercore intumescere, *idem* affirmat in *cap. Tua de consang. & affinit. col. 2.* & pro hac sētētia iidē *Claudianus* in hemistichio locutus his fuit verbis.

Vir-

Virtute decet non sanguine niti.

Sacris poterunt inquam legibus sibi, & clyentibus proficere, ac huiusmodi rectò ordine sequentium graduum, spē, vitamque laborantium, eorumque posteros defendere, & sententiam, contendentium brauium consequi.

Est igitur tyronibus præsupponendum, ordinem de quo loquimur eodē fere modo se habere, quo miles vtitur ad expugnandam Vrbem, vt indè ea potiri possit; fingatur quæsò militem, 5 vt prælíū consummet per octo aggressus esse transiturum: itá quidem Procuratoribus per octo sequentes gradus aliquando est pergendum, vt ad consummationem, siuè compilationem iudicij deueniant, & indè ad sententiam prosiliant, ex mente *Bart. in l. 1. nu.6. C.de litis contest. & Lessij de iustitia, & iure, lib.2.cap.31.dub.9.n.54.*

Gradus, per quos conditur iudicium sunt v3.

	1 *Libellus*	6 *Publicatio.*
6	2 *Citatio*	7 *Conclusio.*
	3 *Terminus.*	8 *Monitio ad dicendum super expeditione causa.*
	4 *Electio examinatoris.*	
	5 *Citatio testium.*	

De gradu libelli, & eius oblatione.

Milites sub duce callido
Certamen antequam subeant
Poliunt, armaque praparant:
Tyrunculi, itá vos discite
Per nostrum gesturos ordinem
In litium verò regimine
In hoc, vt benè consilia
Intellectuali pralio
Clyenti, & vobis eueniant.

Quisquis non ignorat, iura, & actiones Actorum esse arma, illa verò reorum exceptiones, *ff. de except. l. 1.* & sicuti laudabilis mos est antequā bellum geratur, illius causas suscipiendi denunciare, atque indicere, vt apud *Lilium lib. 2.* ita parti exaduerso sunt prius iura, aut exceptiones denunciandæ per libellum, qui ex his quinque omninò constare debet, secundum *glos. in cap. 1. de libelli oblatione.*

8 v3.	1 *Coram quo*	*Hoc est exprimendo Iudicem, vel Curiam, in qua, vel coram quo cōparet.*
	2 *Quis*	*Scilicet nomen comparentis.*
	3 *Quod*	*Idest, id quod pratenditur, aut petitur.*
	4 *A quo, aut cum quo.*	*Nempè nomen debitoris, seù conuenti, cùm quo lis agitur.*
	5 *Quo iure.*	*Nimirum causam, siuè ius sua petitionis.*

Hac benè si callet componet quisq; libellum.

Quemadmodum apud Logicos argumentum consistit in propositione, minori, & conclusione, ità apud legistas libellus constare debet ex tribus. Primò, ex narratione facti, & talis narratio habetur loco *maioris* 2. ex causa, siuè ex medio concludendi, & hoc medium est loco *minoris* 3. ex ipsa exclusione.

Præter prædicta, debet etiam libellus, (siuè comparitio sit, siuè supplicatio, aut similis petitio, quæ inter se synomina sunt) nonnullis clausulis in postrema ipsius parte esse munitus, quæ 9 forent huiusmodi, *citrà praiudicium omnium, & quorumcumque iurium, &c. saluis alys iuribus, &c. deducent omne ius, &c. isto, & omni alio modo, & forma meliori, &c.* & alię, de quibus agūt *Maranta in sua praxi, p 6 in 3. memb. per totum* & signanter *Scaccia de iudicijs cap.50 num. 26. vsque ad 32. Cardos. in sua summa, n 12. Cacheran. decis. 8. Gratian. discept forens. 322. Gram decis. 19. in fin. Io: Botta consil 55. num. 14 Afflict. decis. 239. num. 4. Gabriel. com. conclus. de claus. cōc. 4. lib. 6. Ricc. collect. 879 effectu 1. Surd. cons. 428. n 19 & cons. 450 n. 23. Dom. Cons. Stayban. iunior. resol forēs. 1229. n. 19. & 24. lib 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 327. in fin. Felin. in cap. inter monasterium de sent. & re iudicat. n. 3. Gallup. in Praxi, p. 2. cap. 1. de libelli oblat. à num. 28. & seq.*

Quibus omnibus seruatis in libelli cõfectione, sciendũ est, quod si lis inchoatur in S.R.C. tunc per viam supplicationis est formanda petitio, vt in *Pragm. 72. num. 21. de off. S.R.C.* quæ priusquam vni ex actorum magistris ipsius S.C. legenda tradatur coram Spectabili Præ-
10 side, & ab eo committenda vni ex Regijs Consiliarijs, cui ipsi videbitur, vt habetur in *Pragmat. 7. num. 1. de offic. Iudicum*, subscribi debet ab Aduocato causæ, vt est prouisum ex mandato Spectabilis Præsidis Marchesij, lato anno 1642. inserto in *secundo volum. Pragmat. cap. 2. sub tit. mihi de visitat. Official.* & idem confirmatum legitur anno 1653. per tunc *Spect. Præs. Trelles, cap. 2. sub eod. tit.* quod fuit emanatum pro executione *Reg. Pragmatica 26. cap. 3. sub tit. de offic. S.R.C.* post modum signata exhibetur legenda, & committenda, vt supra iuxtà ordinatum in dicta *Pragmat. 7. num. 1. de offic. Iud.* commissa denique, & facta ab eodem Actorum magistro, vulgò la prouista, vt sancitum est in *Pragmat. 10. num. 78. sub d. tit. offic. Iud.* exhibetur in banca. Si verò in M. C. V. contenditur, præsen-
11 tatur comparitio vni ex actuarijs ipsius per principalem, aut per procuratorem dummodò sit matriculatus seruata forma *Pragm. 30. num. 3. de offic. Magist. Iustitiarij*, in qua conficienda est per Actuarium presentatio, siuè annotatio per extensũ diei mẽsis, & anni, & nominis, & cognominis, presẽtãtis, vt in *Prag. 10. §. 80. de offic, Iudicum*, & deindè idẽ Actuarius se subscribere debet, vt dispositum extat per *Prag. 13. §. 2. de ordine Iudiciorum*, & *Pragm. 19. §. 18. de offic. Magistr. Iustitiar.* & per ritum M. C. 34. 35. & 36. & postremò exhibenda est Domino Regenti dictę M. C. vt ab eo causa committatur vni ex Iudicibus d. M. C. non autem sibimet, vt in ritu M. C. 16. ibi *Carau. num. 1. & 12. d. Prag. 7. de offic. Iudicum*, & *D. de Franchis decis. 143. in fine*, & commissa semel causa non potest, iterum per Regentem ipsius committi, vt in *Prag. 6. in ordine num. 3. de offic. Mag. Iustit.* quæ in viridi obseruantia existit iussu Excellentissimi Comitis Castilli, olim huius Regni Proregis emanato, sub die 30. Aprilis 1655. de quo meminit *Dom. Cõsil. Pratus in suis responsis fiscalibus respons. 41. num. 7.* est tamen verùm, partibus non conquerentibus posse coram quocumque Iudice procedi, quia omnes sunt Iudices ordinarij.

Quoniã de formãdo, & præsentando libello tractauimus, non graue tyronibus videbitur, si eiusdem exemplar hic inseramus; quoad libellum, qui in S.C. producitur, talis formulę esse potest.

Sacræ Regiæ Maestati.

12 *Supplicat humiliter N. N. dicens annis propè elapsis, Caium suum vltimum condidisse testamentum, in quo vniuersalem hæredem instituit Petrum suũ filium pupillum; conditione tamen adiecta, quod ipsi morienti pupillari ætate, supplicans eius soror succederet in eius hæreditate. Contingit mortis casus pupillaris: quarè Fulanus uti agnatus dicti pupilli succedere prætendit in bonis aliundè ad eundem Petrũ profectis (quod voluntas testatoris, quam iurium dispositiones attenta nullo modo permittunt, propterea intendens prius prouideri facere de curatore hæreditatem prædictam, indeque de eius iuribus experiri in V. S. R. C. & vigore dicta substitutionis pupillaris declarari facere per dictum vestrũ S. C. tã bona d. testatoris, quã eiusdem pupilli ad eum aliundè obuenta, spectare, & spectauisse ad supplicantem, atque adeò virtute illius substitutionis nullum ius super prædictis bonis dicto Fulano cõpetere. Recurrit ad M.V. eique supplicat huiusmodi negotium, vna cum omnibus, & singulis annexis, emergentibus, & dependentibus, ac penitus separatis, vni ex vestris Regijs Consiliarijs melius viso cõmittere, qui ius, & iustitiam supplicanti ministrare valeat, saluis alijs iuribus sibi, &c. hoc, & alio meliori modo, &c.*

13 Illud vnum hic curiosi Tyrones adnorant, quod est titulus inscriptus supra supplicationem scil. (*S.R.M.*) de eo ne mirentur, si Spectabili Presidi tribui

vi-

videatur, ex his enim inferius dignoſcitur: ſciant Sacrum Conſilium Supremi Principis Conciſtorium eſſe, quod pluribus ex iuribus habemus, primò *per tex. in l. pen. §. fin. Refutatorÿ, C. de appellat.* vbi Principis Cōciſtorium Sacrum appellatur Auditorium, nos autē Sacrum Conſilium dicimus. Secundò per *tex. in l. vnica, §. ideoque in fine, C. de nouo Cod. faciend.* in quo habetur Cōciſtorium Principis dici locum, vbi ſedet Princeps, vel Præſes cauſas cogniturus, & iudicaturus, ibi enim Iuſtinianus Theofilum Conſiliarium ſuum Comitem Sacri Palatij appellat. Tertiò, & potiſſimum per *tex. in l. præcipimus 32. addito §. 1. ibi, Sacris Iudicÿs Præſidentes, C. de appellation.* quo edocemur, ſi appellatur ad Principem, ipsū non cognoſcere ex plurium, aliorumq; grauiorum negotiorum occupatione, ſed Præſidem, & Pręfectum Prætorij, quod verificatur in noſtro S.R.C. quod Præfecto Pretorio æquiparatur, vt inquit *Dom. Præſ. de Franchis deciſ. 148. n. 3. & deciſ. 5. num. 2. in fine Theſaur. ſenior. deciſ. 2. num. 1.* eoque magis, quia hoc noſtrum Sacrum Tribunal fuit erectum per Sereniſs. Regem Ferdinādum Primum, vt refert *Surgente de Neapoli illuſtrata, cap. 17. num. 45.* ſiuè per Alphonſum Regem Primum, patrem dicti Regis Ferdinandi, ſecundum *Frecciam de ſubfeudis lib. 1.* qui quidem Reges ab initio Sacro Conciſtoro præerant, & cauſas ſuis audiebant auribus, & reijciebant ad ſuos Conſiliarios, poſtmodum multitudine cauſarum, alijſque occupati negotijs Pręſidentem crearūt, qui eorum loco præeſſet, & cauſas Cōſiliarijs committeret, vt refert *Reg. Capyc. Latro deciſ. 68. num. 8.* hac igitur de cauſa ſupplicationibus legendis titulus prædictus inſcribitur, & Spectabili Pręſidenti dirigitur, quia Principem tunc repreſentat, & in eius locum ſuffectus eſt, de quo latè *Dom. Conſil. Staybanus iunior. vir ſanè doctiſſimus in ſuis reſol. forenſ. reſol. 134. num. 16. & 17.* & ante eum *Pat. Molfeſius conſil 47. n. 9. Grammat. deciſ. 62. nu. 29 & alÿ.*

Quo verò ad comparitionem exhibendam in M. C. V. huiuſmodi dari poteſt exemplar.

14 *In M.C.V. comparet N. N. dicens diebus proximè elapſis Caium ſuum virum ex hac mortali visa diſceſſiſſe vltimo Elogio non confecto, cui anno iàm elapſo per comparentem contemplatione matrimonÿ contrahendi, poſteaque contractis, fuerunt promiſſi in tabulis nuptialibus, & indè pro illarum executione ſoluti ducati mille pecunia numerata, quarè fuit cōparenti conſtitutum antephatum pro tertia parte illorum iuxtà formam Regiæ nouellæ Pragmaticæ cùm obligatione omnium eius bonorum præſentium, & futurorum cum clauſula conſtituti, & præcarÿ, aliÿſque de ſtylo apponi ſolitis, vt ex dictis tabulis, & inſtrumento dotali productis appares, quoniam verà per mortē dicti ſui viri eſt factus caſus reſtitutionis dictarum dotium, & antephati ſolutionis; ideò recurrens ad eādem M.C. inſtat condemnari hæredes dicti N. ad ſibi ſoluendum dictas pecuniarum quantitates, & earum intereſſe decurrendum ratione damni emergentis, vſquequo non fueris ſatisfactum, ac cum eis damna, & expenſas occaſione prædictorum faciendas & pro eiſdem quantitatibus aſſiſtentiam ſibimet præſtari cum facultate vendendi, vel adiudicandi in forma ſuper infraſcriptis bonis, eorumque fructibus, quæ fuerunt in bonis, & de bonis dicti olim ſui viri tempore obligationis, & ad præſens poſſeſſis per infraſcriptos, & interea illorum fructus ſequeſtrari, vt de quantitatibus illorum in partem ſatisfieri poſſit citrà præiudicium omnium, ac quorumcumque ſuorum iurium, quoque modo ſibi competentium, hac, & alia forma meliori, &c.*

In vtroque ergò Libello animaduertis Tyro modum libellandi, & in ambobus clauſulas more ſolito apponendas conſ…c…s appoſitas; cæterū ſi alias cupis formulas præſto tibi eſt *decem cōparitionum Archetypus*, quem præter meam ſententiam poſt hoc opus ſuadētibus amicis lucubraui cum ſuis obſeruationibus; demùm pro corollario huius primi Gradus per neceſſarium cenſebimus quærere, an libellus ſit de ſubſtan-

ſtantia, quoad ordinem iudicij, & an illius omiſſio vitiet proceſſum, & ſententiam?

15 Libellus quidem nulli dubium eſt, quod ſit de ſubſtantialibus huiuſce iudicij, habemus enim expreſsè in *l. prolatam, C.de ſentent.& in cap.1. extra de Libelli oblatione*, vbi *Gloſ. & Auth. offeratur, C. de litis conteſtat.* quod etiã *Hoſtienſis* affirmat *in ſumma in tit. de ſentent.§.qualiter, col.4. verſ. it eſt ordo Azo in ſum. ſub tit.de Iud.in princ.ſpeculator de offic. omn.Iudic. col.1. verſ.2. videndum.* Ratio patet, quia ſuper illo principaliter cauſa, & iudicium conditur, & tùm partibus ex eodem maturã deliberandi occaſio tribuitur, & tùm Iudici, quia modi, & actionis intentatæ, & nunquid ea apta, an non, & ſibi ſit concludẽs cognitio præſtatur, vt indè ſecundum illius formam ſententiam ferre poſſit, ex *tex.in clem.ſapè de verb. ſign.* vbi *gloſ. in verbo pronunciatio, arg. tex.in l.vt fundus,ff.commun. diuid. verbo pronunciatio*, propterea Libellus, & eius ſolemnitas eſt ſubſtãtialis, & omitti non poteſt, & voluit *gloſ. magiſtralis in fine d.c.1.de Lib.obl.* illius ergò omiſſio vitiat proceſſum, & ſententiam.

16 Et licet contrariam ſectati fuiſſe ſententiam videantur *Vantius de nullitatibus proceſs.in tit.de null. ex defectu proceſs.ſiuè ordin.Iudic.ac ſolemn.& forma, &c.num.14.vſque ad num.21.& Maranta in ſua praxi p. 4.n.18.* ſcilicet, quod libellus, ſiuè illius oblatio de ſubſtantia Iudicij non ſit, verùm quod ſufficiat talis, qualis petitio in actis redacta, vt pars ſuper illa cedere, vel contendere decernat, & Iudex ſententiam ſuã formare poſſit per ea, quæ tradit *Cardin. Zabarella in d.element. ſapè*, vbi *gloſ. verbo necaſſario, Alexand.de Imola in l. 1.in princip.col.3.de edend.* qui hanc magis communem teneri, ſeruarique in Praxi, maximè in cauſis ſummarijs fatentur.

Ego tamen à tantorum virorum dictis non recedere intelligo, verùm eorum ſententiam explicare, ac conciliare nitar ad prouectorum beneficium; inquam ergò libellum, ſcilicet petitionem tot requiſitis compoſitam, tot copioſo ſermone, aut concinno ordine contextam, aut ſolemnibus verbis cõfectã, vt antiquitus ſeruabatur (ita vt ſi actor, olim condicens in iudicio à ſyllaba cadebat cauſam amittebat) de ſubſtantia Iudicij non eſse. At pro ſolemni petitione, quæ ſub libelli nomine continetur, ſimplicem petitionem haberi, vtcumque fieri valeat, ſiuè per memoriale, ſiuè per mandatum iuſtificatum, aut per alia ſimilia in modum petitionis redacta, hodiè ſatis eſſe non veremur, vt *in clementina ſapè de verborum ſignif.* ibi *gloſ. verbo neceſſariò in fine.* in qua poſt plures opiniones relatas his verbis Decretalis noſtrã cõfirmat ſẽtẽtiam. *Sed ſi fiat in modũ petitionis apud acta, & non in modum libelli, & ſuper ea lis conteſtatur, credo tenere proceſſum.* Ex quo fit, vt quoties habemus vndè actoris intentionem ſumamus de modo curare non debeamus, & hoc tantũ ſufficere, vt menti *DD. leg. tàm d.cap.1. de lib.obl. quàm d.Auth. offeratur*, ſatiſfiat tenet *Menoch. de Arbitr. Iud. q.* 18. *lib.1. nu.* 8. adeoque hoc veriùs eſt, vt tàm de iure communi, quàm de iure Regni ſanctiones habeamus, quibus iniungitur ſolius veritatis inſpectione procedi, vt in *d.l.1.C.de formulis,& impetrationibus actionum ſublatis, in capitulis, Deteſtantes de quo in ritu M. C. 288.&c.Iſabella, in ritu 289. ibi non obſtãtibus quibuſcumq; libelli ineptitudine, ac nullitate, &c.* & demùm in *Reg. Prag. prima, titul. de ordine Iudiciorum*; ex quorum diſpoſitione patet, libello, & eius oblationi non eſſe derogatum, ideò eius oblationem ſubſtantialem eſſe redicimus, etenim ſi contrarium diceremus directè *d.cap.Iſabella*, contradiceretur, vbi clara eſt conſtituentis, & mandanris intentio, inquit enim *non obſtantibus libelli ineptitudine*, non autem non obſtante libello: itàque libellus, ſiuè principalis petitio non fuit reiecta, ſed tantùm forma illius ſolem-
17 nis, & de ſolemnitatibus dumtaxat locutos fuiſſe intelligo *Marant.& Vantiũ, & alios* quos ipſi allegant; ſolemnitates

In-

iuris ciuilis, quæ antiquitus seruabãtur per dictas nouas sanctiones sublatas esse affirmat *Nouar. super Pragmat. 1. de ordine iudic. coll. 175.*

Quidam ex nostratibus non desunt, qui omninò libellum necessarium non esse existimant, arbitrãtes articulos, aut positiones loco eius haberi posse, pace tamen eorum procedere non posse pu-
18 to, tùm quia ordo, & eius causę, vt suo loco dicemus, ac iura allegata resistunt, tùm quia statuta repugnãt, est benè verùm, cum petitio inepta, aut obscura esset, aut aliquo defectu laboraret, tunc articulis, vel positionibus suppleri posse, tradit *Muscatell. in praxi glos. petitur, sub num 44. & seqq. p. 1. vers. quidquid dixerat, & num.* 48. moueat etiam, quia si in causis summarijs qualis qualis petitio sit, eam opus esse diximus, ex auth. *Imola in l. 1. in princ. col. 3. de edendo,* & in executiuis licet nõ interueniat aliquando aliquod petitionis specimen tamen præsentatio instrumenti liquidi tali casu loco libelli habetur secundum *Afflict. decis. 191. n. 6.* quãto magis in iudicijs ordinarijs, quorum initio alteri de duobus contendẽtibus, ex libello aduersarij consilium capere expedit, an cedere, vel contendere debeat: vt claris indicat verbis, *tex. in cap. 2. de dilationibus,* cuius sectatus fuit sententiam *Gallup. in praxi p. 2. cap. 1. de libelli oblat. num. 15. in fine.*

Ex his concludendum fas est libellum non solemnem, hoc est petitionẽ, quouis modo confectam; dummodò
19 actoris intentio ab ea cõspici possit de substãtialibus pręsentis iudicij omninò esse demonstrant verba dictæ *Reg. Prag. 1. & Nouar. super Prag. 2. eod. tit. coll. 176. num. 6.*

Eò magis, quia inter effectus, quos parit, notabilem existimo illum, neque, vt malę fidei possessio in iudicijs vniuersalibus inducatur statim, ac fuerit notificatus libellus *l. sed si lege, §. si antè, l. item veniunt, §. petitam, ff. de petit. hered.* in particularibus verò iudicijs secus, quia non inducitur, nisi dato termino in causa *l. certum, ff. de rei iudicat. l. penult. ff pro emptore.*

Est mihi postremò aduertendũ procuratoribus, nè obreptitias componãt petitiones, scilicet continentes mendacia fraudolenta, quæ consistunt in fa-
20 cti narratione non autẽ iuris, *l. cũ verò, §. subuentum, ff. de fideicomm. liber. l. fin. autem, §. 1. ff. de negot. gest. l. sed si, §. patronum, ff. de in ius vocand.* aut surreptitias describant, occultando veritatem rei, quia tunc ducatorũ sex pæna mulctarentur iuxtà *Reg. Prag. 10. num. 77 de offic. Iudic.* Secundo, vt scripturas omnes, quæ passim in compilatione iudicij, & in alijs similibus causis sibi notificantur, statim præuia replicatione Porterijs, siuè Alguzetijs restituere debeant, secus totidem pro pæna soluerent, vt mandat *Pragm. 2. de procuratoribus.* Tertiò, quotidiè assistere debeãt in Tribunalibus, vt præcipitur in *Prag. 20. nu. 5. de offic. S.R.C.* vt audire possint citationes, & decreta, cuius memor est *Capyc. decis. 1. in fine,* & hac de causa sciant, quoties deessent, fide duorum Porteriorum, vel Algunzeriorum se in Tribunalibus non visos, nec repertos fuisse attestantium, sui citantur principales, vt alium constituant procuratorem, alias in contumacia contra eos procederetur.

S V M M A R I V M.

Procuratores matriculati, aut Doctores laurea Doctoratus insigniti possunt liberè patrocinari in Regijs Tribunalibus Neapolitanis, n. 1.

Procuratores, vt boni euadãt Aduocati, quid eis sit opus, n. 2.

Procuratoris munus excellens, atque laudabile, ibidem.

Procuratoribus quid sit agendum antequam litem subeant, n. 4.

Procuratorum cauillosorum, & dilationibus non legitimis vtentium, quæ sit pæna, num. 6.

Citatio an sit de substantia iudicij, n. 7.

Quomodo sit notificandus libellus, tàm intrà, quàm extra locum iudicij, nu. 9.

Prouisiones citatoriæ, quæ cum inserta forma petitionis expediantur, generales dicuntur d. nu. 9.

Pro-

Et

*Exceptio carentiæ, incompetentiæ actionis, & iuris defectus, quid inter se differūt, num.*128.129.*&* 130.

Exceptio obscuritatis differt ab ambiguitate, quid ex hoc sentyffet Dom. Consil. Franc. M.Pratus, *& qualis sit Auctoris opinio demonstratur, num.*131.*&* 132.

*Quæ sint exceptiones generales in facto enucleatur, n.*133.

*An quis cum sibi per plura decreta sit ordinatum quod declaret si sit hæres, non declarans intelligatur esse hæres? num.*135.

*Confessio extra iudicialis dicentis se esse hæredem, an sibi præiudicat, n.*136.

*Exceptio laudationis Auctoris, quid differat ab except. nominationis Dñi, n.*137. *&* 143.

*Auctor laudatus non fruitur fori declinatoria, num.*140.

Limitatur in Fisco, & in Neapolitanis, numero 141.

*Hæc exceptio obijci potest, quandocumque num.*144.

*Auctor laudatus, quando post conclusum in causa potest comparendo producere testes, num.*146.*&* 149.

*Quid si esset priuilegiatus, nu.*147.

*Et an tertius post publicationem comparendo pro suo interesse possit testes producere num.*148.

*Reus principalis conuentus si fuerit condemnatus, & congruo tempore litem non denunciauerit Auctori suo an possit contra eum de euictione agere? num.*150.*&* 151.

*Auctor laudatus, an possit appellare à decreto, quod fecit transitum in rē iudicatam? num.*152.

*An hæc exceptio laudationis locum habeat in compromisso, n.*153.

*Acta, quæ fiunt inter actorem. & reū principalem, an sint notificanda Auctori laudato? num.*155.

Exceptio laudationis in Auctorem nō habet locum in actionibus personalibus. n. 156.

Exceptio falsi procuratoris, quæ sit, & contra quem opponi possit n 158.

*Acta facta cum procuratore mandatum non habente, quando sint valida, num.*160.

*An hæc exceptio possit opponi in quacumque parte Iudicij, n.*161.

*Exceptio Procuratoris non matriculati in Regijs Audientijs, & Supremis Neapolitanis Tribunalibus potest opponi quandocumque, num.*162.

*Exceptio mandati, vel tutoris non legitimi quæ sit, n.*163.*&* 164.

*Huiusmodi exceptio considerari potest dupliciter, num.*165.*&* 166. *vsque ad nu.*170.

*Mandatum Procuratoris debet esse in forma valida, num.*171.

*Quid si esset confectum per epistolam, n.*172.

*Exceptio præuētionis æquiparatur exceptioni litis pendentiæ, n.*173.

*Exceptio præscriptionis an detur in Regno? num.*175.

Plura circa eius subiectum narrantur à numero 176. *vsque ad nu.*184.

*Exceptio de iure tertij opposita regulariter non admittitur, n.*185. *limitatur ibidem*

*Declinatoria fori, quando Neapolitani non fruuntur, nu.*187.

Procuratores, & Aduocati operam nauantes Regijs Tribunalibus Neapolitanis fori priuilegio gaudent, nu. ibidem.

*Hac exceptione vidua, & pupilli, minoresq; vtuntur, etiam post conclusionem, n.*188.

Limitatur in vidua, cum de dote exigenda agit, num.eod.

*Exceptio excussionis principalis, quando opponi potest, n.*189.*&* 190.

*Exceptionem adulterij in causa ciuili, sicut vxor contra maritum, ità maritus contra vxorem opponere valet, n.*191.

Exceptionum peremptoriarum nōnulla colliguntur, ibidem.

*Solutionis exceptio potest opponi contra creditorem sui debitoris hæredem absque inuentario, nu.*192.

*Transactionis exceptio. nu.*194.

*Rei iudicatæ exceptio, quando suum sortitur effectum, nu.*195.

Periurij exceptio licet perimat actionem, nō ideo causa amittitur, nu 148.

*Iuris iurandi exceptio, quid differat ab exceptione periurij, nu.*199.

*Et an hæc transeat ad hæredes, num.*201. *&* 202

*Locum habet, tàm in iudicio, quàm extra num.*203.

*Iuramenti absolutio duplex est, n.*204.

Vt obtineri possit iustam requirit causam, & læsionem, nu. 205.

Absolutiones tot esse debent, quot promissiones

De Citationis gradu.

Cum fortis miles igitur
Elato accedit spiritu
Ad bellum, tunc alacriter
Martium indicit prælium.
Ille tuba belligera,
Tu iura tuo aduersario
Libello patefacies,
Vt quod magis expediens
Sibi possit decernere.

OBlato, ac præsentato Libello, obseruatione eorum, quæ diximus ad citationem aduersarij deuenimus; priusquam de ea pertractemus hæc paucula præponam, quæ hic spiritus meus exposcit, vt ex his tyrunculi quātam sint consecuturi vtilitatem, postea non ignorent.

1 Procuratores præcedente rigoroso examine approbati iuxtà formam *Reg. Pragmat.78.de offic.S.R.C.* in his nostris Regijs, atque Supremis Tribunalibus, quotiescunque laurea Doctoratus insigniti non essent, possunt tamen liberè patrocinari pro Clientibus suis, vt in principio infrascriptę *Prag.* declaratur, ibi *si quis fortè non esset approbatus in Procuratoris munere, sed tantùm laurea prædicta Doctoratus, hoc munus exercere ei non permitti intelligat; verùm patrocinari tantùm*, vt in *Prag. Ill.Ducis de Alcalà tunc Viceregis nu. 3. & 4. (quæ est 22. in ordine) sub titulo de offic. S. R. C.* in qua deindè hæc sequuntur verba.

Item, quia non omnibus in S.C. Procurandi Officium exercere fas est, ideò eos

tantùm Procuratores causarum ibidem exerceri volumus, qui priùs ab eodem S. C. examinati fuerint, & approbati. Quoad Aduocatos, quia dum Doctoratus insignia recipiunt examen illud subeunt, propterea aliter examinari non consueuerunt, doctoralibus itaque insignijs decoratis, liceat patrocinari liberè in consilio, & postulare, alijs verò non, nisi secundum formam hic traditam.

Hic ergò mihi liceat tyrones primò admonere, vt in vera Praxi nostrorũ Tribunaliũ acquirenda laborent: multi enim iuuenes, statim ac doctoratus
2 insignibus fuerint decorati, aut quia procuratoris exercitium fastidiunt, aut ad illius examen accedere non audent, nihil intereà pensi habentes, se cum expertis Procuratoribus miscere, vt ab eis de his, quæ ad Praxim pertineant instruãtur, summum aduocationis munus aggrediuntur, & ad illud se peruenisse præsumunt, quarè meritò hic exclamare possem cum integerrimo viro *Afflicto in constitutione Aduocatos lib. 1. de prestat. Sacr. nu. 7.* ibi *Heu quantos ego vidi Aduocatos iuuenes incidentes*, & reliqua, quæ vide: isti enim, scire nolunt, vt quis optimus euadat Aduocatus, necessè priùs esse, vt bonus sit effectus Procurator, aut saltem multis annis laborauerit, atque vacauerit, tũ praxi, tùm illius obseruantiæ; Hoc plurimorum meritissimorum virorum exemplo ad Magistratus fastigia euectorum probare possem, sed eos huc nõ adduco; quia satis notos esse scio, sit mihi huius rei testimonium expertissimus ille, atq; *Antesignanus noster*, perenni memoria dignus, & nostris laudibus non indigens *Regens Rouitus super Prag. 3. num. 22. de procuratoribus, & Dom. Consil. Pratus ad Muscatell. in Glos. veniens versu ad num. 50. circa finem*, nec quis obmurmurare audeat
3 in Procuratorum munus, illud enim, (quod admittitur in dictis nostris Regijs Tribunalibus, non autem illud forense) excellens est, non autem vile, vt validissimis, ac satis claris rationibus, & iuribus probatum est ab eodẽ *Dom. Reg. Rouito in d. rub. de proc. num. 19. &* 22. vbi miro nonnullorum *DD.* aduersantium opiniones cõciliauit contextu, quem indè pluribus alijs prosecutus est auctoritatibus *Laganar. super Prag. 22. de offic. S. R. C. num 4. & seq.*

Secundò, cùm talis sit Procurator, vt iura clientum tueri possit, hoc qui-
4 dem præcipuum præ oculis habere debet, nempè causarum merita diligenter per iuris tramites examinare, ità vt tuta conscientia causam dicere possit: iustâ existente litigandi causa; quo seruato, si modum habeat, quo lites auerti possint, eis insinuere debet, quoniã lites execrãdo peccata minuũtur iuxtà illud Ecclesiast. *cap. 28. Abstine re alite, & minues peccata*; quod non minùs commendant, quam mandant Romanorum iura hisce quidem verbis puro auto describendis. *Non tamen eius factum improbat Prætor, qui tanti habuit re carere, nè propter eam, sæpiùs litigaret: hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur non est vituperanda, tex. in l. item, §. potest. ff. de alienat. iudic. mutandi causa facta.*

Cùm verò esset litigandũ, tunc saltem suos moneat principales, vt ex vrbanitate, si licitè fieri possit, extrà iu-
5 dicialiter suis aduersarijs significent, se litẽ non moturos, si conuenienti dilatione, sint satisfacturi, aut compositurì, nè vllus deindè futurus sit, querelæ locus, vt singulariter insinuat *glos. in l. quidam Hybtrus, ff. de seruitutibus, vrb. prædior.* & ad litteram canit *tex. in l. debitores, C. de pignoribus, & hypoth.* Si autem contra nouerit causa cadere clyentes, eos quæsò dimittant, quamuis auri, & argenti munus offeratur: multos enim perdidit aurum, & argentum *Ecclesiast. c. 8. ò vtinam hodiè à minore, vsque ad maiorem omnes huic vitio non studerent, & à Propheta, vsque ad Sacerdotem cuncti non facerent dolum: exclamat Hyerem. 6.* fugentur ergò iniustæ questiones, & lites: *firma tutela salutis est scire, quod fugias D. Chrisostom. Homil. 11. D. Matthei*: Neque è mente excidat, quod vulgus fatuum, & antiquus ille serpens vobis credendũ proponit, scilicet per cauillationes (*quarũ*

na-

natura est, vt abundenter veris per breuissimas mutationes perducatur disputatio ad ea, quæ clarè falsa sunt, declarat tex. in l. 177. ff. de verb. sign.) aut per iniustas dilationes, dolosaue consilia aliquid sit quærendum nominis, aut famæ, istis enim huiusmodi gloriam quærentibus in futuro sæculo æternã præ-
6 paratam esse pœnam, credidit *Cynus in l. 1. C. vt quæ desunt Aduoc.* & probauit suis sumptubus *Dynus*, qui apparuit in somnis viro sancto, & ei reuelauit fuisse damnatum propter dolosam consultationem, vt refert *Angel. in l. 1. C. de fals. caus. adiect.* consulit *And. Barb. cons. 65. col. 3. lib. 2.* si alia scire cupis ad patrocinantes spectantia adi *Pellicion. in suis ill. quæst. q. 39. c. 1.*

Age iam veniamus ad ea, quæ intermisimus; Præsentato igitur principali Libello in banca, antè omnia citandus est conuentus, siuè reus, in cuius actu sunt plura nobis passim digerenda ad clariorem tyronum instructionem.

Primò videbimus, An citatio sit de substantia Iudicij.

Secundò, qualis sit adhibendus modus pro notificando libello, tàm intrà, quàm extrà locum Iudicij.

Tertiò, quomodò sit facienda citatio.

Quartò, an copia libelli sit danda sumptibus Actoris.

Vltimo, citato reo quid sit agendum.

Quoad primùm affirmatiuè est respondendum, etenim citatio in omnibus actibus Iudicij regulariter iuris di-
7 spositione fit necessaria *l. de vnoquoque negotio, ff. de re iudicata, l. nã ità Diuus, ff. de adopt. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Scaccia de Iudic. c. 68. n. 18.* eaq; inuenta est vti principium omnium instituendarum actionum *instit. de pæna temer. litig. §. vlt.* imò omni iure introductam esse constat primò de iure diuino vt voluit *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo sine figura, col. 2. & Imola in clement. sæpè col. 42. vers. habetur expedita*, & hoc colligitur ex *tex. in c. Deus omnipotens 2. q. 1.* vbi dicitur, quod Deus noluit punire peccata sodomorum, nisi descenderet, de iure naturali per *tex. in Clement. Pastoralis de re iudic.* de iure Romanorum, siuè communi, *d. l. nãm ità, & l. Arrianus, ff. de iure Fisc. l. defensionis facultas, C. eod.* adeò, vt ea deficiente corrueret processus, & sententia per iura supra allegata, prout etiam firmat *Vantius in tract. de nullit. ex defectu citationis, n. 10.* sunt tamen nonnulli casus in quibus citatio non requiritur, vt est videre apud *Nouar. super Prag. coll. 55. per totam, & Tiraquell. comment. in tit. res inter alios acta, versu postremo fol. mihi 19. & seq.*

Quoad secundùm distingues, aut citandus habitat loco Iudicij, vt esset in
8 hac Ciuitate Neapoli, vel eius pertinentijs, aut casalibus, tunc sufficit notificari solùm Libellum, siuè comparitionem, aut supplicationem cũ aduersus petita (qui actus est loco monitionis) aut extrà locum iudicij, tunc siuè causa existat in M. C. siuè in S. R. C., erit expedienda prouisio citatoria cum inserta forma dictæ comparitionis, aut supplicationis, in qua apponi solet terminus, siuè dilatio ad arbitrium Iudicis secundùm locorum distantiam, vt citandus compareat *Nouar. dicta coll. 55. num. 25.* at quantus debet esse talis terminus secundùm dictam distantiam, declaratur per *Scaglion. super Pragm. 2. de ordine Iud. incipiente quilibet agere sub num. 28. fol. mihi 21.* verum quoties terminus prædictus esset, adeò breuis, & impossibilis, vt in eo comparere possit, tunc citatio nulla foret, ostendit *Afflict. decis. 124. n. 3. Vantius vbi sup. num. 67. & Carauita ritu 123. n. 3.*

Hæc quidem dilatio non solùm cõceditur, vt principales rei conuenti cõ-
9 parere possint personaliter ad constituendum procuratorem pænes acta litis motæ, aut accedere non valentes mittant mandatum, eoque præsentato, comparuisse dicuntur *gl.* secũdum me *singularis in l. fin. C. de procurat.* sed etiã vt in eodẽ termino decernere possint, cedere ne, an contendere debeant, vt habetur in *Auth. offeratur, C. de litis contest.* & huiusmodi prouisiones generales dicuntur, cum ad omnes actus, &

ad

ad totam causam ordinentur, itaut nō comparente personaliter, aut per mandatum citato principali, poterit contra eum procedi in contumacia, vsque ad sententiā inclusiuè, & hoc stat pro regula secundum allegata per *Lanfrāeum decis.*42. *cent.*1. *Rouit. super Pragm.* 4. *de ord. Iudicior. nu.*2. & nos infrà plenius differemus.

Verùm est tamen, regulam prædictam multis casibus limitari, prout declarauimus in paruis nostris additionibus *ad quinque recollectiones Praxis de-*
20 *liquidat. Instrumentorum Marci Antonij Calima ad* 2. *Recollect. fol.*6. *&* 7. Primò, cum pendente iudicio compilando, vel compilato in contumacia Iudex tempore exclusus esset, vel magistratu functus, aut alijs districtus occupationibus munus suum non obiret, tunc denuò contumax citari debet coram alio Iudice ad comparendum, & constituēdum procuratorem; *Minadous dec.* 29. Secundò, cum quis citatur ad omnes actus, & non dicitur, vsque ad sententiam inclusiuè, tunc denuò contumax ante sententiam citari debet de *Franchis decis.*457. *n.*1. Tertio, cum citatio fuerit circumducta, & expirata, vt inferius suo loco dicemus.

Contigit anno proximè elapso in M. C. V. cum fuisset pro parte Ioannis Corsale petitum condemnari hęredem
21 D. Sebastiani de Sabellis ad soluendā certam quantitatem capitalis, vna cū tertijs ipsius, & expensis, & pro eisdē quantitatibus assistentiam in forma prestari super quadam domo sita in Ciuitate Capuæ, tunc possessa per Agatham de Preta compilato processu in contumacia cōtra dictam tertiam posseditricem fuisse latum decretum cōtra hęredem, ac pręstitam dictam assistentiam, & denique cum pro executione dicti decreti fuisset ordinata adiudicatio creditori, comparuit dicta Agatha proponendo nonnullas figuratas nullitates præcedente Regia dispēsatione, quod constito de paupertate, d. M.C. iustitiam faceret, & inter alia petebatur nullum declarari decretum d.M. C. ex eo, quia fuisset processum ad decretum diffinitiuum contra ipsam, & ad executionem illius, non citata, nec audita. Pro Agatha interueniebat quidam iuuenis, cuius nomen consultò supprimitur, ego tamen iura creditoris tutabar, ad infringendam nullitatē ex actis constare dicebam; primò, dictam posseditricem fuisse in principio causæ personaliter citatā præuia prouisione eiusdem M.C. & cum non comparuisset veram effectam esse contumacem, prout docet *gloss. singul. in Clem.*1. *de dolo, & contumacia Troysius in ritu* 112. *nu.*3. *&* 13. *& Scaglion. super Prag.* 2. *de ord. Iudic. sub nu.* 44. *fol. mihi* 22. *decis. Bononia* 57. *n.*3. *&* 4. secundò, cum fuisset citata ad omnes actus, vsque ad decreti diffinitiui interpositionem, & vsque ad illius executionem, &c. ideò meritò, ac rectè fuisse processū ad executionem decreti prædicti, ea non amplius citata, prout de stylo ipsius M.C. similibus citationibus praxis inoleuerat, cuius quidem obseruantiam canonizatam adducebam per *tex. in c.* 2. *de dolo, & contumacia in verbo non temeris* vbi additio ad *Glos.* his attestatur verbis, *quod quando ad certum actum, vel articulum facta est citatio indistinctè verùm est, quod dicit glossa, sed si citatus esset ad totam causam, placet Innocentio, quod sine alia citatione ad vlteriora, & ad sententiam procedi possit, vt ibi etiam tenet Hostiensis*, & ex his M.C. sub die 12. Septembris 1668. declarauit nullitates non obstare, de quo decreto fuit etiam pro parte dictæ conuentæ facta relatio in S.R.C. eaque facta per integerrimū Virum V. I. D.D. Hieronymum Acquauiuam Iudicem d.M.C. & causæ Commissarium, extitit illud confirmatum, per remissionem causæ ad eādem M.C. sub die 25. eiusdem Mensis, & anni pænes Actuariū Hieronymum Catanzanum. Cætera de nullitatibus proponendis post decretum vide infrà in *glos. vnica de appellatione, &c. sub num.*148. & signanter *num.*150. *& seqq.*

Quoad tertium scilicet quomodò sit facienda citatio, domi, vel personaliter? Sciendum est regulariter secundū

In-

12 *Innocentij dict. in c. significauit de testi-*
bus, quod notabile habetur per *Abba-*
tem in c. fin. in vltimis verbis de eo, qui
mitt. in possess. citationem fieri debere
personaliter, & in subsidium domi, ve-
rum de iure Regni, altero de duobus
fieri posse modis demonstrat *Prag. 2. de*
ord. Iudiciorum, & hoc obseruatur, tàm
in ciuilibus, quàm in criminalibus iu-
dicijs testatur *Io: Ant. Palma in sua Pra-*
xi rerum notabilium iuris communis, &
Regni p. 2. glos. 20. num. 6. & 12. Nota
hic, si quis fuisset citatus domi solitæ
habitationis, & in relatione Nuntius
13 dixisset eum citasse modo, & forma, vt
supra, non explicando formam citatio-
nis, huiusmodi valere citationem, vt se-
mel, iudicatum extitit per S. C. apud
D. de Franchis decis. 322. communiter
ab omnibus secuta inquit *d. Palma d.*
glos. 20. num. 10. & iterum clarius apud
Reg. Sanfelicium decis. 325. p. 2.

Est aduertendum, quoties extrà lo-
cum iudicij sit aliquis citandus per Nū-
tios, siuè seruientes curiarū, tùnc duo-
rum testium interuentu, ac scribere
14 scientium fieri debere citationem, vt
ea peracta testes ipsi se in relatione
Nuntij subscribant, si verò scire scribē-
tium copia haberi non potest, sufficit
demandari citationem coram duobus
testibus, licèt scribere nescientibus, at
in relatione mentio fieri debet N. de N.
fuisse citatum domi, vel personaliter
in præsentia dictorum testium expres-
sione nominum, & cognominum eorū,
vt declarat *Pragmat. 2. de ord. Iudic.* ho-
diè verò, vt obseruaui, siuè sit, siuè de-
sit copia testium scribere scientium, sat
est Nuntium referre citasse N. de N. co-
ram duobus testibus appellando eos
per nomina, & cognomina, de quo
etiam testatur *Rouit. super Pragm. 2. n. 3.*
de ord. Iudic. hoc regulariter obseruatur
quoties expediuntur prouisiones cita-
toriæ, limitatur tamen cum citationes
fierent per Porterios S.R.C. tunc enim
interuentus testium non requiritur, vt
per *Prag. 28. de offic. S.R.C.* prouisum est
de qua meminit *D. Reg. Rouit. sup. Prag.*
3. de citationibus nu. 17. & Cons. Franc.
Maria Pratus ad Praxim Muscat. glos.
intimato versu ad nu. 9.

Cumque verò citatio demandanda
sit loco Iudicij, requisitum Pragmaticæ
prædictæ non expostulatur, quia in
dubio creditur Nuntio dicit *Felin. in*
in cap. 1. de Iudic. & notat *glos. in cap. cū*
parati de appell. & sic in nostris Regijs
15 Tribunalibus practicatur, de quo pa-
riter testatur *Muscat. in d. glos. intima-*
to num. 18.

Quid foret seruandum, si citandus
vnam in Regno domū haberet, in qua
nec ipse, nec quis de sua familia repe-
riretur? tunc secundum tradita per *Af-*
16 *flictum super constitutione litterę n. 5.*
versu, sed si non haberet, & nu. 10. versu
sufficiat ergò, expediuntur prouisiones
in quibus apponi debet terminus die-
rum 30. vel 40. Iudicis arbitrio cum
peremptorio ad comparendum; dein-
dè publicatur in eadem domo citandi
coram duobus testibus, & Iudice ad
contractum, & notario, & coram eis
publicatæ affiguntur in porta eiusdem
domus, de qua publicatione, & affi-
xione, post nonnullos dies publicus
actus fieri debet, in quo mētio fiat spa-
tij temporis, quo dictæ litteræ affixæ
fuere, quo peracto, huiusmodi actus
copia præsentatur in banca, & ità ad
vlteriora proceditur.

17 Si verò citandus vagans sit, itaut
domum permanentem non habeat, tūc
citatio per edictum seruatur, affigenda
loco publico, quo homines conueniūt,
& vbi citandus sępiùs videri solet *Af-*
flict. vbi sup. num. 7. cui addo *Bal. in l. si*
quando in vlt. col. C. de test. & est pro
eo argumētū in *l. si dictum, in §. si præ-*
sente iuncta glos. ff. de euiction. verum
ante dictam citationem per edictum
constare debet præuia informatione
de loci incertitudine secundum *Reg.*
Sanfelicium in Praxi sub tit. de ord. pro-
cedendi n. 17. fol. mihi 149. Hæc eadem
citatio obseruatur in citationibus con-
trà incertos interesse prętendentes, vel
putantes testatur *Nouar. super pragm.*
de citationibus coll. 55. n. 80.

Sub silentio non inuoluam modum,
quem docto Præsule annuente practi-
caui, quò faciliùs, absque implicatio-
ne

ne, & animi perturbatione citatio de-
mandari possit executioni in aliquam
illustrem, & perpotentem personam;
licèt secundum *Andream de Isernia*
18 *coll.10.de milite Vaxallo*, quem sequi-
tur *Nicolaus Ruffus super præfata consti-
tutione* cùm dubitatur quin citatio ex
potentia citandi exequi possit, affi-
gi debet loco propinquo, tamen theo-
rica Andreæ in hoc nostro Regno vsu
recepta non est, quia in citationibus,
quæ expediuntur aduersus tales potē-
tes à nostris Regijs, & Supremis Tribu-
nalibus, illud quod dicit, practicari
dedecet intuitu Principis, qui vices, &
voces Sacræ Cæsareæ Maestatis obti-
net, sub cuius regimine vaxallis degē-
tibus, maior non præsumitur adesse
potentia, quā illa nostri Principis, vt
per *Mastrill.decis.Sicil.*205.*p.*3. ideoq;
quoties euenerit talis casus, citatio, si-
uè prouisio expedita committenda est
alicui Regio Officiali viciniori citādo,
adiūcto particulari Principis iussu, & sic
haud mora datur illi executio.

Hac item pergerem, si citandus es-
set feudatarius, qui, vel pre timore,
aut absentia alibi citari non posset pre-
terquā in loco feudi, licèt ibi ex præsū-
pto domicillo citatio admitteretur, vt
19 tenet *Anna sing.* 163. quē sequitur *No-
uar super Pragmat.*2.*de ord. Iudiciorum,
coll.*176. *num.*4. cæterum, si de alijs ci-
tandi rationibus quæratur, ad *Nouariū*
est recurrendum in *d.coll.*55.*per totam,
& ad Muscatell. in Praxi, glos.intimato
p.*2.*n.*11.*& seqq.*

Quòd ad quartum, est sciendum re-
gulariter sumptibus Actoris Libelli co-
piam dari debere, vt statuit *Prag.* 5. *de
ord. Iudiciorum*, & ità vno ore ab om-
20 nibus *DD.*dicatatur, quos refert *Viuius
decis.*358. & recenset *Reg.Sanfel.in sua
Praxi, sect.* 49. *num.*1. & ratio quæ al-
legatur est, quia per eam reus delibe-
rare valet cedere, an contendere: vt
annuit idem *Viuius vbi supra sub nu.* 3.
& in Regno passim, absque exceptione
seruatur, in pupillis tamen, & in alijs
personis priuilegiatis limitari posset se-
cundum *Albericum in l.*2. §.*potestatem,
ff.qui caus. possess. ca.* In nostris verò
Regijs Tribunalibus non omninò pra-
cticatur, nàm licet aliquandò datur
copia per Actorem notificando reo,
intrà biduum saltem est restituenda,
alias relatio citationis fiet in calce ori-
ginalis Libelli, sæplùs tamen origina-
lis Libellus notificari solet, absq; con-
signatione copiæ, qui statim, aut qua-
dam decentia similiter intrà biduum
à die; quo fit notificatio restitui debet
vigore alterius Pragmaticæ multos
post annos à dicta 5. Pragmatica ema-
natæ, quæ est *sub tit.de Procur.* 2.*in or-
dine*, qua præcipitur, tàm partibus, quā
Procuratoribus statim, restitui scriptu-
ras omnes, sub pœna in ea contenta, &
sic sub earū generali locatione cōtine-
tur etiam libellus, sufficit enim gene-
ralis iussus, *ff.quod iussu,l.*1. §.1. *Episc.
Maranta in suis controu.iur. resp.*1. *nu.*
83.*p.*3. & ratio, qua hodie copia libel-
li non datur, & prædicta *prag.*5.in de-
suetudinē abierit ea mihi videtur esse,
quia satis est reo copiam transcriben-
di libellum intrà dictum biduum dare,
quod notandum existimo, quoniam
neminem vsq; huc de hoc loquentem
reperi.

21 Illudque postremò non silendum,
citationem fieri debere die non feria-
to, & in huiusmodi actu attendēdū esse
locū, vbi fit citatio, non vbi agitur lis,
vt clarè habetur iu *ritu* 116.

Reliquum, quid sit agendum citato
reo modò videbimvs: diximus supra
*n.*8.*versu quoad* 2. cū citādus reperitur
loco Iudicij ipsi notificari libellum;
aut reperitur extrà illum, tunc proui-
sionem cum inserta forma illius, si li-
bellus, biduum; si prouisio, terminus
22 in ea appositus expectatur. In vtroq;
temporis spatio, dies quo fit citatio nō
connumeratur, vt per *Carau. super ri-
tu* 119. *&* 123. elapsoque biduo, si ci-
tatus in loco Iudicij existens non com-
paruerit in quolibet sequenti actu cita-
ri debet, ex *textu in l. De vnoquoque
negotio, ff.de re iudicata*, cuius sentē-
tiæ sectator fuit etiā *Rouit. super Prag.*
3. *de ord.Iud.* & miror de *Gallup.* opi-
nione cōtrarium scribentis in sua *Pra-
xi p.*2.*cap.*4. *de contumacia nu.* 4. à quo
est

est cauendum. Si verò citatio præuia prouisione extra locum iudicij demandata fuerit executioni, & citatus non comparuerit in termino pre-
23 fixo, vel post immediatè, constituitur in contumacia *l. consentaneum C. quomodò, & quando Iudex*, ibi *gl.* & *Bart.*

Et licèt in eliciendis cõfessionibus, aut responsionibus, de iure communi, vt quis in contumacia cõstituatur, vnicà non sufficit citatio, verùm trina requiritur, per *tex. in l. Senatus, §. quod si tribus, ff. de iure Fisci*, & de iure Regni hoc idem expostulat *Rit.* 120. nihilominus in huiusmodi citationibus Iudicij ordinarij secus de iure municipali habetur, vt in *Prag. 3. de ord. Iudic.*
24 etenim citatio prædicta, & si nõ contineat peremptorium continet tamen æquipollens, scilicet quod compareat infra terminum præfixum, alias procedatur in contumacia ad omnes actus &c. & in tali casu idem est, ac si peremptorium in ea contineretur secundum *Afflict. in constitutione edictorum per doctrinam Abb. in c. causam, quæ 2. col. de rescriptis.*

25 Aduersus ergò citatum non comparentem in d. termino accusantur contumaciæ, de quarum ratione accusandarum est notandum, si prouisio citatoria est expedita per M. C. Vicariæ, tunc vltima die termini appositi in ea, dummodò non sit feriata, primam accusari contumaciam per Actuarium, siuè Scribam contumaciarum *Ritu* 123. & *Carauita ritu* 225. & 80. *num.* 1. ibi, licèt dicat *per Actuarium*, non aperiendo, vter sit causæ ne Actuarius, an contumaciarum, tamen Actuarius causæ intelligitur, & quamuis aliquando actus primæ contumaciæ accusatæ fieret die feriato, tamen si citatus comparens non oppone?, valebit actus *Cizzarell. decis.* 61. *nu.* 7. *Afflict. decis.* 133. *Dom. Franc. Maria Pratus Reg. Cons. in nouiss. addit. ad Praxim Muscatelli, in glos. dilatorias versu. Ad hanc glossam p.* 3.

Quomodò accusantur contumaciæ.

Secundà verò contumacia, vt accusari possit, triduum post accusationem
26 primæ contumaciæ labi, ac Curiam pro tribunali sedente pariter erigi opus est, ità vt elapso triduo, & deindè erecta curia poterit secunda accusari contumacia, ad cuius Praxis firmamẽtum diù laboraui, & nihil vnquam inuenire quiui, *Muscatellũ* volutaui, qui de hoc non meminit, in *gl.* enim *veniẽs sub n.* 2. hæc ipse protulit verba. *Quid si reus non venerit in curiam, nec ipse personaliter, nec eius procurator, dic quod efficitur contumax*, & paulò post, *vel exequitur ex primo decreto, vel datur terminus in contumacia ad electionẽ Actoris.* legi *Ritus omnes*, & præsertim 223. in quo solũ de triduo fit mentio, ibi etiam *Carauitam*, qui in hoc speciale non venit, vidi plerosque ex practicis, & neminem de hoc loquentẽ comperi, tu verò, quod supra firmauimus memoria tene, quoniam sic practicatur.

27 Sin prouisio expedita fuerit in S. R. C. primam contumaciam, eodẽ quoque modo accusari, quo suprà demõstratum est, secundam verò elapso triduo post dictam primam contumaciã, vt in *Prag. 3. de ord. Iudiciorum, Carau. ritu* 123. *num.* 8. *Nouarius super Prag. tit. de citation. coll.* 55. *nu.* 5.

Hic primò aduertẽdũ est, quod si cõtigerit primam fuisse accusatam contumaciam, & posteà immediatè comparuisse contumacem, aut eius procu-
28 ratorem, tunc ille, aut iste est audiẽdus in ijs terminis, in quibus causa reperitur, refectis expensis Actori *Carau ritu* 298. *num.* 1. & facit *tex. in l.* & *qui iurat, Cod. de bonis auctoritate Iudicis.*

Secundò, si tempore quo citato reo extrà locum Iudicij fuisset ab ipso replicatum in calce prouisionis, & opposita aliqua exceptio, non aliter comparente, replicatis, aut exce-
29 ptionibus forsan oppositis non obstantibus, contumacias pariter accusari. Etenim per replicationem, aut oppositionem non dicitur, quis comparere, nisi alterum de duobus adimpleat, aut faciat: scilicet, aut mittat mandatum, aut personaliter compareat ad constituendum procuratorem, *tex. in l. fin.*

vbi clarè *glos. C. de procuratoribus*, & secundum hos terminos fuisse casum practicatum per M. C. V. deindè decisum per S.C. in causa *V.I.D. Bernardini Muscatelli laboriosissimi viri* ipsomet testificante in *glos. veniens num. 7. & 8. p. 2.*

Tertiò, si post vnam, vel duas contumacias accusatas, reus comparuerit ante terminum prædictum, posse ab eo exceptiones, quas licebit, opponi præterquam fori declinatoriam, siuè
30 ei competat ex speciali priuilegio, siuè iuris communis dispositione, prout magistraliter tradit *Dom. Consil. Pratus ex allegatis in sua additi. ad Muscatell. in glos. veniens, col. 1. vers. ad num. 5. p. 2. fol mihi* 42. ad cuius cõfirmationẽ affero casum à me practicatum anno 1655. in causa RR. PP. Religionis B. Ioannis de Deo de Ciuitate Salerni cũ Gubernatoribus A.G.P. eiusdem Ciuitatis, qui cũ fuissent conuenti à Prio-
31 re dictorum Patrum ad quandam solutionem tertiarum, citati præuia prouisione expedita in S. C., accusata prima contumacia comparuere petentes remitti causam ad Regiam Curiam dictæ Ciuitatis, ipsa tamen non obstante fuit domi per tũc Regium Consiliarium Aloysium Gamboa causæ Commissarium decretum procedi ad vlteriora, quod contradicentibus Gubernatoribus extitit per S.C. confirmatũ, vt est videre in banca Clauelli penes Ioseph. Gustulũ, ità pariter dicendũ si petatur compromissum, etiam purgata contumacia *Afflict.* 185. ibi *add.*

Hæc tertia tamen animaduersio limitatur quoties quis fuisset citatus coram Iudice iurisdictionem habente statuto restrictam, vt esset si citatus fuisset à Curia Magni Admirati, quæ cognoscit viuentes de arte Maris tantùm, aut ab alio Iudice, qui pecu-
32 liari ex arte viuentes cognosceret, tũc citatus non existens ex illis, atq; adeò extrà iurisdictionem eorũ Iudicis, quãuis contumax, tàm in causa ciuili, quã criminali etiam post sententiam opponere potest de iurisdictione citantis nõ esse, & processum, & sententiam nullam declarari facere, vt *not. Bald. cons.* 352. *lib. 3. Cardinal. Tuscus litt. C. concl.* 1027. *num.* 4.

Operantur præterea cõtumaciæ plures alios effectus, & inter alios, infrascriptos, quos recensemus.

33 Primò, immissionem ex primo decreto, tàm in actione personali, quam reali, vt plenè videre est apud Praxim Regentis Sanfelicij *sectione* 37. & 38. & apud *Pellicionum in commentar. super Prag. 3. & 4. de ord. Iudiciorum, fol. mihi* 30. & 31.

Secundò, cum cõtta cõtumacẽ fuerit cõpilatus terminus poterit contra eũ, vel pro eo ferri sententia, absque alia
34 citatione, per *tex. in in cap. 2. de dolo, & contumacia in verbo non teneris*, ibi *additio ad glossam.*

Tertiò, decretum, vel sententia lata in contumacia non notificatur contumaci, & præsertim decreta M.C. in
35 quibus quoties fuerit processum in contumacia fieri solet lecta lata, quod in tali casu tantùm pluries obseruaui, ad cuius rem faciunt quæ supra dixi *num. 10. & 11. versu verum est.*

Visum est supra, quomodò citatus non comparens sit contumax, & quo quidem modò accusantur contumacię: nunc videndum, an citato reo, & non comparente, si diù Actor supersedisset ad accusandas contumacias, prosit, vel noceat.

Ad id dignoscendum sciant Tyrones, quamlibet citationem faciendam
36 parti diuersę in loco iudicij, siuè intus districtũ durare mẽsem vnum decurrendum à die post notificationem teste, *Carau. in ritu* 123. *n.* 8. quo tẽporis spatio, si non fuerit ad actum aliquẽ processum, eo elapso dicitur citatio expirata, siuè circumducta, & iterum citari oportet, si verò citatio expedita fuerit pro citando reo extrà locum iudicij sub alterius iurisdictione mediate commorante, eaque facta citato non comparente, actor accusari nõ curauit d. vltimã cõtumaciã duorũ mensium spatio, tunc etiam expirata dicitur, facit *tex. in l. & edictum, ff. de iudicijs*, *Carau super rit.* 123. *nu.* 8. *Afflict.*

flict. constit. Reg. Edictorum in 8. q. ver-
sus finem, de qua *Carauita*, ibi, & *Dom.*
de Franchis, decis. 471. num. 1. caue à
Marco Antonio Coda in suo compendio
iudiciarij ordinis cap. 1. sub num. 16. ver-
su factis citationibus, ibi dicente citatio-
nem durare sex mensibus, eoque elap-
so circumductam dici, decepto à *ritu*
121. non autem 122. vt dicit, quia
ipse non aduertit ritum illum esse anti-
quatũ, & nõ seruari, vti nos etiã annui-
mus in *additiuncalis nostris ad Cali-*
nam de liq. instr. fol. 16. col. 2. vers. ad
num. 13.

Alio quoque modo remotis casibus
prędictis, potest etiam circumduci ci-
tatio; siuè sit facta loco Iudicij, siuè ex-
37 trà, vt esset, si Iudex coram quo expe-
dita, ac facta fuisset citatio, delaben-
tibus terminis appositis in ea ad com-
parendum, aut illis elapsis, & decur-
rentibus vno, vel duobus mensibus re-
spectiuè citationũ, vita, aut officio fun-
ctus esset, tunc enim coram alio Iu-
dice successore reum oportet citare,
Cancerius var. resol. tit. de Procur. p. 2.
cap. 14. num. 21. tom. 1.
38 Hic aduertẽdũ statim, ac citatio legiti-
mè facta fuerit, de qua meminit *Guido*
Papa decis. 488. & nos suprà plenè dixi-
mus, induci litis pendentiam, vt est dis-
positum in *Clement. lite pendente nihil*
innou. cum glos. fin. in verbo ad partem
quæ durat donec fuerit in causa lata
sententia, *Afflict. decis. 352. n. 3.* dum-
modò tamen ea non fuerit expirata,
Bald. in l. 1. ff. de in ius vocan. & sic de-
cisum apud de *Franchis, decis. 232. n. 4.*
& 6. Lanfranch. decis. 129. cent. 2. secus
erit in citatione nulla, per quam nemò
constituitur in contumacia, & nullus
producitur effectus, vt per *glos. in cap.*
de causis de offic. deleg.
39 Parit etiam citatio facta, vt supra
plures alios effectus. Primò per eam
incohatur processus *Carau. ritu 299.*
n. 2. item interrumpitur præscriptio 30.
vel 40. annorum, *l. cum notissimi*, vbi
glos. in verbo solam conuentionem, C. de
præscriptionibus 30. ann. quod primò
ampliatur, licèt citatio sit expedita à
Iudice iurisdictione carente *l. si quis*
aliena, ff. de iudicijs Gratian discept. fo-
rens. cap. 98. num. 34. Consiliar. Stayb
inn. resol. 104. num. 60. & 61. secundò
etiã si fuisset perempta instantia perdu-
rat effectus interruptionis secundum
Reg. Reuitum in rubrica de instãtia caus.
non restituen. n. 11. quia effectus prædi-
ctus iã fuit consummatus: secus dicen-
40 dum si fuisset notificata sola citatio nõ
dato termino, siuè non contestata lite
in causa cũ animo prosequendi iudi-
cium, quæ tunc per solam citationem
non diceretur interrupta præscriptio:
attẽta opinione *Dom. mei Consiliarij Io*
Bapt. Hodierna in suis cõtrouersijs c. 13.
41 *num. 48. & 49.* & tandem ea pendente
nihil innouari potest in alio iudicio
parte non citata *Minadous dec. 8.*

Accidere solet, vt post vbi fuerit fa-
cta citatio, partes si causæ Commissa-
rium, vel aliũ Iudicẽ suspectũ haberent, *De suspicione Officialium.*
42 cum recusare possent, & ideò non ab
re hic de Officialium suspicione, quæ-
dam magis necessaria summatim tan-
gere censuimus, dicemus Primò, intrà,
quod tempus proponi debet suspicio.
Secundò, quomodò sit proponenda, &
à quibus. Tertio, quid requiritur, vt pro-
poni possit, & vltimo, quomodò pra-
cticantur suspiciones, tàm aduer-
sus Actuarios, & Scribas à manda-
tis, quàm Cancellarios Regiæ Cancel-
lariæ.
43 De primo sciendum est, suspicionẽ
in personam, tàm causæ commissarij,
aut aliorum Officialium, siuè sit Iudex
siuè Reg. Consiliarius, aut Cameræ Sũ-
mariæ Præsidens, aut quiuis Reg. Su-
premi Tribunalis Officialis intrà termi-
num 40. dierum decurrendorum à die
notificatæ primæ petitionis esse allegã-
dam, vt in *Prag. 15. §. 6. sub titulo de*
suspicionibus Officialium. Limitatur pri-
mò cum petitio non fuisset notificata
ipsi principali, sed suo procuratori,
qui terminum ad denũtiandum petijs-
set, tunc enim 40. dies currunt à die
elapsi termini concessi ad denuncian-
dum dicto suo principali, vt clarè ha-
betur in *d. §. 6.* limitatur secundò non
currere terminum 40. dierum à die no-
tificatæ petitionis, quoties suspicio su-

44 peruenisset in causa post vnum, vel plu-
res Iudices, vel Consiliarios, &c. sci-
licet postquam vnus, vel plures Iudi-
ces ceperint possessionem in aula, vbi
introducta est causa, tunc quidem 40.
dies currunt à die captę possessionis di-
ctorum Iudicum, *in eod.* §.6.

Limitatur tertiò, si in aula, vbi cau-
sa tractatur superuenisset nouus Iudex
pro adiuncto, aut ex vnione aularum,
45 eo casu 40. dies currũt à die, quo fue-
rit notificata prouisio adiũcti, vel vnio-
nis aularum, *ibidem*, Verùm si accidit,
vt in causa decidenda suffragia fuissent
paria, ex quo essent alij Iudices admit-
tendi, hoc casu suspicio in personam
eorum, qui essent adiungendi non po-
terit proponi, nisi ante nominationem
eorum, vt in *Pragmat. 4. num. 1. de dila-
tionibus.*

Hic vnum aduerto, quod est, ante-
quam prædicta *Prag* 15. prodiret, dila-
tio, quæ erat concessa ad proponendã
suspicionem, vsque ad conclusionem
inclusiuè perdurabat ex obseruantia
alterius *Pragm.* 8. latę anno 1585. *sub
num. 1. circa medium eod. tit.* vndè eo
tempore minores, alięq; personæ pri-
uilegiatæ, non obstante dicta dilatio-
ne poterant, quandocumque per viam
restitutionis in integrũ suspiciones prę-
dictas proponere, vt habetur pænes
d. de Franchis decis. 431. & ratio erat,
quia non erat sublatum dictum reme-
dium, anno verò 1611. emanata fuit
d. Prag. 15. Comite de Lemos Prorege
huius Regni, per quam *nu.* 7. fuit or-
dinatum, Iudices, qui in prima instã-
tia suspecti non fuerunt habiti, pro su-
spectis in causa appellationis, & recla-
mationis, aut nullitatis, aut restitutio-
nis in integrum petitæ aduersus sentẽ-
tiam allegari non posse, præterquam
si causa suspicionis de nouo superue-
niret, quia tunc etiam elapsis dictis 40.
diebus vt supra, potest proponi intra
alios 30. dies decurrendos à die, post-
quam superuenerit dicta noua causa,
hactenus *numerus 7. d. Pragm.* 15. elap-
sis verò terminis prædictis, amplius
proponi non posse decreuit suspiciones
prædictas de præterito, neque per viã
restitututionis in integrum, vt ibidem
num. 9.

Hinc fit, vt sit cauendum, tàm ab
Episc. Ricc. in collect. dec. p. 6. coll. 2118.
*circa finem, vers. etiam materiam suspi-
cionis*, quem latuit *d. Pragm.* 15. quam
ab alijs addentibus ad *Dom. de Franch.*
qui adhuc putãt posse minores, aliosq;
priuilegiatos, quandocumque suspi-
ciones proponere.

Et licèt anno 1660. in causa Hospi-
talis A.G.P. huius Ciuitatis Neapolis
cum Illustri Marchione Curiaci fuisset
post sententiam latam cõtra dict. Sac.
Hospitale in gradu restitutionis in in-
tegrum per idem petitæ, proposita, &
admissa suspicio in personã, tunc Reg.
46 Consil. Hortentij Pepi, post modum
R.C.S. Præsidis per quã decreto S.R.C.
dictum fuit, quod non interuenirer, nõ
ideò existimandum est, remedio dictę
restitutionis in integrum quandocum-
47 que pro allegandis suspicionibus esse
locum; quia suspicionem propositam
in dictũ quondam Consiliarium à di-
cto Sacro Hospitale, omninò tunc de
nouo emersam esse dicendum est, non
autem erat de præterito, & post alap-
48 sos terminos contentos in dicta *Pragm.*
15. vt de decisione prædicta est videre
in banca, olim de Fusco, & hoc quod
significamus de restitutione in integrũ
non admittenda *Reg. Rouit. monuit su-
per Pragm. 7. n. 1. eod. tit.*

De secundo est obseruandum suspi-
cionem prædictam proponendam esse
decentibus verbis alias non admittitur
vt dicta *Pragm.* 15 *num.* 10. & in illius
propositione species esse declarandas,
si ex inimicitia, aut cognatione, affini-
tate, compatratu, aut alijs de causis
vt eadẽ *Prag. num.* 15. *&* 17. *&* 18. At
quot possunt esse huiusmodi causę le-
gitimæ ad Iudicem, vel Officialem re-
cusandum adi *Brogninum Caualcanum
in tract. de contractibus decis.* 28. *p.* 2.
fol. mihi 160. *Reg. Sanfel. vbi sup. Rouit.
in Prag. 1. de suspicion. Offic. num.* 49. *&
Nouar. super Pragmat. collect.* 214. *eod.
tit.* vbi octoginta quatuor enumerat
49 causas, & Postremò *Dom. meum Reu.
D. Franciscum Verde in addit. ad Gallup.*
in

in Praxi p.1.c.4. de suspic.Iudicis.

At priusquam proponatur petitio, aut memoriale tale continens suspicionem, illa, aut illud subscribi debet propria manu ab Aduocato causæ, secus non admittitur, verùm, si Aduocatus subscribere se nollet, poterit in tali casu principalis se subscribere, sed pœna erit duplex, vt inferius dicemus.

50 De tertio, vt proponi possit suspicio sunt infrascripta obseruāda secundum intelligentiam infrascriptarum Pragmaticarum, quas non bene considerasse, & concepisse reperi *Iulium Casarem Galluppum virum sanè doctum in sua Praxi S.R.C. p.1.cap.4. tit. de suspicione Iudicis*, *num.* 18. inquit enim ibi si suspicio esset proposita ante dationē termini in causa principali, depositum erit duc. 60. si post terminum predictū erit duc. 200. ad cuius erratum detegendū obseruabis, quod 4.*Maij* 1576. tunc *Marchione de Mondeiar Prorege præsentis Regni* ædita fuit *Pragmat. quæ est 5. in ordine pr. vol. nearum Pragmat. sub tit. de susp. Offic.* in qua clarè habetur aliquem allegare volentem suspicionem in personam *Regentis Collateralis Consilij, vel Presidis S.R.C. aut eiusdem Regiorum Consiliariorum, vel Locumtenentis R.C. eius Præsidum, vel Regentis M.C.V. eiusque Iudicum, & Aduocati fiscalis*, proponere debere suspicionum capita, que priusquam admittantur ea discutienda esse decreuit ab eiusdem Officialibus respectiuè in aula, vbi de suspicione iudicandum esset, itaut si eis videretur non militare, siuè releuantia non esse capita, tali casu allegantem, seù proponentem mulctari iussit pœna duc. 15. applicanda pro medietate Fisco, & pro medietate ministro Regio suspecto; Et licèt in d. 5. *pragmat.* non fuisset explicatum, quando esset faciendum depositum predictū antequam nè discuterentur capita, an priusquam proponerentur, tamen per aliam *pragm. quæ est 10. num. 5. eod. tit.* fuit declaratum illud esse faciendum eodem tempore, simùl, & semel quo proponebantur.

Si verò ipsi fuissent arbitrati capita prædicta esse releuantia, tunc ordinabatur ea admitti, & impertiebatur terminus ad ea probanda, & si fortè non probarentur in dicto termino, aut prosequi negligeretur eorum probationē infrà 15. dies, vt decreuit dicta *pragm. 10. n.3. eod. tit.* tunc pœnam cōtra proponentem non ducatorum 15. sed 50. fuisse mandauit hactenus illa: prodiuit tandem dicta alia *prag. 10. eod. tit.* sub Excell. Comite de Miranda 1594. & fuit aucta vtraque pœna; & vt prius tempore propositionis capitum fiebat depositum duc. 15. fieri iussit duc. 30. & quando capita admittebantur, & posteà dato termino super eis non probabātur, vt ante depositū erat duc. 50. fieri voluit duc. 100. ibi *num.* 5. quod quidem augmentum pœnæ stat adhuc respectu suspicionum, quæ proponuntur aduersus Iudices M.C.V. ciuilium, &
51 criminalium, & Reg. Auditorum Regni, & Rationalium R. C. tantùm vt in *Pragm.* 15. *num.* 3. respectu verò Officialium Supremorum Tribunalium plus satis creuit, vt dicemus, & demū die 3. Nouembris 1612. alia promulgata fuit *prag.* quæ est 15. *eod. tit.* per quam *num.* 2. fuit iterum aucta pœna dictorum depositorum, & ordinatum pœnam dictorum duc. 30. futuram esse duc. 60. & illam duc. 100. forè bis centum hæc actenus in eis.

Breuibus ergò concludam, quod tēpore, quo proponuntur dicta suspicionis capita, licèt dicta Regia *pragmat.* 15. *num.* 2. dictet, depositum faciendū esse duc. 60. & deindè admissis capitibus, mandat illud forè duc. 200. eoq; facto, dari terminum ad probandum dicta capita, tamen veritas est, vt practica docet depositum pro suspicionibus proponendis vnum esse, scilicet, si suspicio proponatur in personam Spe. ctab. Regentium Collateralis Consilij, & Scribę à secretis Regni, Præsidentis, & Locumtenentis, & aliorum Ministrorum S. R. C. & R. C. Summarię, pœna, siuè depositū, vt priùs erat ducatorum centum, vt habetur in dicta *Prag.* 10. *nu.* 5. postea fuit auctum vsq; ad summam duc. 200. *ex Reg. pragm.* 5.

num.

num. 2. qui bis centum partiuntur in duas inæquales partes, hoc est in 60.& 140. de quibus cum proponuntur d. capita fit depositum duc. 60. & propositis capitibus, & admissis, fit reliquum depositum duc. 140. vt inde ad probandam suspicionem impartiri possit terminus. Si verò suspicio proponatur in personam DD. Iudicum, tàm C. V. ciuilis, quàm criminalis, & Auditorum Reg. Audientiarum Regni; & Rationalium Reg. Cam. aliorumque Tribunalium, tunc depositum erit duc. 100. pariter diuidendum, hoc modo 30. cum proponuntur capita, & 70. cum ea fuerint admissa; hæc itaq; si ex dictis Pragmaticis ponderasset *d. Dom. Galluppus*, (quem, & si vita excessit, veneror tamen suos labores) non dixisset, *Si antè terminum proponatur suspicio, depositum forè ducat 60. si verò post terminũ ducat 200.* deceptũ esse credo ex verbis dictæ *Pragm.* 15. *num.* 2. ibi *Da qui auanti si facci deposito di doc. 60. e dandosi il termine, come era la pena di doc. 200. sia da quà auanti di doc.* 200. & nõ aduertit, sua pace terminum, de quo locuta est Prag. esse terminum ad probandã suspicionem, sed credidit fuisse terminum causæ principalis, vt oppositum legitur in dicta *Pragmat.* 10. *num.* 3.

52 Est pariter obseruandum, quod depositum dictorum duc. 200. tunc practicatur cum causa, in qua proponitur suspicio in personam dictorum Spect. Regentum, &c. esset etiam valoris duc. 500. vt in dicta *Pragm.* 15. *num.* 2. verũ si maioris, vel minoris quantitatis foret eo casu Iudices ipsi declarare tenẽtur, vt plus, vel minus depositari possit, vt ibidem est videre, præterea est aduertendum, id quod mandat dict. *Pragmat.* 10. *num.* 6. vbi Iudicibus prohibetur, ne possint ordinare, quod depositum restituatur, non seruari, vt pluries contrarium testatur decisũ per S. C. *Nouar. super Pragm. coll.* 217.

Hisce pœnis etiam Clerici subijciũtur, cum coram Iudice Laico litem habent, vt tradit decisum *Pellicion. in suis*
53 *quæstion. q.* 1. *vers. infertur*. Si verò aduersus consultorem Cappellani Maioris, aut Reuer. Fabricæ Diui Petri, & Pauli proponeretur suspicio, pœnas vt supra relatas locum non habere, testatur *Gizzarellus decis.* 69. *Nouar. in quæst. forens. q.* 160. *p.* 4.

Contra Actorum Magistros S. R. C. & à mandatis Scribas, aut Cancella-
54 rios Regiæ Cancellariç suspicionem proponentes causam illius tantum exprimere, & probare tenentur, absque vllo deposito, vt ex mente *Reg. Tappia colligitur in* 3. *lib. iur. Regni tit. de Official. suspicion. in verbo Official. num.* 50. quod sequitur *Reg. Sanfel. dec.* 287. *n.* 5. *& 6. tom.* 2.

55 Reliquos Actuarios, tàm M. C. quã aliorum Tribunalium solo iuramento recusari nulli dubium est testatur post *Afflict. Muscatell. dec.* 151. *n.* 90. *Carau. super ritu* 265. *num.* 8. *&* 9. *Sanfelic. vbi sup. num.* 7. *Rouit. super Pragm.* 1. *nu.* 19. *de suspic. Offic.* quos sequitur *Dom. Cons. Pratus in additt. apud Muscatell. in gl. sententia, vers. Atidem firmant circa medium*, quibus addo *And. Tyraquell. in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, vers. quod ad recusandũ, fol. mihi* 47.

Erit postremò sciendum à determinatione suspicionũ appellationem non dari, nec reclamationem, ac minimè de nullitate dici posse etiam per
56 viam restitutionis in integrum statuit *Pragmat. præd.* 15. *num.* 23. de qua *de Franch. decis.* 408. *in princ.* verùm nullitates prouenientes ex defectu iurisdictionis, non comprehendi aperit *Reg. Rouit. decis.* 81. *per totam*, de qua etiam cum alijs meminit *Dom. Consil. Pratus in sua additt. ad Muscat. in d. glos. sententia, versu transgrediamur p.* 1. cui conferunt etiam relata per *Minadoum in consil.* 27. *& hæc satis* de Officialium suspicione.

Ordinem ergò intermissum prosequentes ad exceptionũ materiam, quæ citato reo opponi possunt deuenimus: quoties igitur comparuerit reus non effectus contumax ante termini dationem suis vti poterit exceptionibus *Io Andrea in cap.* 2. *de ord. cognit.* Si verò effectus contumax compareret antè

ter-

terminum,vel post immediatè valebit nonnullas alias opponere exceptiones, quæ sibi permittuntur *Bald. in l. quidā consulebant, ff. de re iudic. idem in l. exceptionem, C. de probat.* & ex specificè opponi debent, *Andreol. contron.* 157. *num.* 23. *&* 24. imò oppositæ probari, *l. suus quoq; vers. puto, ff. de hæred. instit.*

Quot verò, & quotuplices sint exceptiones, & quando opponuntur, mo-
57 dò deregemus: scias, exceptionum numerum ferè innumerum esse, ex enim tot sunt, quot actiones, vt habetur apud *Aretin. de exceptionib. n.* 2.

58 Quod ad genus attinet est pariter sciendum, quatuor esse illarum genera, hoc est dilatoriæ, peremptoriæ, anomolæ, & modificatiuæ.

Primo dilatorias huc spectantes attingemus, postea alias passim suo loco.

Plurimæ sunt dilatoriæ exceptiones sed eas tantùm hic dispositè exarabimus, quæ in hoc nostro iudicio frequentiores sunt in huiusmodi ordinem coactæ.

1 *Iudicis incompetentia.*
2 *Litis pendentia.*
3 *Compromissus.*
4 *Feria.*
5 *Reconuentio.*
6 *Exhibitio scripturarum.*
7 *Cautio expensarum.*
8 *Legitimatio personæ.*
9 *Carentia, & incompetentia actionis scilicet notorij iuris agendi.*
10 *Declaratio obscuritatis libelli.*
11 *Declaratio si talis est hæres ex testamento, vel ab intestato, vel si tenet, vel possidet bona hæreditaria.*
12 *Laudatio Auctoris ad suscipiendū litis onus petendo contra ipsum litteras prouisionales expediri instādo interim, quod terminus nō currat si fuerit impartitus.*
13 *Nominatio Domini.*
14 *Falsus Procurator.*
15 *Mandatum non legitimum, vel tutor non legitimus.*
16 *Præuentio iurisdictionis.*
17 *Præscriptio.*
18 *De iure tertij.*
19 *declinatoria fori.*
20 *Excussio principalis.*

Prima Iudicis incompetentia est exceptio, quæ tunc admittitur cum quis fuisset à Iudice citatus, pœnitus, ac radicitus incōpetenti nullā habente iuri- *Iudicis incompetentia.*
59 sdictionem in citatum, vt in *Clem.* 1. *de sequestr. possess. & fructuum. Auth. vt Clerici apud proprium Episcopum*,

Si ergò Clericus, aut Monacus, aut similis citaretur coram Seculari Iudice, nō vti Clericus, aut Monacus, sed vti Secularis valebit citatio, donec non cōstet de incompetentia ex traditis per *Dom. de Franchis decis.* 239. verùm si citatio fuerit facta vti Clerico, &c. ipso iure erit nulla *Carauit. super ritu* 235. *num.* 1.

Aduertant hic Tyrones discrimen, quod est inter hanc exceptionem, & fori declinatoriam, hæc procedit quoties Iudex citātis iurisdictione caret contra
60 citatum, vt supra diximus, illa verò cum quis citaretur coram Iudice, qui aliquam haberet iurisdictionem in citatū, vt si quis de Ciuitate Capuæ mea Patria à M.C.V. vel S. R. C. in ius vocaretur, tunc, quia Tribuualia prædicta sunt suprema, & eis seculares omnes Regni subiacent, licèt alijs iurisdictionibus sint immediatè subiecti, vt notat *Carau. super ritu* 230. *num.* 7. *& Rou. super Prag.* 3. *de offic. S.R.C. n.* 1. *&* 2. declinatoria tamen locum habet per *tex. in l. si quis ex aliena, ff. de iudicijs*, vt de recenti decisum est, in d. S. C. in causa Dom. Marij Lobelli Orsini Ducis Terræ Lanariæ, cum Iosepho Maria Ventura Barone Meneruini: d. enim Dux cum consequi deberet duc. 1500. à d. Ioseph, coque vocato in S. R. C. vbi commissa causa *doctissimo, & integerrimo equiti Dom. meo D. Sancio Lossado Reg. Cons. (quem vires adhuc mihi desunt, vt pro suis commēdem virtutibus)* fuit, termino impartito in calce illius petitum à dicto Barone, causam remitti ad Reg. Audientiam Hydruntinam in Prouincia Litij Residentem, in qua tā d. Baronis, quàm Ducis domicilium, & incolatus erat, vndè auditis partibus fuit sub die 18. Septemb. 1670. per d.

Dom.

Dom. Commissarium ordinatum causam remitti ad d. Reg. Audientiam, & iure optimo, quia id quidem disponitur in *d. tex. l. si quis ex aliena, ff. de iudicijs*, quod indè, cum ab eo fuisset reclamatum per d. Ducem, & obtentum verbum fieri in d. S.C. sub die 24. Octobris eiusd. anni extitit confirmatum; vt liquet in banca Mag. Casalena pro Vēditto penes scribam Flaminium da Fermo;

Obseruant prætereà, licèt exceptio in competentiæ, & declinatoriæ diuersa inter se sortiantur nomina, quod intui-
70 tu opponentium deriuat, nihilominus vtraque ad eundem tendere effectum, quod est declinare forum, quia si opponitur variatio fori per Secularem corā Seculari Iudice, declinatoriā exceptionem vocamus. Si verò obijcitur per Ecclesiasticam personam coram dicto seculari Iudice, tùnc incompetentiam dicimus, *l. 2. C. de iurisdict. omnium Iudicum, c. si Clericus de foro competenti l. Actor, C. de ordine Iudiciorum, Caualcanus decis. 2. p. 1.* Est tamen verum declinatoriam ad secularem pertinentē coram Iudice seculari ex regula *tex. in l. fin. C. de exception.* vbi *Salyc. & alij* opponi debere ante termini dationem, & aliquando si post litis contestationē in continenti opponeretur, non ideò esset reijcienda, quæ enim immediatè fiunt
71 videntur inesse *ex glos. notabili in l. Pomponius, §. natio verbo contestationem, ff. de Procurator & l. Petens, C. de pactis*, & talis est opinio *Afflict. decis.* 185. in cōpetētiam autem Iudicis semper opponi posse etiam post sententiam, tradit, *glos. in clement. 1. de sequest. possess. & fruct* quam validis probat rationibus *Bald. in l. exceptionem, C. de probation.* & vtriusq; cognitio ad Iudicem, corā quo opponitur pertinet, *d. l. si quis ex aliena, ff. de iudicijs. Carol. de Grassis de except. excep. 18 n. 19.*

72 Diximus supra num. 30. hanc exceptionem declinandi ab vno ad alium Iudicem regulariter non habere locum primò, in contumace, quamuis priuilegiato vltra allegata affertur, *tex. in l. de die 8. §. planè, ff. qui satis dare coguntur*, & sic decisum apud *Afflict.* in causa Ciuium Ciuitatis Capuę *decis.* 133. Quod tamē multis in casibus limitatur, primò In Clerico, qui foro suo renunciare non potest per *c. si diligenti de foro competenti* de quo *Afflictus in const. Regni pœnam nouem vnciarum, nu.* 11. etiamsi fuisset heres personę Laicę, *Ca-*
73 *rau. ritu* 234. *n.* 5. secūdò in pupillo, vel minore, per *tex. in l. contra pupillum 54. & l. contumacia 53. ff. de re iudicata*, dùm tamen pupillus ex contractu, vel quasi contractu defuncti dependēte ab officio tutelę, aut alterius administrationis factæ ab ipso defuncto, aut ex iudicio cępto cùm eodem defuncto non conueniatur, tunc enim proprio priuilegio vti non possunt, ex *ritu* 234. ibi *Carau. & Dom. Petra, num.* 13.
74 *& seqq.* iuxtà quem ritum fuit pupillo denegata declinatio fori teste *Vinc. de Franchis decis.* 364. *num.* 7. qui de eodē meminit *decis.* 234. *n.* 4. tertiò, in Barone, aut alio Domino iurisdictionē ordinariam habente in suis vaxallis, quia tunc non obstante contumacia per vaxallum contracta, potest suus Dominus ex suo priuilegio, dummodò clausula priuatiua, siuè abdicatiua in eo cōtineatur, illius remissionem petere refert decisum de *Franchis decis.* 417. *&*
75 541. *& seqq. Muscatell. glos. competentes num.* 46. *& seqq. p.* 2. ibi *Dom. Consil. Pratus, vers. Ad, num.* 48. *Cacher. dec.* 78. *num* 8. Vaxalli enim, absque Baronis, siuè Domini consensu prorogare non possunt Iudicis Regij iurisdictionem, *vt ex Reg. Sanfel. decis.* 29. *num.* 4. & aliorum auctoritate probat *Dom. & amicus meus Domin Blasius Altomare in obseru. ad Reg. Rouit. consilia, obseruat.* 82. *n.* 16. Quartò, cum agitur de vnione actorū, quam cumulationem alij appellant, quia ea in qualibet parte iudicij obijci potest, vt ex pluribus tradit *Carleual. de iudicijs lib. 1. tit. 2. disp. 2. nu.* 10. & in hoc tyrones animaduertant aliud esse litis pendentiam, aliud actorum cumulationem, in illa declinatur forum, in ista secus.

Secundò, cum agitur de litis pendētia post litis contestationem cuius exceptio

ceptio manare potest, tàm ex præuen-
76 tione ex parte rei, quàm ex actione ptiùs intentata ex parte actoris coram alio Iudice, tunc quidem ea non admittitur, nisi ante terminum causæ, secundum *Rouit.d.cons.*88.*n.*8.*& cons.*89. vbi in fine decisum refert, & hoc regulariter ità se habere intelligo, alias nō opposita validè processus cōdereretur, tenet *Felin. in cap. cum M. Ferrariensis num.* 25. *de constitutionibus*, verùm si immediatè post actum litis cōtestationis opponeretur, locum ei esse non vereor, quia totus punctus existit in consentiendo, vel non, actui litis contestationis, per quam iurisdictio prorogatur, *l.si ex consensu, C.de Episc.audien.* ibi *DD.* vt benè annuit *d.Dom.Altomare in d. obseru.* 88. *num.* 9. vndè quoties actui illi, per quem extenditur iurisdictio reus immediatè nō acquiescit, censetur, ac si ante eum, vel in eo obiecta fuisset illius exceptio, ex *d. Glos. not.in l. Pomponius*, de qua supra *n.*71.

Aduertes tamen quod non obstante contumacia possunt forum variare miserabiles personæ, vt sunt pauperes, de quibus agit *Nouar. in tract. de elect. fori quæst.*22. *section.* 4. item impotentes, infirmi diuturno morbo fatigati, & ij, quorum natura ducitur ad miserandū
77 per *tex.in l.*1.*C.quando Imperator*, qui communiter ab omnibus *DD.* ad hoc allegatur: item alij, qui arbitrio Iudicis remittuntur secundum *Muscat. in Praxi glos. priuilegiata num.*1.*p.* 6. ibi *Dom. Cons. Pratus vers. Adeò*, item Ecclesia, vt in *rieu* 33. item Clericus agēs pro bonis Ecclesiæ, secus pro suis, *Vrsill. ad Afflict.decis.*257. item virgo habens patrem *d. Dom.Cōs.Pratus discept. forens.cap.*13.*to.*1. item plures alij, quos recenset *d. Nouar. decis.*1. *&* 2. *allegatis in d.tract.Pascalis de virib. patr.pot. p.*2.*cap.*2. *nu.*89. *& seq.Carleual. de iudic. tom.*1.*lib.*1. *tit.*1. *disp.*2.*q.*6. *sect.*7. *num.*600.*versu ampliat.* quarum personarum priuilegio, licèt *Nouar. in dict. tract.sect.*3.*q.*7. renunciari posse teneat: contrarium tamen defenditur per *dict. Consil.Carleual. vbi supra nu.*528. quarè plures ipse ampliationes deducit, quas adi, quia mihi graue est alienos describere labores.

78 Tertiò, cùm agatur actione hypothecaria, de qua experitur in iudicio assistentiæ contra tertios possessores, licèt inter conuentos aliquis adesset ad quem variatio fori spectaret, siuè ex persona defuncti, per *tex.in l.hæres absens, ff.de iudicijs*, siuè *dispositione tex. in l.*2.*& l.cum quadam puella, c. de iurisd. omn. Iudic.* tunc ne continentia causæ diuidatur, remissioni locus non erit refert decisum *Capyc.decis.*122.*mysing. obseruat.*4.*cent.* 1. & sic decisum legi annis elapsis in causa Aureliæ Paganæ cum hæredibus Innocentij Iordani, qui dum assistentiam petijssent super quibusdam bonis stabilibus dictę Aureliæ, fuit pro parte eiusdem vti vxoris Antonij Scarpati militis petita remissio causę ad Auditorem exercitus vigore *d.l.cum quadam*, & ea non obstāte fuit per S.C. die 3. Octobris 1628. referente Consiliario Felice de Ianuario causæ Cōmissario ordinatum procedi in S.C. vbi aderat lis pœnes Borrellum Actorum Magistrum.

Postremò declinatoria fori locum non habet cum agitur de pacto executiuo, vt refert *Capyc. Latro dec.*58.*n.*13. & ità seruatur.

79 At quid dicendum si in iudicio assistentiæ petitæ contra tertios possessores interesset Clericus, aut alia persona Ecclesiastica, & per eos bona super quibus fuit petita assistentia prædicta, possideretur pro communi, & indiuiso, vtrum Clerico comparente, & petente causæ remissionem, essent ne cœteri possessores conueniendi ad Iudicem Ecclesiasticum vti magis dignum remittēdi? Casum examinant quāplurimi *DD.* & potissimum *Gratian. discept. forens. cap.*641. *tom,*4. vbi affertur decisio pro parte affirmatiua in causa illorum de Aldobrandino, distinguat alij cum res sit diuidua, vt apud *Vrsill. ad Afflict. decis.* 313. *Menoch. de arbitrarijs Iudicum casu* 371. *num.* 14. *Capyc. Latrum consult.*55. *per totam* quorum ego sententiam sustinui pro Clerico Honofrio Lanza Ciuitatis Auersæ, contra Vin-

centium Altomare vti tutorem Ioannis
80 Baptistæ Altomare, qui per Curiam dictę Ciuitatis decretum assistētiæ obtinuerat super nonnullis bonis in iudicio deductis, & signanter super quadā domo magna sita in eadem Ciuitate, tunc possessa pro communi, & indiuisa, tàm per dictum Clericum, quàm per Cæsarem Lanza suum germanum fratrem, quę commodam non patiebatur diuisionem, introducta causa per appellationem in dicta M. C. V. & petita remissione per dictum Clericū Honofrium super qua non prouiso, sed in causa ipsa principali instructo processu, referente Domino meo *Io: Baptista Hodierna* tunc illius Iudice, & causæ Commissario, nunc inter doctissimos, ac meritissimos S. R. C. Senatores cōscripto ex suis ipsis meritis (quod ipso Iudice à me in Anagrammatibus meis fuit vaticinatum) tale obtinui decretū sub die 17. Iunij 1659. per quod fuit prouisū, decretū assistentiæ latū p Curiā d. Ciuitatis debitę executioni demādari sup bonis in iudicio deductis, & in rubrica descriptis preter quā à domo illorū de Lanza, super qua meliorem sibi deliberationem reseruauit ipsa M. C. vt est videre penes Serafinum Actorum Magistrum, partes deindè ad concordiam deuenere.

In casibus verò, vbi Clericus spōtè corā Iudice Laico, vel quando vti ter-
81 tius comparet in causa locum non habet remissio *Riccius collect.106. Anna alleg.76.* item in causa merè ciuili Clericus conueniēns Laicum corā suo Iudice potest coram eodem reconueniri *Afflict. decis.173.* & ità semper practicatum fuisse refert, *Carauita in ritu 63. n.3.* de quo etiam, ità experitur contra pupillum, viduam, & alias priuilegiatas personas, verùm, quod in Clerico diximus eatenus verùm sit quatenus Clericus reconueniretur ante renunciationem litis p ipsum motæ contra Laicū *Præses de Franch. decis.349*

Quæritur præterea, si lis cōtestaretur cū aliquo Laico, qui post peremptā instantiam fori priuilegium sortiretur,
82 vtrum esset remittendus, etiam si fuerit impetrata vitæ spiritus insufflatio? disputat *Rouit. articulum*, & affirmatiuè concludendo in *rubr. de instantia causa non restituenda sub num.13. vsque ad 15.* affert pro hac parte decisionem S.C. de qua etiam meminit *P. Molfesius consilio 47. num.11. p.2.*

Clerici autē coniugati in causis merè ciuilibus fori priuilegio Ecclesiastici non gaudent *Afflict. in const. Apostatātes num.14. car. ritu 66. nu. 5.* & in *cap.*
83 *iustitiarius non exigit*, sed dumtaxat in criminalibus à Iudice Ecclesiastico cognoscuntur per *Pragm. 1. de Clericis Subdiac. Seluaticis* ibi *Rou.*

Secūda, quæ sequitur exceptio, per libellū diuersę parti notificatum indu-
84 citur *DD. in clement. 2. lite pendente.* Limitatur primò, quoties citatio esset circumducta *Bald. in l. 1. ff. de in ius vocand. l. fin. ff. eod. Afflict. dec. 336. n. 14.* *Excep. litis pendentia.*
85 & idem *super const. Reg. eorum fraudibus num. 6. de Franchis decis. 232. nu. 4. & 5.* Secundò cum instantia esset perēpta secundum *Bald. in l. Si pater, C. mādati*, quod ampliatur etiam si fuerit impetrata in sufflatio spiritus, tenet *Grammaticus ex allegatis iuribus decis. 103. num. 114.* cui aduersatur *Moscat. glos. tribunalis p. 2. nu. 7.* & nos infra in gradu termini nonnulla attingemus.

Et licèt ipsa exceptio opponi possit, tā in iudicijs ordinarijs, quā summarijs, & etiam in executiuis secundum *Marant. disput. 6 & Bergninum Caualc. de-*
86 *cis. 1. num. 14. & 15.* veritas tamen est in executiuis locum non esse, quoties in petitione actoris adfuisset protestatio, nolle se præiudicare quatenus via ritus agere vellet secundū *Mastrill. decis. 157. Borgn. d. decis. 1. num. 15. Gutierez. lib. 3. practic. qq. cap. 39. Surd. decis. 92. nu. 13. Galeotam Reg. lib. 2. contr. cap. 14. num. 13. & seq.* imò attenta sententia *Reg. Merlini olim Præsidis S. C. tom. 2. controu. cap. 97. à num. 7. & seqq.* etiam remota dicta protestatione, litis pendentia in executiuis locum nō habet per ea, quæ ibi allegat.
87 Tertiò limitatur cū quis fuisset primo loco citatus in aliqua Curia, vbi contumax effectus fuisset, deindè cita-

tus

tus in alia pro eadem causa pendentiã opponere non potest *de Franchis decis. 477.num.1 & decis.551.num.7.* at si in primo iudicio non esset contumax, & in secundo in contumaciam incidisset, purgata contumacia poterit hanc exceptionem opponere tenet *Carauit.rit. 205. n.2. Muscat. glos. Tribunali n.11.* quod intelligendum est iuxtà notata per nos supra *n.75.* vltimò limitatur in Fisco personæ priuatę succedente, cum qua fuisset cæpta lis, & ea in prima instantia reperiretur, tunc enim cæptum iudicium ad R. C. trahitur, & *tex.in l. vbi captum,ff.de iudicijs* locum non haberet vt notat *Salyc.in l.1.C.si pendet. appell.* secus autem si ad secundam instantiam lis peruenisset *Reg. Sanfel. decis.50.n.27 Capyc.Latr.decis.175.n.24. lib.2*

88 Quærimus modo an Clericus vti hæres Laici possit ex lite cępta cũ defũcto coram Iudice Laico conueniri? magna est altercatio inter *P. Molfesium in comment.super consuet. Neap. in tit. de personis, p.2.q.8.nu.17.tom.1. & Reg.Conf. Carleual. de iudicijs lib.1. tit. 1. disp.2. q.5. num.309.* quando non est cæpta lis *DD.* conueniunt Clericum non posse conueniri coram Laico, idem *Carleual. vbi sup.num.301.Surd.decis.110. num.9. Car. Rit. 234. num.5.* & plurimi alij ą eum relati, quibus addo *Bald.cons.207. vers.2.vol.1. Ioannẽ de Imola in l.si enim hominem, ff.de fideiuss. Bald.in l. 1. C.si pendente appell. mors inter.* ego verò in casu proposito sequerer, *Conar. pract. quæstion.cap.8.*

89 Postremò, si scire velis quidnam discriminis sit inter hanc exceptionem, & illam ne causæ continentiæ diuidatur consule *Salgadum in laberintho creditor.p.2..num.15.*& an hæc exceptio locum habeat in iudicio, quod agitur ex terminis *l.diffamari,C.de ingen. & manum. & l.si contendat de fideiuss.* vide meas additiunculas *ad quinque recollectiones Praxis deliquid.instrum Marci Antonij Calima in 5. recoll.* vbi multa per necessaria, & vtilia circa terminos prædictos scitu digna inuenies, ad quas benignum lectorem remitto.

90 Tertia exceptio regulariter, vt aliæ inferius describendæ, ante terminũ opponi debet, secundum *Glos. in l. sed si susceperit, ff. de iudicijs* quam sequitur *Angelus*, & licèt citrà litis contestationem non sit prorogatio Iudicis *l.1.ff.de iudicijs, & l. si conuenerit, ff.de iurisd. omn. Iudic.* tamen si in continenti post terminum opponatur debet admitti vltrà superius allegata *n. 71.* tenet *Capyc. decis. 48. num. 4. Muscat. in praxi glos. Graduum,num.13.Gizzius in obseruat.ad decis.Capycij Latro decis. 33. n.29.Thorus in compendio decision. verbo compromissum,p.1. Borrellus de compromisso, §. 2. glos.2. num.25. Gallup. in praxi S. C. p. 1. cap.3. num.10 & 11.* Peti potest in hoc nostro iudicio comptomissum ab Authore laudato contra actorem sibi coniunctum, vt per S. C. refert decisũ *Vrsill.ad Afflict. decis.15.nu.5.* ità quoque à reo conuento in Clericũ in foro sæculari *Capyc.decis.66.* *Exc. cõpromissi.*

Plures sunt casus, in quibus hæc exceptio reijcitur. Primò in contumace vt diximus *num.30.& 72.* quibus addo *Afflict.decis.185.& 46.*

91 Secundò, cum agitur vigore instrumenti liquidi, & vbi nõ requiritur probatio aliqua cõsideratione digna, prout esset in pacto executiuo *Capyc.decis.48. num.1.& 2. Alexand. consil.166. Decius consil.21. Menochius de arbitrarijs Iud. q 53.num.7.* sublimitatur hæc secunda

92 limitatio. Primò cum aduersus instrumentum aliqua exceptio oriretur, per quam instrumentum offuscaretur, tunc admitti potest compromissum *Reg. de Marinis resolut.quotid.c. 65. num. 4.* & ibi *Dom.Io: Leonardus Rodoerius Dominus, & amicus meus sua aurea additione, num. 5. & seq.* vbi tres alias cumulat limitationes, quas vide; amplia hãc primam sublimitationem, etiã in instrumentis executionem paratam habentibus, in ijs tamen, quę ex coniecturis, & mente illorum colliguntur paratam non habere executionem, fieri posse compromissum *Menoch. de præsumpt.*

93 *lib.1.q.45.nu.29. vol. 1.* sublimitatur secundò, cum fuerit compromissum petitum ab eo, qui pro se habet instrumẽ-

D 2 tum

tum *Reg.Rou.ſuper dičta* Pragm.1.*de arbitris,num.*40.

94 Tertiò,non habet locum hæc excep-
tio in teſtamentis *Reg. de Marinis to.* 1.
*reſolut. d.cap.*66 *num.*2. item in cauſa
95 appellationis *Alexand. conſ.* 82. *nu.* 4.
item in obligationibus liquidis, vt in
d. Pragmat. 1. item in alimentis futuris
96 eo, quia ſunt priuilegiata,ab illis enim
97 tota hominis vita pendet *Bart. in l.de
alimentis 6. de tranſact.* ſecus eſt in ali-
mentis præteritis, etenim ſicut ſuper
eis tranſigi poterit, ità, & compromit-
ti,ex *d.l.de alimentis Surdus de aliment.
tit.* 8.*priuil.*61.*nu.*39. *& ſeq. Minadous
decíſ.* 3. & magis cum ageretur de ali-
mentis, quæ altiorem indaginem re-
quirerent, vt ſcripſit *Anchar. conſ.*183.
98 *&* 184. poſt *nu.* 3. item non habet lo-
cum in dote, ſcilicèt ſuper articulo an
debeatur dos, quia merus articulus iu-
ris eſt *Minadous decíſ.*11.ſecus autem in
99 exactione dotis, vbi cadere poſſunt
probationes; item in cœteris iuris ar-
ticulis, in quibus cũ de iure agitur om-
nia ſunt certa, ex auctoritate *Bald. in
l. Ancilla, col.* 1. *C. de fur.* item non eſt
locus in baſtardis, etiam poſtea legiti-
matis, quia non compræhenduntur in
dicta Regia Pragmatica,quod ſecus eſ-
ſet ſi fieret compromiſſum remoto ſta-
tuto, & ita eſt intelligendus *Paulus con-
ſil.*181. *Grat. conſil.* 145. *num.* 9. *vol.* 2.
109 Vltimo, compromiſſum non habet
locum inter affines ſoluto matrimo-
nio, ſed ſolùm eo conſtante, etenim
licèt affinitas diſſoluto matrimonio nõ
diſſoluatur,quo ad impedimentum cõ-
trahendi, vt habetur in *inſtitution. tit.
de nuptijs*, §. *affinitatis verbo. quod, &
ipſum diſſoluta demum affinitate proce-
dit*, tamen quoad compromiſſum vi-
gore dicti ſtatuti ſecus eſt tradit *Bart,
in l. cui eorum*, §. *affinitates, ff. de po-
ſtulando, & Borrell. de comprom.*§.1.*gl.*
4. *num.*18. quem ſequitur *Rou. ſuper d,
Pragmat.num.*27. item non eſt locus in
cauſa criminali *Afflict. decíſ.* 94. ibi
Vrſill, cœterum vide *eundem Rouit: vbi
ſup. Nouar.ſuper Pragm.coll.*19.*Scaglion,
in comment.pragm.fol.mihi* 106.

Vbi igitur compromiſſum admititur
ex forma ſtatuti, Iudex cauſæ ad vlte-
riora procedere non poteſt, nec aliud
agere, niſi illud, quod ad executionẽ
petitionis cõpromiſſi attinet *Bald.in l.
vnica, C. ſi quacumque præditus pote-
ſtate nu.*5.*Borrell. in ſumma deciſionum
cap* 63. *num.* 222. conceſſo igitur com-
promiſſo, tempus, ſiuè illius inſtantia,
101 nũquam regulariter incipit currere,
niſi à die, quo illud per arbitros fuerit
acceptatum *Bald, in l. ſi cum dies, ff. de
arbitris:* limitatur, cum fuerit in com-
promiſſo appoſitum illud currere ab eo
die,quia tunc currit à dicto præfixo tẽ-
pore, vt poſt *Praſ. de Franchis decíſ.*
354.*num.*3. *& decíſ.*626.*n.*2. *&* 3. tra-
dit *Reg.Rouit.ſuper. d.Pragm. n.*52. nec
obſtat, quod obſetuauit *Michael Gip-
zius.ad Capyc.Latr.obſeruatione* 46.*n.*10
quia deciſio per eum adducta non eſt
contra hanc limitationem: in illa enim
agitur de laudo lato, poſt expiratum
compromiſſum, & ſi confectum fuiſſet
in arbitri præſentia, & ſic aliud eſt, an
compromiſſum factum, cum clauſula,
quod currat ab hodie, currere debeat
à die acceptationis arbitri! hoc ſignifi-
care volui, quia legi ſcribentem *d.Gip-
zium* citantẽ pro contraria opinione.

Hæc animaduertãt tyrunculi,quę ex
pluribus magis occurrunt:Primò quod
ſi in termino compromiſſi eſſet com-
mitendum examen, arbitri illud com-
mittere non poſſunt, quia in locis vbi
committitur, iuriſdictionem non ha-
bẽnt, vndè tunc eſſet recurrendum ad
Iudicem loci, vbi eſt factum compro-
miſſum, *Borrell.ſuper d. Prag. Odiali-*
102 *tium*, §.3 *gloſ.*2. *Capyc.Latr.decíſ.*33.
num. 15. & tale examen, quod coram
arbitris fit, inter eaſdem perſonas licèt
coram alio Iudice, fidem facit *Capyc.
decíſ.*47. quæro nunc: vtrum arbitri ci-
tari facere poſſunt teſtes coram ſe reci-
piendos, mandantes,vt coram ipſis cõ-
pareant? breuiter reſpondebis: aut ar-
bitri ſunt electi vigore ſtatuti, & tunc
iuriſdictio vti cõceſſa inter certas per-
ſonas vniuerſaliter, ordinaria dicitur p
*Tex. in l.*1.§.*cum Vrbem, ff.de offic.Præ-
fid.*& exẽplum habetur ſecundum *Bar-
tol.in l. ambitioſa in fin. ff. de decret. ab*

Or-

Ordinar. faciend. ideò ipsi ordinarij Iudices appellantur, vt latè probat *Marc. Ant. Blanc. in tract. de comprom. q. 6. n. 4.* & ideò citari facere possunt testes, verùm si testes essent compellēdi, vel puniendi recurrendum esset ad Iudicem, *Carauita super ritu 295. sub n. 28.* quia ad hoc particulare punitionis non extenditur eorum iurisdictio, licèt aliud dici posset, ex *tex. in l. 2. ff. de iurisd. omnium Iud.* per quem patet, quod cui concessa est iurisdictio, ei quoque cōcessa videntur ea, sine quibus iurisdictio explicari non potest, nihilominus illud verùm est, per ea, quæ notat idē *Carau. d. ritu vbi sup.* & eiusdē opinionis sequax fuit *Borrellus cons. 85. n. 13.* licèt in fine tenuisset contrarium, ego in istorum controuersia existimo *Carauita* dictum procedere in arbitris, illud verò *Borrelli* locum habere in syndicatoribus, vt probaui in *additione mea ad Garrabam de syndicatu p. 1. nu. 137.* quam ope Dei breui proditurum spero, aut verò arbitri eligūtur à partibus, & prædicta facere nō possunt, sed actus prædicti fieri debent à Iudice, vt tradit *Specul. in tit. de arb. §. differt. versic. item arb. non potest.*

Aduertant secundò, quod si accidat appellare à laudo, ad Iudicem loci, vbi laudum fuit latum appellatio dirigi debet, & quamuis in hoc non se cōcordant *Afflict. decis. 51. & Thesaur. decis. 24. Pragmatica tamen prima de arbitris* dissidium tollit., quod etiam notauit *Muscat. in praxi glos. sententia*

103 *num. 71. & 74.* quæro iterum an sētentia compromissi agi potest ex euictione? distingues, vel arbitri sunt electi necessitate statuti, & tunc potest, aut à partibus, & tunc secus, vt probat *Petr. de Beneintendis. decis. Bononiensi 21. num. 14.*

104 Animaduertant tertiò, quod si fuerit factum compromissum, & peractum laudum, quod deindè à Iudice, nullum declararetur, iterū erit cōpromittendum ex adductis per *Dom. Io: Leonard. Rodoerium in prastantiori additione ad Reg. de Marinis resolut. cap. 65. num. 8. & 9.*

Obseruent tandem, inter arbitratores, & arbitros discrimen esse, illi cōciliatores, siuè amicabiles compositores dicuntur, & quando in eis cōpromittitur, iudiciarium ordinem ipsi ser-

105 uare non tenentur, sed an partis citationem omittere possint? est controuersia inter *DD.* quorum alij affirmant, alij negant, alij autem distinguunt, & limitant, vt est videre apud *Tiraquell. in tit. Res inter alios acta versu limita quatragesimo, fol. mihi 38.* verùm si iniustam proferunt sententiam, ea ad audientiam superioris, vel ad arbitrium boni viri remittitur *l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio.* Hi autem Iudices appellantur per litigantium consēsum, & Iudicis partes suscipiunt *ff. de arbitris l. si de meis, §. recipisse,* & in iudicio iuris ordinem seruare coguntur: illi componunt, & conciliant; isti iudicant *d. l. si societatem* cœtera de hac materia vide in fine huius gradus.

Hæc quarta exceptio nomē desumpsisse fertur à verbo ferio, quia antiqui- *Exc. Feriarum.*

106 tus mactabantur victimæ, & dies, quibus cessabant homines à feriendis dictis victimis, vel epulis vocabantur feriales, siuè feriæ, *Fab. de Monte Leon. in Praxi arbitr. p. 6. q. 3.* ego verò inquio ferias dici à fando, tùm quia in creatione mundi in singulos dies fabatur Deus, *Genes. 1.* tùm quia in ferijs est nobis fandi tempus, tàm in diuino, quā in humano officio, & propriè dies feriati appellantur, quibus res diuina peragitur, & oportet se hominem alitibus abstinere; feriæ, aliæ sunt, quæ commune commodum respiciunt ad colligendas fruges, vt sunt æstiuæ, aliæ baccanales, istæ nisi opponantur antè, vel post immediatè terminum, & per ambas partes ad vlteriora in causa proceditur acta valida remanent, de quorum obseruātia testatur *Gizzarell. decis. 61. nu. 2. & Reg. de Marinis c. 118. num. 24. Thesaur. decis. 39. num. 1.* aliæ sunt introductæ ad Dei honorem, vel Sanctorum, & istis, dummodò sint de præcepto, vt intelligunt *Riuald. in candelabro aureo p. 1. tit. de Sacram. ord. nu. 35. vers. tertia concl. & Barbosa de offic. Epi-*

Episcop. p. 2. alleg. 11. nec tacitè, nec
expressè renunciari potest, in eis enim
fideles omnes missam audire tenentur,
107 *cap. omnes fideles* 52. *& cap. missas* 54.
de consecr. distinct. 1. & ab omni seruili
opera se abstinere, *cap. 1. & cap. licèt
de ferijs, & l. omnes, C. eod.* aliæ sunt re-
pentinæ, quæ ob natiuitatem Principis,
aut lætitiam publicam introducuntur,
Thesaur. vbi sup. n. 6.

Exc. Reconuentionis.

Quinta, quæ sequitur exceptio po-
test pariter ante, vel post contestatio-
nem opponi, & vsque ad sententiam
exclusiuè, hoc tamen discrimine, vt si
108 opponatur ante, vel post in continẽ-
ti litem contestatam, reconueniens in-
stando, poterit pari passu, ac simulta-
neo processu procedere cum principali
actore, verùm si postea: non poterit,
nisi diuisim procedere in causa recon-
uentionis de *Franchis decis.* 376. & ità
passim obseruatur, & ità recenter testa-
tur decisum *d. Consil. Pratus in addit. ad
Muscat. in glos. actorem* cui addo *Reg.
Merlin. controu. forens. cap.* 23. *nu.* 22. in
criminalibus verò locum non habet, vt
est videre *l. 1. & 3. & 4. C. de ordin. co-
gnit. & l. vlt. C. de ord. Iudic.*
109 Huius principalis exceptionis defi-
nitio omissis alijs, illa est, vt ea sit rei
conuenti actio, instituta aduersus acto-
rem durante conuentionis iudicio vi-
cissim sub eodẽ Iudice secũdum *Theo-
philum cap. 4. nu. 3. adductum per Dom.
Phil. Maresca in tract. de reconuent.
enarrat. 1. num.* 44.

Potest hęc exceptio cõtra quoscũq;
priuilegiatos opponi cantat *Ritus M.
110 C. V. 67. Afflict. decis.* 173. *de Fran-
chis decis.* 193. vndè si acciderit Cleri-
cum, reconueniri à Laico, cuius peti-
tionibus nollet respondere Clericus,
tunc Iudex potest denegare eidem au-
dientiam, monuit idem *Vinc. de Franc.
decis.* 197. *num.* 15. & quoties per viam
reconuentionis Clericus esset median-
te sententia Iudicis secularis condem-
111 natus, illius tamen executio ad Iudi-
cem spectar Ecclesiasticum, *Vrsill. ad
Afflict. decis.* 173. *num.* 2. quod proce-
dit cum agitur de constrictione perso-
nali, secus de reali, vt iunctis aulis S.C.
refert decisum *Horat. Mont. controu.*
49. *num.* Hæc itidem opponitur coram
112 quibuscumque Iudicibus *Carauit.* 67.
num. 5. limitatur primò in pedaneis cũ
agatur de modica summa, quam ipsi
cognoscere possunt, idem *d. ritu nu.* 14.
113 limita secundò in causa conuentionis
tantùm coram arbitris electis de com-
muni consensu non autem ex statuto,
vt per *tex. in cap. cum dilectus de arbi-
tris*, secus si super conuentione, & re-
cõuentione fuerit factum compromis-
114 sum *Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q.* 44.
n. 12. secus etiam procedit, si fuerit fa-
ctum compromissum ad totam causam
vigore dicti statuti, quia indistinctè po-
test fieri reconuentio coram arbitris,
Maranta in praxi p. 4. distinct. 6. nu. 20.
ibi *Follerius, Muscat. in d. glos. actorem
num.* 5. quibus addo *Abbatem in d. cap.
cum dilectus vol. 3. Felyn. c. fin. num.* 11.
de re iudicata, & est communis opinio
DD. tenet *Follerius vbi sup.* limita ter-
tiò in causa appellationis per *tex. in l.
1. & 2. ff. quis, & à quo, Anna sing.* 430.
limitatur quarto in statuto Imperij, vt
115 sũt septẽ viri, seù electores, qui alium
non recognoscunt superiorem, nisi Cę-
sarem, item in Principibus Germaniæ,
tàm Ecclesiasticis, quam Secularibus,
item in Comitibus, in Baronibus Im-
perialibus, qui in suis rebus publicis
Principis vicem obtinent, vt per *Gayl.
lib. 1. obseruat.* 21. *& lib. 6. obseruat.* 57.
num. 7.

Hęc eadem admittitur in omni iudi-
116 cio, tùm summario, tùm ordinario;
dummodò pari procedatur ordine, vt
si in iudicio summario opponeretur, &
ea terminum ordinarium requireret,
tunc summarium non impediretur ex
hac plenario iudicio indigente *Carau.
dict. ritu* 67. *nu.* 7. *Muscat, d. gl. num.* 14.

Exc. exhibitionis scripturarum.

Deuenimus ad sextam, de qua hæc
pauca adnotabimus: Primò scripturæ,
de quibus fit mentio per actorem in
suo libello, ad instantiam aduersarij,
117 sunt ante terminum exhibendę, dum-
modò reus de ijs nõ sit conscius *Iason.
in l. 1. §. edenda, ff. de edendo Bartol. in
l. 2. C. eod.* hæc conceditur, vt pars di-
uersa illis visis deliberare possit, quid

sibi

fibi expediat *Innoc. in cap. 1. de probat. Ranchinus in additione ad Giudonem Papa decif.*116.fi poft terminum opponeretur talis exceptio, actor non tenetur edere ftatim, fed in termino probatorio ad caufæ victoriam *argum. eorum in l. Poftquam,§.fi dies ff.vt legatorum,vel fideicomm. nomine caueatur,Innoc.in d. cap.1.nu.4.in fine.*

Hac fimiliter vti poffunt agentes *l. diffamari, Cod. de ingenuis, & manum.* ifti enim agẽtes tali iudicio petere poffunt editionem inftrumentorum, aliarumque fcripturarum *Gabriel.in tit. de actionib.concl.6.nu.43. Gratian.difcept. forenf.cap.85.n.5.tom.1.* reliquum de hac exceptione adi *Mufcat.in praxi* vbi quinque ampliationes cum fex limitationibus copiosè fatis habebitis, *in glof.ment ignatorum p.3.*

Hic duo annuã notabilia vnũ eft,quod fi per aliquod decretum,alicuius fcripturæ exhibitio ordinata fuiffet, etiam
118 fi cũ claufula comminatoria, fcilicèt elapfo termino præcludatur via agendi, nihilominus exceptio exhibitionis talis fcripturæ femper intelligitur referuata ad merita caufæ, vt fuit per S. C.duobus decretis decifum refert *Moccia in filua caf.forenf. cap. 74. num. 16.* Alterum eft (quod fæpè contingit) fi in proceffu reperiretur aliqua fcriptura, abfque præfentata actuarij, & poft eam aliæ adeffent, cum præfentata, tunc illam femper præfumi exhibitam ante eas,ex regula,quod præcedit prius illud factum effe dicitur *l. quoties, ff.de vfufructu* & in *1.conftit.Codicis,§.quibus.*

119 Septima in ordine præcedentium cautio eft expenfarum, quæ ab alijs cautionibus, fcilicèt de iudicio fifti,fiuè deftando furi,& ab illa de foluendo iudicatum, hoc modò differt, illa de iudicio fifti conceditur antè terminum principalem,vel poft iuxtà terminos in *l.Grecè etiam, §. & poft litem conteftatam, ff. de fideiuffor.* hæc ad aliud non tendit, nifi vt totum exerceatur iudicium, & ad finem perducatur, lataque fententia expirat, & fideiuffor amplius non tenetur, *ex d. §. poft litem,* practicatur hæc cum ad effet aliqua fufpicio fugæ rei conuenti, qui loco iudicij,aut in Regno immobilia non poffideret fecundùm *Afflict. decif.*109. vt tali cautione iudicium nõ reddatur eluforium, idem *Afflict. decif. 70. Tom. Gram. ad Afflict.decif.*234. fi autem poffideret releuatur ab onere prædicto *DD. in l. fciendum, ff. qui fatis dare cogantur, l.*
120 *poffeffor, eod. tit.* At quando reus erit præfumendus fufpectus de fuga? vide *Menoch.de arbitrarijs cafu 87. num.10. Valafc.confult.66.num.33.Fontanell.decif.232. & in tract. de pactis nuptial. clauf.5.gl.1.p.2.n.37.*

Exceptio cautionis expenfarum.

121 Cautio autem de foluendo iudicatũ, etiam contra fufpectos de fuga objici poteft iuxtà terminos *dec. Affl.* 170.cumulatis limitationibus,& intellectibus politis per *Vrfill. cæterofq; addentes* ibi hæc rapit vocatum in ius, & lata fententia non expirat, fed tunc committuntur fuę vires,& per eandem exequi poteft fententia contra fideiufforem,*l.iudicatum folui 1. ff.iudicatum folui*, fiuè contineat aliquid dari,aut fieri *Boerius decif.314. num.3. Fontanell. decif.*230. practicatur etiam cautio per viam ex promiffionis,hanc fciant incipientes effe cautionem per viam ad promiffionis, ideft ad ftipulationis; ad ftipulator enim ille eft, qui ftipulatori accedit, vt Hapedus apud *Cic. in Academia* ibi Antiochũ ad ftipulatorẽ dixit; & fic adpromiffor ille eft, qui promiffori accedit, aut qui idem promittit, vt *Pomponius explicat l. ftipulationum, §.fatis acceptio, ff. de verb.oblig.* ex quo fit,vt fideiuffor per viã ex promiffionis loco rei principalis conftituatur.

Hæc quę huc fpectat ad alium non præftatur finem, nifi vt quandò proceffus foret nullus culpa actoris,aut ipfe actor fuccumberet in caufa, aut alio modo reum ab actore iniuftè fuiffe vexatum conftaret, cogatur reo expenfas reficere *Afflict.d.decif.170.Gram. fuper ead.* & ideò iure authenticorum eft introducta,vt in *auth. de executoribus,§.1. coll.7.*

Huic exceptioni verùm eft principales tacitè; vel expresfè renunciare pof-

fe

se affirmat. *Bald. in auth. generaliter,*
122 *C. de Episcop. & Cleric.* verum si fuis-
set petita, & omissa, actorum nullitas
esset, *arg. l. non dubium, Cod. de legibus*
Muscat. in prax. glos. expensis p. 3. nu. 7.

Aduertatur quęso, inter frequentes
olim exceptiones erat iuramentum de
calumnia, quod diù ab vsu recessit,
ideò tyrones ne mirētur si apud veteres
scribentes de eo fit mentio *Tap. ius Re-*
gni, tit. de iuram. calum. in cap. si excep.
Rou. super Prag. 6. n. de ord. Iud.

Exc. legitimationis personae.

Octaua, quæ nobis occurrit, plura
cōtinet practicabilia; & primò, si actor
post vbi citauerit reum, siuè iste com-
pareat, aut non: tenetur ipse antè ter-
mini dationem, imò in ipso expeditio-
nis citationis actu procuratorem con-
123 stituere alias scriba causæ in S. C. ad
vlteriora procedere prohibetur; vt est
mandatum in *Reg. Pragmat. 79. §. 5. de*
offic. S. R. C. cuius dispositio adhuc est
in viridi obseruantia ex mandato pro
illius executione lato, sub die 13. Mar-
tij 1668. per Ill. Marchionem Latertiæ,
tunc Propræsidem d. S. R. C. sub *n. 12.*
quod locum obtinet, tàm in Iudicijs
ordinarijs, quàm in quibuscumq; alijs,
& idem seruari iussit *ead. Prag. & ordo*
dict. Ill. Propræsidis in reo comparenre
sub pœnis in eis contentis, & meritò
124 id fuit constitutum pro causarum ex-
peditione, nè actor nempè, comparē-
te reo, iterum defatigaretur in citatio-
nibus, tàm extrà, quàm intrà locum
iudicij, & ne reus, cum reconuenire,
aut actori scripturam aliquam notifi-
cari facere vellet, inuestigare cogatur,
vbi actor ipse degeat, cùm verò reus
loco iudicij commorans comparere
nollet, citari debet in quolibet actu, vt
supra *nu.* 22. probauimus, quoniā tunc
non cogitur procuratorem constituere
secundum *glos. & tex. in l. fin. C. de*
procur. qui ad hanc rem satis facit.

Secundò, si quis cum aliqua quali-
tate suę personæ adiecta, siuè adiuncta
125 compareret, nempè vti filius, aut hę-
rės, &c. tunc ista qualitas ante litis cō-
testationem, vel in termino probato
rio probari potest, adeò vt, si ante ter-
minum non constaret, licebit interim
ad vlteriora procedi, dummodò in
probationibus faciendis dicta qualitas
probaretur *Afflict. in constit. Regni ex-*
ceptione filiationis in princip. Carau. ri-
tu 191. q. 3. num. 6. Verùm, si iste talis
alieno nomine compareret, scilicèt vtī
Procurator, aut cessionarius, &c. tunc
126 *constitutio prædicta* non haberet locū,
sed omnimodè cum in termino oppo-
neretur, esset adimplenda, aliter litis
ingressum impediret, ratio est, quia
dicta qualitas est fundamentum, & ra-
dix totius iudicij tradit *Ant. de Virgi-*
lijs in tract. de legitimat. persona in præ-
ludio n. 6. Scaccia de Iudicijs c. 63. nu. 24.
lib. 1. Carol. de Crass. tract. de exception
except. 4. num. 87. & pręsertim respectu
rei conuenti, vt illa adimpleta, cedere-
ne, an contendere decernat; *Bald. &*
DD. in l. stipendia, C. de procur. Hyp-
pol. in l. si quisue quæstio, num. 13. ff. de
quæstion. Vāsius de nullitate processus 1.
rub. num. 44. vsque ad 47. Boerius decis.
181. *num.* 12. hæc quidem exceptio etiā
in iudicio executino, vel summario lo-
cum habet, probat *Dom. Cons. Prat. di-*
scept. forens. c. 24. num. 1. tom. 1. Ex his
127 infertur acta facta cum tutore, quī
non adimpleuit sunt nulla, aut cum tu-
tore, qui reuera talis non erat, vt va-
lidis probat iuribus, *d. Consil. Pratus in*
sua additione nouissima apud Muscat. in
glos. comparentis.

Hæc tandem exceptio parte oppo-
nente, etiam in iudicio summarijssimo
est adimplenda tradit *Bartol. in l. 2. n. 3.*
C. de edict. Diu. Adrian. Tollend. & in iu-
dicio ordinario parte non opponente
regulariter adimpleri debet secundum
Bald. in consil. 374. num. 2. & 3. lib. 5.
itaut agens contra hæredem opus sit
vt doceat illū esse hæredem, & si actor
ipse sit hęres separiter talem esse doce-
re oportet *Cagnolus in l. hæredem, nu. 6.*
ff. de reg. iuris.

Exc. carentiæ i. competētiæ actionis, ac iuris defectus.

Nonum, quæ occupat locum est ex-
ceptio carentiæ, & in cōparentiæ actio-
nis, & iuris defectus, quæ tot diuersas
inter se continet diffinitiones, quot sūt:
carentia enim actionis est, cum quis an-
128 te diē debitæ solutionis intendit age-
re, & ideò caret actione, quæ tunc or-

ta

ta non eſt, *l. certi condictio in princ. ff.*
ſi certum petatur, ff ſi pupilli, §. videa-
mus, ff. de negotÿs geſtis, gloſ. & DD.
in l. vbi pactum, C. de tranſact. Cache-
ran.deciſ.Pedem. 130. Secunda, quæ eſt
129 incompetentia, verificatur cum quis
agit alieno nomine, veluti procurator,
aut ceſſionarius, vel vti tutor, vel ſimi-
libus, & reuera talis non eſt, aut cum
actio, qua agitur, licèt ſit vera, tamen
ex defectu ceſſionis, aut mandati, aut
tutelæ, agenti non tribuitur *Bartol. in*
130 *l. 2. num. 5. ff. de dote prælegata.* Ter-
tia, quæ iuris defectus appellatur, eſt
quæ omnem agendi defectum in iure
tantum conſiſtentem comprehendit, de
qua fuſius *Fuluius Pacian. in tract. de*
probation. lib. 1. cap. 22. num. 32. Aduer-
tant ergò ſcioli in opponendis dictis
exceptionibus, vidi enim tempeſtate
mea in noſtis Regÿs Tribunalibus, quã
plurimos procuratores coaceruatim
opponere prædictas exceptiones ante
litis conteſtationem, tunc cum nullam
earum res iure expoſtulabat.

Exceptio obſcuritatis libelli.

Decima, quę repreſentatur eſt ex-
ceptio obſcuritatis libelli, vt sẽtit *Dom.*
meus Conſil. Pratus in ſua additione ad
Muſcat. in gloſ. obſcuris, differt ab am-
biguitate libelli, obſcuritas enim ad
131 peculiare verbũ ipſius libelli ſpectat,
ambiguitas verò ad totam libelli ora-
tionem, per *gloſ. in l. veteribus, ff. de pa-*
ctis, & l. ſi quis intentione, ff. de iudicÿs,
hæc ille, ego verò homũcio, & ſub eius
caſtigatione, ac cenſura dicerem, ſcri-
pturam, aut apertam, aut ambiguam,
aut obſcuram eſſe poſſe, aperta appel-
latur, quæ plana, ſiuè clara, & certa
eſt, ambigua, quæ amphibologica eſt,
ſiuè ea, quæ in duas, vel plures partes
trahi poteſt, vt tradidit *Cicero 1. ad He-*
rennium, cuius verba huiuſmodi ſunt:
Ex ambiguo ſententia naſcitur, cum ſcri-
ptum duas, aut plures ſententias ſignifi-
cat, comprobatur hoc per *tex. in l. in*
ambiguo, ff. de reb. dub. l. nepos, §. 1. ff. de
verb. ſign. à quo non recedit, *d. l. ſi quis*
intentione, cum qua concordat *l. inter*
ſtipulantem, §. ſi ſtichum, ff. de verb. ob-
lig. & gloſ. in d. l. ſi quis vbi caſum po-
ſuit duos ſenſus continentem, hoc adeò
verùm; vt in ambiguo ſermone non
vtrumque dicamus, ſed id quod volu-
mus, & poteſt eſſe tã in dictione, quam
in ſermone, vt eſſet ſi dicerem *canem de*
longè ſpectaui; locutio hæc æquiuoca
apparet, ſed in dictione canis, qui ſy-
dus cæleſte, maris piſcem, & animal la-
trabile ſignificat, quod ſanè approbat
d. gloſ. 2. in l. veteribus, ibi in verbo *vno*
quandoq; reperitur ambiguitas, ità pari-
ter in tota oratione, *Romanos aiunt vi-*
ciſſe campanos, talis ſermo amphibolo-
gicus eſt.

Obſcuritas autem dicitur cum ex ea
ſententia omninò latet *l. ſi legatario, §.*
fin. ff. de fideicomm. lib... l. ſemper in ob-
ſcuris, ff. de Reg. iur. aut potius dicendũ
puto, obſcurum eſſe id, quod non ex
incerta verbi, aut orationis ſignifica-
tione dicitur, ſed magis ex eo, quod
de agentis mente ſub verborum inuo-
lucro expreſſa non colligitur intentio.
Vndè inter ambiguum, & obſcurum
hoc intereſt: in ambiguo enim plura ſe
oſtendunt, de quibus quid ſit potius
accipiendum ignoratur: in obſcuro ni-
132 hil, aut parum apparet, quod atten-
dendum ſit. Quoties ſermo duas ex-
primeret ſententias, ea potiſſimum ac-
cipienda eſt, quæ rei gerendæ aptior eſt
l. quoties idem, ff. de reg. iur. l. quoties in
ſtipulationibus, ff. de verb. oblig. ibi *Io.*
Coraſius col. 2. n. 5.
Huiuſce ergò obſcuritatis, aut ambigui-
tatis exceptio, vt opponi poſſit ante
terminum, in facto ea, non in iure con-
ſiſtere oportet *Affl. in conſtit. dilationes*
nu. 38. in iure enim non cogitur decla-
rare *Barboſ. in l. ſi quis intentione 66.*
num. 24. vſque ad 29. ff. de iudicÿs gl.
in l. quoties in ſtipulationibus, ff. de pa-
ctis ibi *in 2. intellectu*.

Alia obſcuritas inuenitur, quæ ex
obſuris, & confuſis characteribus na-
ſcitur, hæc pariter objicitur, quoties
accidit, vt quadam die obſeruaui in
quadam petitione, quæ nullo modo in-
telligi poterat, quapropter ordina-
tum fuit, vt claris reformaretur ver-
bis, & characteribus, hæc ſatis, nec tibi
labent.

Hic vnum non obticendum cenſeo;

dum de obscuris, & ambiguis propositionibus, aut oppositionibus sermonē fecimus, scilicet, quæ nempè sint exceptiones generales in facto: de his scripsit: *Reg. Rouit. in Pragmat. 6. num. 13. de ord. iudiciorum*, nos tanti magistri verba non transcribemus, sed clarius subscribemus: exceptiones inquam generales in facto, sunt eæ, quæ sunt obscuræ, & indigent declaratione, & sicut in
133 agente datur generalis libellus plures actiones continens in facto, qui quoties ex dictis actionibus fit nimis oscurus, vt ab eo reus non posset deliberare, quid sibi expediat, eodem reo opponente, non admittitur, donec declaretur per actorem, vt tradit *Maranta in suo specul. p. 4. distinct. 9. nu. 13. & clarius p. 6 membro 3. nu. 24:* parimodò dantur reo plures exceptiones generales in facto consistentes *glos. 3. in C. Pastoralis de exception. l. scire, §. scire, ff. de excusation. tutor.* quæ quidem exceptiones in facto, tunc dicuntur generales, seù obscuræ, cum coacervatim opponuntur, vt exemplo eiusdem *Reg. Rouit. vbi sup. colligitur*, & tali casu eas declarare tenetur reus, dummodò actor suam habeat intentionem fūdatam tradit *Dom. Pres. de Franchis decis. 63. nu. 1.* ad hoc, vt innotescat partibus, & iudici, super quo lis sit, idem *de Franchis vbi sup. sub num 12.* & huiusmodi declarationes locum habent, etiam in iudicijs summarijs *Scip. Theod.*
134 *allegat. 19.* & ante eum tenuit *Scacc. de iudic. lib. 2. c. 7. distin. 33. sub nu. 775. vers. estende*, monet ergò *Dom. Rou.* non esse tales exceptiones generales, siuè obscuras in facto opponendas, sed se ad iuris exceptiones tantùm restringēdum. Et an hæ exceptiones generales possunt opponi post litem cōtestatam? & licèt ad partem negatiuā S.C. propēsum fuisse refert *d. Dom. de Franchis vbi sup.* ipse tamen contrariam opinionem vti æquam pariter substinet.

Exceptio declarationis si sit hæres &c.

Vndecimo, quæ relata est in numero, habetur in *Pragmat. 6. incipiente, si reus exceptiones de ordine Iudiciorum.* qua pars diuersa vtitur petendo ab altera si sit hæres eius personæ, de qua meminit in suo libello, & de cuius interesse, vel hæreditate agitur. & an illius bona hæreditaria possideat, cuius praxis probatur *l. 1. §. denunciari*, & ibi notatis, *ff. de ventr. insp. l. si curatoris*, & ibi in specie *Bald.* hoc ipsum docet *C.*
135 *de iur. delib.* circa quam hæc duo notabis, Primùm, vt si cui fuisset iniunctum decretum, quod declaret si sit hæres, &c. & hoc per plura decreta fuisset ordinatum, atq; notificatum, ille verò non declarasset, sed taceret, tunc tāquam fictus contumax, si in realibus agitur habetur, ac si fuisset confessus esse hæredem, & bona hæreditaria possidere, aut deteriori modo, quo ipsi cōtumaci esse posset, vt clarè mandat *Pr. prædicta*; quæ consona est, tùm dispositioni iuris Canonici, tùm iuris Romanorum, vt in *cap. si post quæsitum de confessis in 6. & l. si filius, qui abstinuit se, ff. de interrogat. actionib. & l. de asate, qui tacuit, ff. eod.* Benè verum est, in progressu iudicij contrarium probari posse, & est ei succurrendum testatur *Gizzarell. decis. 49. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 99. n. 16.*

Secundum, vt si quis extrà iudicialiter declarasset se simul cum Petro esse
136 hæredem Caij, tunc si potest esse hæres, præiudicat sibi talis confessio non solùm in iudicio cum eodem Petro, verùm etiam, quoad alios non vi confessionis, sed aditionis, & ex quasi contractu, si verò non potest esse hæres, tunc præiudicat sibi respectu illius tātùm, cum quo confessus est, tàm in vno, quàm in alio iudicio inter easdem personas, quod deinceps agitaretur, *l. cum precum. C. de lib. caus. & Pres. de Franch. decis. 694. in princ. & decis. 60. & Reg. Rou. super d. Prag. 6. n. 9.*

Exceptio laudationis authoris.

In duodecimum numerum conscripta sequitur exceptio laudationis Auctoris, de qua nonnulla per necessaria notabimus: Quærimus primò, an hęc exceptio differat ab exceptione nominationis Domini? in multis differrescias, licèt vtraque ad eundem reum
137 spectet diuerso nomine, primò, quia hac vtitur idem reus, cum fuerit in iudicio conuentus, tamquam emptor, aut

aut possessor, alicuius rei cum titulo, tũ
vtilis, tùm directi dominij contra illum,
à quo causam habet, (qui Author appellatur) *l. si cum quæstio, l. non dubitatur cum alijs concordantibus, C. de euiction. & l. 1. C. vbi in rem actio exerceri debet, & potior est tex. in l. si plures, vel minus 74. §. mota quæstione* (ibi *ad de-*
138 *fendendam venditor conueniri potest*)
C. eod. tit. Illã verò nominationis adhibet, cum alieno nomine possideret, veluti conductor, aut inquilinus, aut commodatarius, &c. *vt in l. 2.* ibi *DD. C. in rem actio*, secus si actio instituta
139 esset aduersus eum vti vsufructuariũ,
aut feudatarium, ait *Glos. in d. l. 2. cap. quoniam frequenter, §. quod si extra, vt lite contestata.*

Secundò, quia Author laudatus veniens in iudicium ad reum defendendũ
licèt sit priuilegiatus, non gaudebit fori
140 declinatoria, quoad litẽ intentatam
ab actore contra reum laudantem, cũ non sit principalis reus, & sententia cõtra ipsum non fertur, ait *Bartol. l. si per lusorio, §. 1. versu exemplum, ff. de appellation.* & actor non tenetur mutare cõtientum *l. si mandato meo, §. 1. ff. mandati*: & ideò author tenetur assistere, & defendere laudantem in foro laudantis ex allegatis per *Afflict. decis. 122.* & in *d. l. non dubitatur, C. de euict. & l. venditor; ff. de iudicijs, & l. 1. §. nec enim, C. vbi in rẽ actio*, & talis est opinio *Capyc. decis. 197. nu. 5. & Grammat. decis. 21. Foller. in specul. praxis Marantæ p. 4. memb. 11. num. 78. Carleual. de iudicijs tom. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. n. 666.*
141 *& 667.* limitatur tamen in Fisco, qui
actoris iudiciũ trahere potest *Capyc. dec. 197.* item in Clerico laudato quoad se tantùm remissio practicatur *gl. in Can. 17. caus. 11. q. 1.* persona verò Laici retinetur, idem *Capyc. vbi sup. Grammat. d. decis. 21. Io. Vinc. de Anna sing. 45. Nouar. super Prag. 2. de dilationibus*, item in Neapolitanis, qui cum extra Regia Tribunalia Neapolitana laudantur in authores, quatenus cõtra eos esset proferendum decretum diffinitiuum, sunt remittendi ad suum forum, quod est M. C. Vicariæ, si verò non erit contra eos ferenda sententia tenentur assistere, & difendere laudãtem. *Nouar. decisum refert super dicta Pragmat. 2. nu. 7. Thorus in compendio, siue dictionario decisionum p. 1. verbo Author.* cœterum aliã de priuilegiatis, vide *Carleual. de iudicijs to. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. q. 6. sect. 6. num. 666. Ricc. collect. 38. & 424.*
142 In exceptione nominationis Domi-
ni secus est, etenim statim, ac fuerit nominatus Dominus in eum transfertur iudicium, & illico reus absolui debet *l. 2. C. vbi in rem actio*, ibi *Bartol.* Vndè si nominatus esset priuilegiatus forum declinabit sentit *Capyc. vbi supra Foller. ad Marantã in speculo p. 6. memb. 6. nu. 2.* & hęc nominatio Domini fieri debet regulariter ante litem contesta-
143 tam, & quantò citius, *tex. est in cap.*
quoniam frequẽter, §. quod si super rebus extr. vt lite contestata; & d. l. 2. C. vbi in rem actio exceptis tamen casibus positis per *Menoch. de arbitrarijs iud. cas. 476. n. 7.*

Cõtra verò exceptio huiusmodi lau-
144 dationis obijci potest quandocumq;
ante sententiam *Muscat. glos. Nominet num. 11.* estque ratio, quia à lege tempus terminatum non inuenitur *Vrsill. ad Afflict. decis. 235. in princ.* sed non ideò operatur eundem effectum, ac si ante litis contestationem opposita fuisset, quia si ante terminum primę instãtię opponatur hęc exceptio à reo petẽte cõdemnari Authorem in casu succũbentiæ, tunc pendente dilatione con-
145 cessa reo principali, vt author lauda-
tus compareat ad suscipiendum onus litis, non solùm suspenditur iudicium motum per actorem principalem pendente dicto termino dilationis, vt in *Pragmat. 2. de dilationibus* verùm etiam vbi laudatus solemniter comparuisset ante elapsum termini probatorij, & in se onus iudicij suscepisset tanquã procurator in rem propriam, vt vnusquisq; author laudatus tenetur per *tex. in l. 1. C. de periculo, & commodo rei venditæ, & l. denunciatione, §. quid ergò, ff. de adulter.* ibi *Bart. §. 1.* tunc simultaneo processu vnicaque sententia, tùm causa actoris cum reo, tùm rei cum authore

 lau-

laudato esset expedienda declarat *ead. Pragmat.2.* Si post terminum principalem causæ opponeretur, vtpotè hæc sit de exceptionibus dilatorijs cursũ causæ non suspenderet, per ea, quæ infrà dicemus.

146 Est notandum si lis ab initio fuisset
Authori denunciata, aut non denunciata, sed tamen de ea plenam habuisset notitiam Author, comparendo postea licèt sit publicatum, aut cõclusum, poterit assistere, & interuenire in ijs terminis, inquibus causa reperitur, nõ autem producere nouos testes, quia ipsi erit imputandum, cum congruo tẽpore comparere debuisset *Vrsill. ad Afflictum decis.235.* secus autem esset si litem non sciuisset, remotoque dolo, ac fraude, testes producere vellet ex iuribus per eundem *Afflict. adductis, vbi supra nu. 5.* quod quidem licèt regulariter sic se habeat in authoribus priuilegio non fruentibus, limitatur tamen
147 cum author laudatus esset priuilegiatus, scilicèt minor, vidua, aut persona miserabilis, vel similis, tùnc licèt compareat post publicatum, vel conclusum in causa conceditur ei primum, vel secundum beneficium, dummodò articuli dicti Authoris concernant suam defensionem, quod ex aliquali causæ cognitione conspici potest, vt est decisio *Afflict.15.* ibi *Vrsill. num. 1. & Pres. de*
148 *Franchis decis.261. num.3.* secus autem dicendũ de tertio, qui post publicatum, vel conclusum compareret pro sui interesse tantùm, nõ verò ad defensionem possessoris, siuè rei principalis conuenti, quia tunc dicto tertio, quamuis priuilegiato nõ conceditur d. beneficiũ ad finẽ retardãdi causã inter actorem, & reum principalẽ, prout fuit decisum in causa Caroli Tappia, tũc minoris refert *Dom. de Franchis dict. decis. 261. sub num. 6.* & conferunt etiam ad hæc, quæ scripsit *Tappia in annot. super constit. minorum iura num.2. & 3. de iure Regni, Fab. de Anna consil.97. nu.17. Freccia de presẽt. instrum. p.6. q.11. n.4. Surdus decis.335. num. 21. & 22.*

Limitatur etiam regula, quàm diximus de authore non priuilegiato, quo-
149 ties principalis reus esset priuilegiatus, quia tùnc concessis beneficijs dicto reo principali, poterit author laudatus, licèt non sit priuilegiatus eis vti producẽdo nouos testes ad rei defẽsionẽ, *Affl. decis.235. n.4.*

Si fortè principalis reus sit euictionẽ passus, lite congruo tẽpore non denunciata suo authori, ex quo ille suas de-
150 fensiones facere non valuit, tunc reus ipse de euictione cõtra authorem agere non poterit, nisi seiunctim à iudicio actoris, instructo processu probauerit de iustitia euincentis, *tex. est in l. rem ff. de euiction. & l. emptorem in princ. ff. de action. empti Afflict. decis.49. de Frãchis decis.523. n.2. & 9.* est benè verum prædicta procedere, quandò à senten-
151 tia, siuè decreto euictionis non fuerit ab ipso reo appellatum, si enim esset appellatum, tunc in gradu appellationis suppleri potest denunciationi litis non factæ in prima instãtia probat *Muscat. glos. nominet, n.11*
152 Quid dicendum si decretum euictionis in rem iudicatam transactam fuisset, an author poterit ab eo appellare? affirmatiuè respondet *Vrsill. ad Afflict.15. n.3.* quoties author non nosset iudicium, & decretum, & hanc eandem sequitur opinionem *Pros. Carauita super. d. dec.*

Queritur secundò an in compromisso locum habeat hæc exceptio laudationis authoris? distinguendum censeo: aut agitur de compromisso voluntario
153 facto de communi cõsensu inter partes, & tunc locus non est huic exceptioni, vt multis firmat medijs, & ità obtinuisse testatur *Follerius ad Marantã in Praxi p. 6. memb.5. nu.2. & 3.* vel agitur de compromisso ex nostro statuto incipiente *Odialitium de arbitris,* & tũc secundum vnam opinionem, quam se-
154 ctatur *Arnon. sing.70.* nec quidem admittitur, sed secundum *Mararantam dicta p.6. in titulo Aliquando petitur cõpromissum actu 2. num.7. fol. mihi 169. & iura que Vrsillus ad Afflict. adduxit decis.15. num. 5.* admitti debet, sed quid quid pluris de hoc vide *Fachin. lib. 2. controu. iur. cap. 41.* vbi ampliationes,

&

& limitationes referuntur.

Quæritur tertiò, an acta, quæ fiunt p actorem cum reo principali sint notificanda authori laudato, qui principio
155 litis interuenerit? negatiuum tradit responsum *Praes. de Franchis decis. 462. Rouit. in d. Pragmat. 2. de dilation. num.* est tamen verum cum author laudatus in se suscepisset onus iudicij, tamquam procurator in rem propriam, tunc nonnullos censuisse, cogi actorem cum ipso authore litigare, non autem cum principali possessore conuento per *tex. in l. & si lege, §. item si rem in fine, ff. de petitione hæreditatis*, quod adeò est verùm, quatenus actor non probaret personam possessoris legaliorem esse, & sibi magis expediens litigare cũ dicto principali conuento, quàm cum Authore, vt per *Capyc. decis. 197. Nouar. in Prag. 2. de dilation. Giurba decis. 8. num. 42.*
156 Hanc tandem exceptionem sciant tyrones locum non habere in actionibus personalibus *Gamma decis. 101.* nec in feudalibus quidem, *Thorus in compendio, siuè dictionario decis. 1. versic. Author laudatus.*

Except. nominationis Domini. Decimam tertiam exceptionem nominationis Domini continentem in
157 proxima antecedenti tractauimus *n. 142.* ideò, quæ pauca dicta sunt, satis esse putamus nostro instituto.
158 Dicima quarta detegitur exceptio, *Except. falsi procuratoris* quæ est falsi procuratoris: hæc contra procuratorem principalis mandato carentem, aut eo reuocato procedentẽ aut falso mandato comparentem opponitur, & in qualibet parte iudicij admittitur, atque illud reddit nullum, *cap. in nostra, vbi omnes Canonistæ de procur. & l. fin. C. de eo, qui pro tutela, & l. licèt, vbi DD. de Procurat.* de qua pertractat *Muscat. in praxi in p. 2. glos. cõpetentes*; Limitatur, quoties gestis per procuratorem mãdatum non habentem, superueniret Domini mandatum cum clausula rati, quæ communiter apponi solet, quia tunc virtute dictæ clausulæ acta per similem procuratorem ante mandati receptionem, in vim ratihabitionis, quæ à voluntate cõstituentis pẽdet, vtpotè retrahatur, valerent, vt placet *Rota in antiq. decis. 586.* incipiente *quidam non erat procurator* At si instructo processu lata fuerit sententia ad
159 fauorem ipsius falsi procuratoris, nũ possit à suo principali ratificari, siuè minor, siuè maior sit? quæstionem excitat *d. Consil. Pratus ad Muscat. glos. conclusio, versu Et quod ad primum casum*, vbi sequendo *Cardos. in Praxi Iudic. & Aduoc. in verbo Procur. num. 10.* affirmatiuam amplectitur opinionem, per *tex. in l. eum minor 25. annis, § falsus, ff. rem ratam haberi*, & antè *Cardos.* plenius expressit *Iason. in d. l. licèt sub num. 10.* imò eam *DD.* communem esse affirmat, quàm deindè tresdecim exornat limitationibus scitu dignis, quas vt tua facultas expostulat degustare poteris.
Quid autem sit dicendum, si quis cita
160 tus, Fulanum suum procuratorem notificari replicaret; an actus incumbentes sint d. Fulano notificandi, tanquam Procuratori? negatiuam sustinet sentẽtiam *Dom. meus D. Carolus Petra* nunc meritissimus Iudex M. C. V. in Ciuilibus *super rit. 28. num. 8.* à qua nihil mea distat opinio, ideò apud eũ consule, quia *DD.* dicta transcribere non assuesco.

Si verò Procurator agit in iudicio, mandato principalis; & ob aliquam
161 qualitatem extrinsecam sibi inhærentem inhabilis sit, puta, quia forsan esset Clericus, aut Monachus, fœmina, reus criminis, vel similis, tũc huiusmodi obiectio in qualibet parte iudicij nõ admittitur (prout admitteretur, si in totum mãdatum desideraretur) sed debet opponi ante litis contestationem, quia dilatoria est exceptio, *tex. est in l. qui Procuratorem 57. §. si quis remittit exceptionem procuratoriam, ff. de procur. l. ita demum, C. eod. tit.* vndè si congruo tempore non obijcitur validum erit iudicium *l. filius fam. §. veteranus, ibi Bartol. ff. de procur.*
162 Aliud tamen erit, si procurator mãdatũ Domini habuerit, & in nostris Supremis Tribunalibus, aut in Reg. Audientijs egerit, sed ad officium Procuratoris non approbatus, siuè matriculatus esset, tũc enim *Reg. Pr. 78. de of. S. R. C.* de qua

su-

supradictum est, potest talis exceptio, quandocumque opponi, & opposita impedit cursum causæ, donec de contrario non constat, & hoc ratione inhabilitatis personæ iure speciali proueniente, verùm acta facta antecedenter valida sunt ratione mandati, & sic ista inter anomolas exceptiones enumerari posset.

Exc. mādati, vel tutoris nō legitimi. Decima quinta, quæ est exceptio mādati non legitimi, vel tutoris non legi-
163 timi exemplificari potest in eo qui effectualiter non erat talis, qualis comparuit propter mandatum Domini aliqua ratione, & causa inualidum, quia tunc erit, ac si nullum fuisset mandatū, paria sunt, aliquid non esse, vel esse, sed nulliter, & minùs cānonicè *l. 2. ff. de aut. tut. l. de etate, §. quod ait Prætor ff. de interrog. act. l. quoties, ff. qui satis dare cog. l. 1. §. & quidem, ff. quod cuius vniuers.* cuius textus dispositionem ad istā rem adducit *Andr. de Isernia in cap. 1. §. preterea qua fit prima causa benef. amit.*
164 *in vsibus feudor.* Si igitur fuerit processum cum tali alieno nomine comparente, cuius potestas, & constitutio fuerit inualida, semper inefficax, & non legitima censetur eius persona, adeò, vt ex defectu potestatis comparentis, aut mandato constituentis, processus, & sētentia impugnari possit, probatur per *tex. in l. 2. C. de eo, qui pro tutore, & l. qui neque, C. qui dare tutores, vel curatores possunt, l. non dubium, C. de tutore, vel Curatore quis satis non dedit. Archidiac. in cap. ad egendum de procur. in 6.* quem sequitur *Bald. in d. l. licèt col. 1. vers. 3.*

Defectus mandati, vel tutoris non legitimi considerari potest, aut respectu constituentis, aut constituti, vel for-
165 mæ ipsius constitutionis: quod ad cōstituentem, dicerem, si comparens fuerit talis, cui nulla, vel saltem si compareret administratio illius rei, in qua cōstituit procuratorem, illam exercere non posset ratione incapacitatis, vel imbecillitatis intellectus, vel subiectionis, vt foret pupillus, minor, furiosus, mente captus, prodigus, mutus, surdus, vel Religiosus, tunc alteri ex se ipso cōmittere nō posse, quod per se gerere non valet, isto enim, absque Iudicis competentis interuentu, ac auctoritate
166 tutoris, vel curatoris, aut eius superioris, quorum ope regitur, procuratorem constituente (quatenus ipsius præiudicium respiceret) constitutio nō valeret *tex. est in l. neque, §. pupillus, & in l. non eo minus, C. de procur. l. cum nos minores in fin. si aduersus rem iudicatā restitutio postuletur* & benè faciunt verba *Diui Pauli ad Galatas cap. 4.* ibi *dico autem, quanto tempore hæres paruulus est nihil differt à seruo, cum sit Dñs omniū,*
167 *sed sub tutoribus est, vsq; ad præfinitū tempus.* At si aliquo casu per se in iudicio stare posset, tunc procuratorem cōstituere valeret cum vsus procuratoris ad hoc inuentus est *l. 1. §. vsus, ff. de procur. Felyn. in cap. post cessionem, col. pen. versu & aduerte extra de probat.* Hinc fit, vt si tutor, vel curator non cauerit rem pupilli saluam fore, quando non est testamentarius, vel per inquisitio-
168 nem datus, ex quo administratio bonorum pupilli ad eum non pertineat, non potest per se, neque per procuratorē in casibus dicti pupilli comparere, & cōparendo, aut cōstituēdo acta essent inualida per *tex. in l. si tutor, C. in quibus causis in integr. rest. col. 3. in fin. C. de tut. & curat. qui satis non dedit, l. muto, §. muto, & §. hāc autem, ff. de tutel.* & hoc satis, quoad defectum, & impotentiam constituentis mandatum.

Respectu verò constituti, mandatū, siuè potestas data poterit esse nulla, prout si constitutus esset persona, cum qua iudicium validè exerceri non pos-
169 set, vt sunt, qui regulariter, nec pro se, nec pro alijs iudicio interesse possunt, vt puta seruus, Monachus, qui sine superioris authoritate regulariter inhabiles habentur *glos. fin. de proc. cap. 2. de postuland. & Ioannes Andrea in c. in nostra sup. gl. vlti. cod. tit.* verū talis exceptio respiciens defectum cōstituti, vt diximus supra *num. 161. antè litem contestatam* opponi debet alias si non exci-
170 piatur, valida sunt acta ex doctrina *Bartoli in d. l. ita demùm, C. de procuratoribus*, & tenet *d. Ioannes Andrea vbi sup.*

ſup. Abbas in cap. Non iniuſtè ſuper gl. 1. eod. tit. & Decius conſ. 499. columm. 3. lib. 4.

Et tandem quod attinet ad formam
171 cõſtitutionis mandati, poteſt eius exceptio ſimiliter opponi quoties mandatum in forma probanti non appareret, ex quo poteſtas tribui non licebat, etenim mandatum fieri debet per publicã perſonam, hoc eſt tabellionem, & coram teſtibus cum appoſitione diei loci, & cœterum, quę de iure, aut conſuetudine in publicis inſtrumentis apponi ſolent, vt habetur in *cap. 1. in fine extr. de procur. & cap. 1. & 2. extra de fid. inſtrum. Guido Papa q. 19. & idem q. 175. & 481.* ſed quid dicendum de mandatis per epiſtolam, an fides eis adhibea-
172 tur? dicitur, quod ſic, cum ſigillo alicuius Iudicis ordinarij roborata ſunt *Rota dec. 162.* quid ſi eſſet ſigillo priuati? itidem præſtatur fides, *l. ſi procuratorem, ff. de proc. & gloſ. in Clementina 1. verbo vel litteris eod. tit. Bartol. l. Lucius, circa finem, ff. de fideiuſſor.*

Exc. præuentionis iuriſdictionis.

Decima ſexta, quæ nos aggreditur, exceptio pręuẽtionis iuriſdictionis eſt, at quia cõtemplata, vires, & effectus litis pendentię præſtat, vt notat *Grammat. conſ. 95. num. 33. Rob. Maranta di-*
173 *ſput. 6. num. 32. in reſponſione ad 6. argum.* ideò, ad ea, quæ ſupra diximus me remitto, at ſi plura notabilia de ea ſcire velis ad iudicium liquidationis pertinente conſule meas paruas additiones ad *Calimam in quinque recollectionibus de liquid. inſtrum. in 5. recoll.*

Exceptio præſcriptionis.

Decima ſeptima, cui præſcriptionis nomen eſt inter peremptorias exceptiones connumeratur, deſcribitur hic, quia ante, & poſt terminũ opponi poteſt, & tàm hęc, quam aliæ litis finitæ
174 exceptiones, de quibus nos infrà nõnullas recenſebimus, ſi ante litis conteſtationem in vim peremptoriarum opponãtur impediunt litis proceſſum dũmodò incontinenti probentur, ſi autem poſt eam ad merita cauſæ referuantur *Afflict. deciſ. 63. & Muſcat. in gloſ. finita, num. 14. & 16. & idem in gloſ. vlteriora ſub nu. 7.* quomodò autem dictio illa *in continenti* intelligatur conſule *Carleualium de iudic. lib. 1. tit. 2. diſput. 52. nu. 20. tom. 2. & Farinacc. dec. Rom. 471. num. 1.*

Sed an pręſcriptio detur in noſtro Regno? vide *Dom. meum Conſ. Pratum ad Muſcat in gloſ. Et ſimilia, verſu ſed*
175 *pulcra col. 2.* qui adducta in medium altercatione inter *Præſid. de Amato conſil. 96. nu. 20. verſu, nec præmiſſis, & conſ. 38. & Reg. Rouit. conſil. 40. n. 14. lib. 2.* ſequentem *Vrſill. ad Affl. deciſ. 13. num. 9. & deciſ. 329. circa finem*, illum pro affirmatiua, hunc negatiuam tenentem, enucleatis *Vrſil. verbis*, *Reg. Rouitum* non aduertentem compatitur, & ſuam præferẽdo opinionem *Dom. Præſ. Amato* accedit. At quidem in materia iurium incorporalium præſcriptionis, vt ſunt ſeruitutes non eſt ambigendum, concurrentibus infraſcriptis requiſitis
176 locum habere præſcriptionem: nempè quaſi poſſeſſio *cap. ſine poſſeſſione de Reg. iuris* item ſcientia, & patientia aduerſarij, *l. quoties, ff. de ſeruitutibus*, itẽ vſus iure ſeruitutis *l. fin. ff. quemadmodũ ſeruitus amittatur*, item bona fides *gl. & DD. in d. l. fin. cap. fin. de præſcriptionibus*, cui non obſtat *tex. in l. ſicut, C. de præſcript. 50. ann.* quia cum agitur de his, quæ concernunt animam, & de peccato minuendo ius canonicum pręfertur iuri ciuili, *vt not. in cap. mala fidei poſſeſſor de Reg. iuris in 6. & in cap.*
177 *1. extra de noui oper. nunciat.* quam multi tenent opinionem cum *Ioanne Andrea in cap. de except. lib. 6.* quod eſt verum, dummodò clarè non conſtat de mala fide, vt in d. *cap. fin.* quia in dubio bona fides præſumitur *Bald. de præſcript. in 2 p. 3. partis principalis in 6. q. num. 20. Felin. in cap. ſi diligenti de præſcript.* vide *Gabriel. com. cõcluſ. lib. 5. concl. 5. nu. 6.* & regulariter per *tex. in l. pen. C. de euict.* bon. fides præſumitur, itẽ legitimum tempus, quod multifarium eſt, etenim ſi de ſeruitutibus continuis, vel quaſi agatur circa prædia ſecularia decem inter prę ſentes, & inter abſentes ſpatium 20. ann. requiritur, ſecus autem in Eccleſiaſticis prędijs, vbi quadragenarium tempus expoſtulatur ſecundum *Innoc. & Canoniſtas in d. cap.*

ſi

ſi diligenti de præſcriptionibus. Si verò
de diſcontinuis, tantum temporis ſpa.
tium interuenire debet, quanti memo-
ria hominis extare non poteſt *gloſ. &
DD. in l. ſeruitutes, verbo certam, ff. de
ſeruitut.* quod quidem tempus limita-
tur, cum præſcribere volens titulum
haberet, quia tunc ſufficeret decem an-
norum ſpatium inter præſentes, & 20.
inter abſentes *Cancer. var. reſol. tit. de
ſeruit. cap. 4. num. 163. tom. 2.*

178 Quid dicendum in legatis, & fidei-
commiſſis: datur ne præſcriptio? pul-
chra, & fructuoſa eſt quæſtio, ſed quia
de ea copioſè pertractat *Reg. Merlinus
cent. 2. controuer. cap. 63. num. 26.* vbi re-
ſpondendo obiectis ex generali regula
tradita per *Vaſq. cont. ill. lib. 2. c. 55. n. 26.*
probat verũ eſſe, malã fidẽ vitiare præ-
ſcriptionẽ, nedũ circa res corporeas, ſed
etiã circa incorporeas, & iura: verùm in
legatis, & fideicõmiſſis, vtpotè negligẽ-
tia tantũ non petentis iuncta cũ legiti-
mo temporis curſu requiratur, abſq;
bona fide præſcriptionem inquit habe-
re locum, cum igitur conſule, nè à no-
ſtro inſtituto recedamus.

179 Quæro pariter vtrum mala fides au-
thoris noceat ſucceſſori? reſpondendũ
puto, in præſcriptione longi temporis,
tàm de iure ciuili, quàm de iure cano-
nico bonam fidẽ authoris requiri, alias
ſucceſſori nocebit, de primo ſunt *tex.
in l. fin. C. de præſcription. & l. 1. C. de vſu
captione transformanda*, quia per hanc
dominium acquiritur *l. traditionibus,
C. de pactis* de ſecundo eſt *tex. in c. fin.
ext. de præſcript.* at in præſcriptione
longiſſimi temporis de iure ciuili, nec
180 bona fides, nec titulus requiritur, quia
talis præſcriptio, neque dominium, nec
proprietatem transfert, ſed eã poſſeſ-
ſorem, tãtummodò tuetur exceptione,
& prærogatiua longiſſimi temporis, *gl.
in d. l. traditionibus, l. ſi quis, C. de præ-
ſcription. 30. ann.* præſcriptio enim nil
aliud eſt, niſi quædam defenſio tẽpo-
ris interuallo quæſita, *l. 1. C. ſi quis igno-
rans, & gloſ. in l. 1. §. cum prædictum
verbo, nec vſu capione, ff. de pignoribus.*
181 De iure autem canonico indiſtinctè
in vtraq; requiritur, *tex. eſt in d. c. ſi dili-
genti, & c. vigilanti de præſcription.* &
ſic ſancitum eſt per cõſtitutionem Cõ-
cilij Laterarenſis *in d. c. vlt. de præſcrip-
tion. & c. placuit, §. præſcriptionem 16.
q. 3.* quid ergò cõcludendum ſit in tan-
to diſcrimine? verùm fateor, quod à
ſcribentibus ſugere potui, diuerſas re-
peri opiniones, de quibus hæ duæ, vti
æquitati proximiores arridere videtur:
altera eſt *Ioannis de Graſſis in d. cap. ſi
diligenti ſuper gloſ. bona fides*: hic in-
quit diſpoſitionem canonicam habere
locum in ſucceſſoribus vniuerſalibus,
qui ad exonerandã defuncti conſcien-
182 tiã tenentur *c. fin. extr. de ſepulturis*,
ſecus autem in particularibus, ſecundũ
Dynum in cap. poſſeſſor de reg. iuris (cuius
dictum intelligo eſſe verùm, dummo-
dò ſucceſſor ſingularis non iure ſui au-
thoris, aut acceſſione vtatur per *tex. in
l. cum hæres, ff. de diuerſis, & temporali-
bus præſcription. l. An vitium, ff. eod.*)
altera *Ioannnis Ainotomi ſuper inſtitut.
lib. 2. de vſu cap & long. temp. præſcrip-
tion. tit. 4. nu. 20.* hic collatis opinioni-
bus in quæſtione, an ius canonicum
corrigat ius ciuile, refert dicentium ſẽ-
tentiam, quo ad actiones perſonales
iuri ciuili non eſſe derogatum, quia de
realibus tantùm, non de perſonalibus
canonica iura ſint locuta, mouentur il-
li ex eo, quod ex parte debitoris non
datur poſſeſſio, ſed non petentis negi-
lentia cum legitimo tempore cauſatur
præſcriptio (quod ad queſtionem agi-
tatam per *d. Reg. Merlinum vbi ſup. con-
ferres*) quam opinionem ſequitur *Enri-
cus Hoſtienſ. in ſumma, §. quares ext. de
præſcript.* cum cœteris authoribus, quos
ipſe refert.

183 Sed veritas ea mihi eſſe videtur, nĩ
fallor, cuius quamplurimi ſunt ſectaro-
res, hoc eſt, tàm in realibus, quàm per-
ſonalibus, & iuribus in corporalibus
iura, quæ permittunt præſcriptionem
cum mala fide, ſunt correcta per dictũ
ius canonicum, & communem eſſe opi-
nionem, tàm canoniſtarum, quàm le-
giſtarum aperit, *idem Ainot. vbi ſup.* quæ
ab illis vniuerſalibus verbis *d. c. fin. de
præſcrip.* alitur ibi, *vt nulla valeat, abſq;
bona fide præſcriptio, tàm canonica, quàm*

ci-

ciuilis, ſed an præſcriptio 30. vel 40. ann. habeat locum in inſtrumento contra tertios poſſeſſores negatiuè deciſũ fuit per S.C. refert *Thor. in ſupp. comp. verbo Exceptiones oppoſit.*

184 Poſtremò quæro, an detur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, tàm aduerſus præſcriptionem longi tẽporis, quàm contra quatragenariam? hinc indè opiniones non deſunt arduæ, pro affirmatiua ſtat receptior tradit *Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 44. ſub n. 47. Reg. Merlinus, vbi ſup. n. 13.* quàm ſequũtur quamplurimi *DD. congeſti* per *Dom. meum Conſ. Io: Baptiſtam Hodierna ad Surdum deciſ. 4. num. 1.* licèt in puncto iuris negatiuam veriorem eſſe tutatur addentes ad *Afflictum deciſ. 37. & Trentacinq; lib. 2. var. tit. de reſtit. integr. reſol. 1.*

185 Hæc pauca in hac exceptione ad ſuũ ornatum adduximus, & ſi inſtitutum noſtrum parum, aut nihil expoſtulaſſet tamen dicta ſint tranſitus gratia, & ad iuuenum commodum in contingẽtiæ caſibus: mea enim volũtas eſt proximo prodeſſe, ſi valerem. Cœterum ſi plura de præſcriptionis materia quærantur vltra ſupracitatos adi *Guidonem Papa*, ibi *Ferrerium, & Ranchin. & cæteroſque addentes, deciſ. 199. & 221. & 416. Merlinum de legitima lib. 5. tit. 3. q. 10.* & alios, quorum deſcriptio operoſa mihi eſt.

Exceptio de iure tertij.

186 Decima octaua de iuris tertij exceptione agit; hoc eſt de opponendo parti diuerſę ius, vel actionẽ, non ad ipsũ principalem conuentum, ſed ad tertiũ in iudicio non exiſtentem pertinentem: hanc regulariter objiciens non auditur, vt per *gloſ. & Bartol. & DD. in l. 2. ff. ſi ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur, & l. 2. ff. de exception. rei iud.* & eſt *tex. clarus in l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeruitus vind.* limitatur tamẽ quoties ius tertij ſit excluſiuũ iuris agẽtis ipſo iure, quia tunc poterit hac exceptione vti, vt in *l. cum ſeruum, C. de ſeruis fugitiu. & d. §. competit*, & ſic agẽti rei vindicatione opponi poteſt, ipsũ non eſſe Dominum, ſed alium quo probato ipſo iure agens excluditur *l. fin. C. de rei vend.* ità pariter cum tertij intereſt *l. Titia diuortium, ff. ſol. matrim.* ſed an in executiuis, & poſt liquidationem inſtrumenti ſit habenda ratio huius exceptionis vide *Reg. Merlin. lib. 1. controu. cap. 88. n. 11.*

Exceptio declinatoria fori.

187 Decimanona, poſt præcedentem, eſt exceptio declinatoria fori, de qua non pauca *ſup. n. 60. & ſeq.* expoſuimus, nũc quia ſub hac, fori variatio, & electio comprehenditur, quæ ad miſerabiles perſonas pertinet, tàm ſi trahant, quam ſi trahantur in ius, dummodò tamen aduerſariorum potẽtiam perhorreſcãt vt aperit *Imperator Conſtantinus in l. 1. C. quando Imperator*, ibi *Paul. de Caſtro* (quod quidem priuilegium confirmatum fuit, per *Conſtitutionem Regni* incipientem *ſtatuimus, tit. de offic. Magiſtri Iuſtitiarij*, hoc tamen adiuncto, vt prius tales miſerabiles præſẽtialiter de perhorreſcentia diuerſę partis iuramẽtum præſtarẽt, quod pro nouo iure habetur in Regno, notarunt *Carauita rit. 228. num. 5. Couarr. pract. 99. cap. 6. nu. 1. Nouar. de elect. fori p. 2. q. 27. n. 17.* ideò vltrà à nobis adducta *nu. 77. verſ.*

188 *Aduertes tamen*, notabis, quod inter miſerabiles perſonas, minores ætiam decem, & octo annis connumerantur, & quidquid pupillis, (ſcilicèt patre carentibus, ſecundum *Andreolum* poſt noſtrates *controu. 435 num. 10.* diſpoſitum eſt, ad illos quoque extenditur, quia ſi iſti, vti impotentes ex ſe, abſque aliorum miniſterio, & ope, nil agere valent, qua de cauſa miſerabiles dicuntur, illi pariter ętatis miſeratione minoris, extraneo adminiſtratore indigentes, eodem frui debent priuilegio, vt aptè, & abundanter tradidit poſt *Conſil. Paſcalem de patria poteſt. p. 2. cap. 2. n. 92. Conſil. Carleual. de Iudicijs lib. 1. tit. 1. diſput. 2. q. 6. ſect. 7. num. 532.* qui in toto ſuo tractatu acutiſſimam ſui ingenij aciem demonſtrauit, & inter noſtros practicos nimis emicuit; contra verò, vbi tali priuilegio pupilli, aliæque miſerabi-

189 les perſonæ non potiuntur, nè minores quidẽ fruuntur, & inter alios, quos obſeruare poteris caſus, primus eſt, cũ vtrique contra tutorem, vel curatorem,

 ſiuè

siuè alium administratorem litem intendunt pro redditione computorum administrationis gestæ ad finem trahēdi extra locum, vbi facta fuisset administratio, vt voluerunt *DD.* per *tex. in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs publicis, quàm priuatis agi oportet*, & regulariter ità est, quoniā nemò cogitur suos prodere libros extra locum administrationis, per *tex. in l. Prætor ait, & l. argentarium, ff. de edendo*, & quod regula ista locum habeat in prędictis pupillis, & minoribus, erudiunt nos *Franc. Munnoz. de Escobar. in tract. de ratiocinijs c. 7. num. 56. Gratian. tom. 1. discept. forens. in add. ad suas decis. super decis. 180. n. 6.* quibus indè se adiūxere *d. Cons. Pascalis vbi sup. nu. 108. Carleual. cit. loco nu. 651.*

190 Secundus est, cum ijdem contra alias personas miserabiles communi priuilegio vti vellent, vt in *ritu* 228. & 231. ibi *Carau. thesaur. dec. 177. n. 9. Franch. decis. 188. & 553. Giurba decis. 82. nu. 8.* & ante eos *Andr. de Isernia super dict. constit. statuimus*; tunc enim vtpotè cōquassentur priuilegia, rei forum attēditur *l. fin. C. vbi in rem actio* Tertius est

191 cum ipsorum causa in M. C. V. introducta esset, tunc non de facili ab illa ad S. R. C. variatio eis præstaretur, quia in d. M. C. non præsumitur metus propter presentiam *Dom. Regentis, & Dom. Iudicum teste Afflicto decis. 30. nu. 3.* ex *textu l. 1. C. de his, qui propter met. Iu-*

192 *dic. non appell.* quod verū ducit *Reg. Rou. cons. 88. nu. 4.* & decisum refert in Collaterali Consilio *Præs. Merlinus cōtrou. lib. 1. cap. 100. num. 3.* nec vrgent, quæ tradidere *Pater Molfes. & Nouar.* & postremò *Scialoya de foro competenti c. 16. nu. 89.* obstant enim recenter adducta per *Dom. Altomare ad Rou. consil. 88. num. 14.*

Occasione prædictorum aduertere non omittam, viduam sine dubio variandi forum exceptione frui, & nihilominus tali priuilegio priuandam esse

193 existimarunt *Pater Molfes. in commēt. cons. Neap. p. 2. tit de bonis q. 12. nu. 18. & Nouar. tract. de elect. fori, sect. 1. q. 7. num. 11.* tunc cum de dotis exactione ageretur, ducti ad id credendum dispositione illa antiquissima *tex. in l. exigere dotem 65. ff. de iudicijs*, non aduertentes sua pace, post dictam antiquam *legem* viduæ, & alijs miserabilibus indultum fuisse huiusmodi priuilegium per *d. l. 1. C. quando Imperator*, cui per illam non derogatum esse constat tùm iuribus, tùm decisionibus, quibus hoc validè tuetur *d. Cons. Carleual. vbi sup. n. 556. & 558.* vndè ab eis est cauendū deinceps,

194 In numero priuilegiatorum Neapolitani existunt, siuè ex priuilegio, siuè ex natiuitate, quapropter, siuè agant, siuè in ius vocantur, sēper ipsi trahunt ad M. C. *Præs. de Franch. dec. 316.* id tamē limitatur in duobus casibus. Primò, si agerent cōtra officiales, & subditos Regię Dohanæ menepecudum Apuliæ *Reg. de Ponte de potest. Prorēg. tit. 4. §. 8. num. 49. Montan. controu. 66. nu. 3. Thorus in C. rer. Indic. in alleg. diuersorum alleg. 49.* Secundò, si agerent ex causa lucratiua ad finem trahendi tantùm, ex *tex. in l. 2. C. ne liceat potētioribus actiones in se trāsferre*, cuius dispositio practicata fuit in personā cuiusdā equitis Neapolitani, testatur *Thorus in suppl. Decisionum*, verbo *remissio causæ petita*.

195 Hæc vltima exceptio non solū cedentibus verùm etiam tertijs possessoribus competit, quos certum est condemnari non posse, nisi prius facta fuerit diligens excussio principalium debitorum, vt communis *DD.* sententia est, quorum viginti nouem enumerat *Andreolus contr. 235.* & inter eos *Dom. meum Consiliarium Io: Bapt. Hodiernam controu. 37. nu. 18. & seqq.* cuius conclusio ampliatur, etiam si cedens promiserit exigibilitatem nominis debitoris, eo quod ille tunc nō efficitur purè debitor, sed sub conditione hoc est si debitor cessus repertus fuerit non soluendo, quam quidem conditionem ex natura obligationis manare probat *d. Andreolus vbi sup. n. 7. & contr. 115. nu. 12.* & licèt ex hac opinione dissentiat noster *Montanus controu. 44. n. 3.* pluribus tamen iuribus reprobatur ab eodem *Andreol. d. controu. 235. n. 8.* *Exceptio excussionis principalis.*

196 Hic primò est obseruandum, in fide ius-

fideiussoribus, & mercatoribus eam non de facili admitti attentis *DD.* quos cōciliat *Caluin. de aequit. lib. 2. cap. 114. nu. 23. ver. placet tamen* quem sequutus est *Dom. Consil. Pratus ad Muscat. in pract. fideiussoria p. 2. q. 20. versu secundus circa finem* in tertio possessore, & cedentibus de equitate concedi, vt est videre *Thesaur. decis. 51. 52. 53. & 215.* Secundò hanc exceptionem ante litis cōtestationem esse opponendam, alias cōtra tertium, & cedentem, aut fideiussorem proceditur *Alexand. cons. 33. n. 2. vol. 4. Bart. & Bald. in l. probatam, C. de sent. & interloc. Gabriel. commun. concl.*
197 *lib. 3. de fideiussoribus conclus. 1. nu. 59.* Tertiò eam locum non habere in gradu appellationis *DD. in l. Ità demum, C. de procur. Gabriel. vbi sup. Guido Papa decis. 94.* Quartò, tunc hanc exceptionem locum non habere, vti dilatoriam cum per declaratoriam iudicis imprōptu constaret pcincipalem debitorem esse notoriae decoctum *Gabriel. vbi sup. num. 54. Afflict. decis. 318. Sanfelic. decis. 204. num. 11. tom. 2.* & tunc etiam post terminum obijci potest tenent, *Guido Papa dec. 54. Ant. Heringius de fideiuss. cap. 28. num. 19. Io: Gaddeus de contrah. & committ. stip. cap. 9 conclus. 5. n. 105.*

Quintò, opposita hac exceptione p reū, oportere actorē, simul, & cumulatim compilare, tā cōtra reū, quā contrà principalem debitorem, & eodem iudicio discussionem facere de bonis, vtriusq; *Negusantius de pignor. p. 8. mēb. 1. num. 28. vsque ad 32.* coeterum de ea plenius tractant *Gabriel. vbi sup. & Muscatell. in d. pract. fideius. p. 2. q. 20.* quos consule.

Addimus descriptis Adulterij exceptionem, quae opponi potest ab vxore contra maritum in causa ciuili, & maritus contra vxorem ad separationem Thori, & amissionem dotis, & lucrorum, *l. si vxor, §. Iudex, ff. de adulterijs, Surdus de alim. tit. 7. q. 16. num. 54.* ve-
198 rùm cum ista obijcitur, per replicationem lenocinij tollitur *tex. in l. viro 40. ff. sol. matrim. l. sū mulier 49. eod tit.* sed an mulieri dotem petēti post mortem viri posset ne ab illius haeredibus opponi talis exceptio? regula stat pro negatiua, praeterquam in duobus casibus, scilicèt, quando viuente viro querela fuisset exposita, vel post adulteriū commissum modico tempore maritus vixisset, vt notauit *Dominus meus Reu. D. Carolus Antonius de Luca in sua add. ditt. ad Franch. obseruat. 240. in princ.*
199 vtrum verò haeredibus viri pro restitutione dotis vocatis, prodesse possint conquestus de adulterio ab ipso marito viuente facti? & an quando tale delictum remissum cēseatur? & num viro post mortem vxoris hanc exceptionem adulterij opponere valeat haeredes, adi eundem *D. Carolū de Luca, vbi sup. n. 2.* cui addo *Dom. meum Consil. Pratum ad Pascalem de Patria potest. p. 1. cap. 5. versu dubitabilis, & aspernenda.*

Reliqua de exceptionibus perquiratur *Scaccia de iudicijs lib. 2 cap. 2. n. 192. Marc. Ant. Blanc. tract. de exception. t. 3. p. 1. Martin. de Fano de exception. impedient. litis ingress. tom. 3. tract. 1. Felin. in c. exceptionem num. 3. & 37. Scaglion. super Prag. in tract. de modo procedendi.*

Quoniam de dilatorijs summatim egimus, quae donec impletae non fuerint litis cursum impediunt, consentaneum erit, de peremptorijs iudicium eneruantibus aliquas recensere exceptiones, quarum hae frequentiores sunt videlicèt.

1 *Solutio.*	5 *Renuntiatio litis*
2 *Transactio*	6 *Compensatio.*
3 *Res iudicata.*	7 *Nonnumerata pecunia.*
4 *Periuriam.*	

Nè iuuenum genium defraudare videamur, ipsarum effectus hic properato tangemus, & reliquas infra glossa sententiae reponamus.

200 Primae igitur viribus innotescit cūctis, omnem tolli obligationem *instit. quibus modis tollitur oblig.* quod eatenus sit certum, quatenus solutio vera sit, & non praesumpta iuxtà *tex. in l. quoecumque, C. de apocis lib. 10. de Franchis decis. 137.* haec post sententiam opponi potest, probat *Andreol. contr. 30. num. 2. & contr. 365. num. 4.* parem obtinet vim aduersus creditorem, qui sui *Exceptio solutionis.*

 de-

debitoris esset hæres, absque beneficio
201 legis, & inuentarij, quia per aditio-
nem, absque tali beneficio, confusa
redditur eius actio inquit *Imper. in l. si Adulta in fin.C. de hæred. actio.* & talis confusio habetur loco solutionis, vt est *tex.punctualis in l.vranius, ff.de fideius-sor.* limitatur tamen quoties aliter probetur *l.stichum, & pamphilum, ff.de solutionibus.*

Exc. trãsactionis.

Secundæ per oppositionem, lis terminatur, *l.Fratris, C.de transact. Afflict. decis.220. post num.3. Gram.decis. 66.* & hoc regulariter, sed vtrum, & quãdò rescindi possit trãsactio? demõstrat *Dom.*
202 *Consil. Io: Baptista Hodierna in suis controu.cap.37.per totum, de Marinis in suis resolut.quotid.cap,233.nu.*8. & post innumeros addo *Valer.de trãsact. tit.6. q.2 n.46.*

Exceptio rei iudicatæ.

Tertia si constat exceptio, a qua nõ fuerit appellatum, & faciat ius, finem
203 cõtrouersiæ imponit *glos.inl.Iulianus, verùm, ff.de condictione indebiti, & l.res iudicata, ff.de reg.iuris Muscat, glos. finita num.3. & 6.* ibi *Dom Consil.Pratus vers. suas pariter, & in glos. iudicata p 1.* idem pariter dicendum est si in sententia a qua oritur talis exceptio non fuerit dictum *citra præiudicium iurium opponentis, vt d. de Franchis decis.* 289. est tamen verùm hanc exceptionem, vt
204 suum habeat effectum sua oportere habere requisita, scilicèt, *eandem rem, eundem modum agendi, & inter easdem personas* de quibus meminit *Thorus in compendio decis.tom.1. in verbo exceptio rei iudicatæ, & Dom. meus Consil.Hodierna in suis controuers.c.47. num.61.* & plenius *Galluppus in praxi p.2.cap.2.de excep.rei iudicatæ* in verbo *de indentitate rei num.7.de indentitate causa num.11. & de identitate personæ num.18.*

Exceptio periurij.

Quartam eundem habere vigorem, sicut cæteræ peremptoriæ colligi videtur, ex *tex.in l si quis maior, C.de transact.* quem allegat *Muscat. glos.periurij p.4.sub nu.17.* ibi *Dom.meus Consil Pratus.vers.& quatenus Auctor,* cuius legis
205 dispositionem, quoad pœnas in ea contentas contra periuros acerrimè tu-
tatur in suis *discep.forens.cap 15. an 11. vsque ad 30.* vbi licèt illius dispositum, vti rigorosum non obseruari in multis locis, & contra illud pluries per alios Senatus iudicatum fuisse memorat, nihilominus inherens *Ioannis Vincentij Anna alleg.* 28. omnimodè seruandum esse multis firmat medijs, cui *Couarruiæ sententiam* adiicio *tom.1. tit. de pactis*
206 *p.1.§.7.n.4.* sed quod attinet ad hanc exceptionem, per quã dicitur perimere ipso iure actionem agentis, est notandum, non ideò amitti causam, secundum *Salycetum in auth.ei, qui iurat n.1. C. de bonis auth. Iudici possid.vers.& secundum hoc collige* vbi addent.*lit.A.*

Omnes ferè practici de hac exceptione, quoties loquuntur in mentionem iuris iurandi exceptionis incidunt, non declarantes quid altera ab altera differat, sciendum igitur est, si quis esset p absolutionem à iuramento habilitatus ad agendum contra instrumentum iuramento à seipso vallatum, pendente iudicio, dubium non esse, obligationis
207 naturam non destrui, neque retardari, & quousque talis obligatio non fuerit per sententiam elisa, illius executionẽ non impediri probat *Dom. de Franchis decis.670.num.1.Monach. ad Minadoum decis.29.n.6.Danza decis.66. n.16. Alex.Trentac.var.resolut. lib.2. tit.de iureiur. resol.1. n.7.* quod idem procedit in obligatione Camerali, vt p *Marchesan.de commission.p.1. commiss.1.c.5. num. 2. & 4. in fine* etiam extenditur si data renunciatione præuentionis à iuramento præstito super dicta renunciatione habilitatio fuisset obtenta *Cara-*
208 *uita ritu 168.nu.1. vers. quo ad secundum, thesaur.decis.165.* hæc tamen conclusio limitatur, cum contractus fuisset ipso iure nullus, puta, quia esset contra formam statuti, tunc enim ille cum nullus tamquam principalis foret, nulla quoque essent accessoria, vt habetur in *cap. de iure iurando P. Molfesius consil.42.sub num.14. & seq.* & faciunt adducta per *Dom. de Franchis decis.* 391. quæ quidem limitatio ad plures extẽditur casus de quibus est videre *Scacciam de iudic.lib.2.cap.2.casu 1. nu.139.*

præ,

præfato casu igitur donec habilitatus non obtineat cõtra instrumentum, obstare sibi existimo iuris iurandi exceptionem, quamuis de ea nulla videatur fieri oppositio, ea tamen continetur in petitione creditoris, quoniam interim executioni demandatur obligatio, & omnia in ea contenta.

209 Contra verò si quis non habilitatus agit, & venit contra instrumentum, potest tunc ei opponi periurij exceptio, & per talem exceptionem oppositam, perimitur actio intentata à periuro, qui hoc casu pœnis etiam subiacebit *d. l. si quis maior.*

210 Differt etiam hæc exceptio ab illa iuris iurandi, quia ea transit ad hęredes actiuè tantùm, vt per *Vrsillum ad Affl. decis.* 285. *& Caualcan. decis.* 9. *num.* 13. *p.* 1. hæc verò non: quia hæredes periurantis nõ tenētur periurii reatu, & licèt ad iuramenti obseruantiam teneantur, non per hoc illaqueari posse sequitur ad periurium, vt inter alios probat *Felynus in cap cum sit, num.* 9. *vers. limita de foro competenti, & Capyc. decis.* 75.

211 Sunt plura, quę notare non omittã de hac exceptione periurij. Primò locũ habere, tam in iure iurando iudicia. li quã extra iudiciali, probat *Dom. Cons. Pratus in sua add. in princ. ad Muscat. in glos. periurÿ* cui addo *Marchesanum de commission. p.* 1. *cõmis.* 1. *relaxat. iuram. cap.* 2. *num.* 25. *& Boerium decis.* 305.

Secundò absolutionem à iuramento duplicem esse, vt not *Ioannes Camillus*

212 *Bilecta de absolut. à iuram. cap.* 1. plenariam nempè, & simplicem, plenaria ea est, cum quis fuit absolutus à iuramento, & per absolutionem illius vires fuissent eneruatæ; simplex verò cum quis fuit absolutus ad effectum agendi tantùm, itá vt agere, & contrauenire possit in iudicio, absq; periurii labe, & talis absolutio habilitatio appellatur, adeò vt per eam iuramenti vires debiles non reddit, vt tradit *Couarrunias var. resol. cap.* 4. *num.* 8. *vers. verum lib.* 1. *Menoch. consil.* 24. *num.* 18. *lib.* 1.

213 Tertiò, huiusmodi absolutionem, nisi iusta causa, & læsio non exigua intercedat, obtineri non posse testatur *Episcop. Riccius in praxi absolutionis à iuram. resol.* 288. *num.* 3. *versu requiritur*, & antequam agatur, tot requiri absolutiones, quot sunt in instrumento promissiones iuratę *Vrsill. ad Afflict. decis.* 220. *num.* 12. *idem Riccius vbi sup. resolut.* 289. *vers. tertia, & in fine versu sex-*

214 *ta*, ad quarum consecutionem partis citatio non requiritur idem *Vrsill. vbi sup num.* 14. cui addo *Tyraquell. comment. in tit. res inter alios acta versu declara secundo fol. mihi* 33. & priusquam iudicium intentetur iusiurandum remitti posse à parte, ad cuius fauorem fuit pręstitum *Abbas in cap.* 2. *num.* 6. *in fin. de sponsal.* sed post vbi fuerit factus casus periurij minimè hoc fieri posse tradit *Caualc. decis.* 9. *num.* 35. *Afflict. decis.* 36. *num.* 2. & tunc quidem periuro, antequam habilitationem ad agendũ assequatur, absolutio à periurio opus est *Carauita ad Afflict. d. decis.* 220. *in fine* & in hac habilitatione ad agendũ post periurium requiritur partis citatio *Io: Angel. Pisanell. ad Afflict. d. decis.* 220. *Felyn. in cap.* 1. *num.* 28. *vers. retenta in* 3. *casu de iure iur. Riccius vbi sup. resol.* 298. & talis habilitatio nõ concedi potest ab ordinario, nisi à S. P. *glos. ord. in c. quanto de iure iur. Riccius vbi supra in sua addit. d. praxis absolutionis à iuram. resol.* 290.

215 Quartò exceptionem periurij non esse peremptoriam perpetuò, vt foret res iudicata, & solutio, de quibus supra, ea enim durat, quousque non impetretur absolutio *Vrsill. ad Afflict. decis.* 30. *num.* 5. verùm obtenta deindè absolutione ex integro est audiendus *Muscat in glos. de iurÿ num.* 10.

216 Quintò, Quæ diximus de periuro locum non habere in reo necessario, qui est citatus ab Actore, quia cum sit citatus ab eo, approbata dicitur sua persona in iudicio *Innoc. in cap cum inter, sub num.* 1. *solutio illa de exception.*

217 Sexto per solã præsentationē comparitionis, vel supplicationis aliquem non effici periurum, nisi iudicium prosequitur *Anna sing.* 362. quem sequitur *Pascalis de patr. potest. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 7. *in fine.* Se-

518 Septimò, periurij notæ non subiacere Syndicos Vniuersitatis, qui eius nomine se obligant *Galter. de liq. instr. tit. an pracedente absol. à iuram. n. 14. Danza decis. 66. nu. 32.* & respectu Æconomorum, vide *Pers. cons. 7. tom. 2.*

219 Octauo, eatenus ab agendo actor periurus repellitur, quatenus hæc opponatur exceptio, alias non opposita auditur periurus, & valet processus, *Riccius vbi sup. resol. 291. num. 3. Sperell. decis. 25. num. 127.*

220 Nono, hanc exceptionem non habere locum, quando opponitur exceptio nõnumeratæ pecuniæ cõtra instrumentum mutui, quia iuramentum in dicto contractu respicit confessionem non autem numerationem pecuniæ, vt est videre *Couar. in c. 1. §. 4. de pactis in 6. Borrell. in sum. decis. tit. de iuram. nu. 29. to. 1.*

Decimò habilitationem ad agendũ non obstante iuramento, à quocumq; Iudice Ecclesiastico concedi posse, etiã loci prætereuntis *Felyn. in cap. 1. n. 31. de iure iur.*

Est postremò notandum exceptiones peremptorias duobus posse modis opponi, scilicèt in vim dilatotiarum,
221 & peremptoriarũ: si ante, vel post immediatè terminũ principalem, qui loco litis contestationis est, opponantur, & statim probentur per instrumẽtum, vel aliam publicam scripturam fidem facientem, tunc vtpotè per eas actio agẽtis elidatur, terminus ideò prædictus impeditur, adeò vt adulteriora procedi nõ possit, nisi discussis d. exceptionibus, vt per *glos. in c. 1. in princ. de litis cõtest.* ibi *eo quod tres prima exceptiones merita causa nõ respiciunt*, & in isto casu, nõ quia tales exceptiones opponũtur ante terminum, in vim dilatoriarum opponi dicendum sit, sed in vim peremptoriarum, quoties oppositę incontinẽti probantur, & discussę elidunt radicitus iudicium, & actionem, secũdum *gl. prad.* hoc tyrones mente teneant, etenim apud scribentes oppositum inuenitur: si verò non probantur, ad merita causæ reseruantur, & tunc dicendum puto in vim dilatoriarum esse oppositas, quia

222 exceptiones dilatoriæ, eę sunt, quę dilatant cursum iudicij, quoties oppositę, & non probatę super eis Iudex interloquitur reseruãdo eas ad causę decisionem, vti impediẽtes processus cursum loco dilatoriarũ habentur *l. num. postea in princ.* ibi *glos. in verbo exceptioni, ff. de iure iurand. de Franchis decis. 289. num. 4. Mastrill. decis. 8. num. 5. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum*, habeto hic pro regula omnes exceptiones, quę nõ resultant ex actis, aut aliundè in continenti non probantur, altiorem requirunt indaginem, & proindè ad decisionem reseruantur *Ioseph. Ludou. dec. Luc. 24. Guido Papa sing. 182. Caualc. dec. 28. & 26. & 30. p. 1.* cumque sit decretum talis reseruationis, à tali decreto non admittitur appellatio, vt per S. C. fuisse decisum testatur *Io. Vinc. Anna singul. 605. Stefan. Gratian. tom. 1. discept. forẽs. cap. 7. num. 24.*

Quinta non minus, quàm præcedẽtes prælesert, & illarum vim habere co- *Exceptio renunciationis litis.*
223 gnoscitur, ex *Cassador. decis. 1. de re iudic. num. 7. vers. item 4. Tuscus concl. 385. n. 7. & alijs.*

Pares sexta exigit effectus, tunc primo cum compensatio fit de liquido ad liquidum *l. fin. C. de compensat & l. Papinianus, exuli, ff. de minoribus Afflict. decis. 381. num. 6.* Secundò, cum non fit debitore inuito *Surdus dec. 191. n. 17.* & ità intelligitur *l. si constat, C. de comp.* *Exceptio compẽsationis.*
224 ibi *glos. 5.* quia compensatio fit parte volente non autem tacente, vel inuita vt idem *Surd. vbi sup num. 18.* limitatur tamen cum de vsuris agitur, & in delictis, vbi factum hominis non requiritur secundum *glos. versu, quod autem d. l. si constat. Caualc. decis. 22. p. 4. n. 42.*

Hęc exceptio locum non habet, in actionibus, quę fundamentum non
225 habent *l. si cum §. 1. ff. de compens.* vbi autem sua concurrunt requisita, quę supra, potest opponi ante sententiam secundum *Innnoc. & Hostiens. in cap. cum super de or. cog.* verùm attenta magis communi scribentium opinione etiam post decretum diffinitiuum eam licèt opponere, post *Felyn. in cap. suborta de iure iur. Surd. decis. 191. nu. 7. Capyc. decis.*

cis.82.num.37.& decis.25.

Exceptio non nume. ratæ pecu. nia.

Respicit septima beneficium, tùm debitoris, tùm creditoris, debitoris nẽpè si per ipsum apponatur in contractu mutui intra biennium, vt in *institut. de literarum obligat.* §.1. tunc enim probata censetur, & onus probandi contra.
226 rium ad creditorem transfertur *tex. & glos. in l.2.C. de nonnum. pecun. l.1. & gl. f.C. de condition. ob turp. caus. Afflict. decis.*110. ibi *Vrsill. Sanfelic. decis.* 152. *n.2. tom.2.* adeò vt si in termino creditor non probauerit pecuniã fuisse solutã, tunc cõfessio debitoris nihil operata fuerit *d. institut. de literarum oblig.* in pupillo limitatur *l. fin. cap. in quibus caus. in integr. restit. non pot.* cuius fauore etiam lapso biennio officio Iudicis implorato admittitur exceptio ista, *Mascard. de prob. concl.* 1236. *n.*10. hac eadẽ vti possunt creditores inuito debitore refert *de Xart. decis.* 16. *num.* 13. respectu verò creditoris beneficij, procedit hæc eadem exceptio, si intra triginta dies à die contractus opponatur per ipsum creditorem, & tunc onus probandi numerationem pecuniæ ad eum trãsfertur, pro cuius fauore extat confessio numerationis *l. in contractibus. C. de pecun. nonnum. Afflict. decis.*402. *nu.* 12. *& decis.*105. *num.*2. *Capyc. Latro decis.* 111. *nu.*19. Hæc regulariter procedunt, limitantur tamen, cum inter fuisset geminatio contractus *glos. in l. contractus*, §. *sed quoniam* in verbo *penitus opponi*, *C. de nonnum. pecun.* ibi *Bartol. & Bald. Gabriel. com. concl. concl.* 3. *num.* 4. *Afflict. dec.*110. *n.*1. *de Grassis de excep. excep.* 14. *num.* 13.

Aliæ plures peremptoriæ inueniuntur exceptiones, quas tuo vsui reperies, quæ si probationibus non indigeant, tã hic, quàm post sentẽtiam obijci possunt, probat *Dom. meus Cõs. Pratus ad Muscat. in glos. conclusionem*,

Reliquũ est de anomalis aliquam mentionem facere: scias igitur anomalas, siuè anormalas exceptiones eas esse, quæ sine, vel extra regulam vagan-
227 tur, etenim tale nomen deriuat à greco verbo *à nomos*, hoc est *sine*, *nomos* idest *lex* tales sunt: exceptio excommunicationis, vt in *cap. exceptionem* 12. *de exception.* falsi Procuratoris, vt dixi supra *num.*158 *& seq.* item ne causæ cõtinẽtia diuidatur, hoc est vnionis actorum, de qua *Cons. Carleual. de iudicij lib.* 1. *tit.*2. *disp.*3. *num.*8. *& seq.* plenè agit, & nos supra *nu.*76. item non debes audiri ex forma statuti, sicut in executione sententiæ S.C. obseruatur, vt condemnatus non audiatur, nisi executa sententia *Auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imperat. offer. Afflict. decis.*341. hæc enim exceptio habet causam successiuam, & cõtinuam, secundum *Sygismundum Loffredum consil.* 12. *nu.*35. & ideò agenti potest antè, & post litem contestatã opponi, item exceptio preuentionis aduersus instrumenti liquidationem, cuius quousque pendet iudicium, suspendere facit liquidationem probat *Anichinus de preuent. instrum. q.*3. *dubio* 3. *n.*118.
228 Has quidem, & alias huiusmodi opponi posse aiunt scribentes in quacumque parte iudicij: verùm est aduertẽdum exceptiones anomolas, non quia in quacumq; parte iudicij opponi permittuntur, ideò semper appellandas esse peremptorias, vt multi inaduertenter tenent, & probo sic, exceptio *ne causæ continentia diuidatur*, quæ sub actorum vnione continetur, est anomala, quia semper datur eius oppositio, vt benè aduertit *Consil. Carleual. de iudicijs lib.* 1. *tit.*2. *disp.*2. *num.*10. nihilominus verè dilatoria est, vt idem probat.

Aduerte secundò de exceptionibus anomalis, alias esse, quæ verè peremptoriarum aliquandò sapiunt natu-
229 ram, & in quacumque parte iudicij, etiam post sententiam, seu decretũ diffinitiuum opponi possunt, & in cõtinẽti probatæ reddunt iudicium nullum, vt sunt exceptio falsi procuratoris, de qua supra *num.* 158. & Iudicis incompetẽtia, quæ funditus iurisdictionem eradicat *DD. in l. si quis in ius vocatus non ierit*, *& in toto tit. C. si à non competenti*, *& nos supra num.*71. item exceptio antè diem agis, de qua *Ant. Blancus de exception. impedient. litis ingressum n.*118. *in fine* item exceptio Macedoniani p

tex.

tex.in l. tàm, etsi, ff. ad Macedon. alias verò esse, quæ peremptoriæ sunt, sed regulantur secundum dispositionem *tex. in l. peremptorias, C. sentẽtiã rescindi nõ posse*, & post sententiam non admittitur *l. si quidem*, vbi *DD. C. de exception.* verùm in minoribus, & militibus, siuè
230 alijs priuilegiatis personis limitatur *p tex. in l. 1. C. de iuris, & facti ignor.* vt huiusmodi foret exceptio *nõnumerata pecunia*, de qua supra, & exceptio periurij *Coccin. decis. 268. n. 5.* alias esse, quæ ante decretum diffinitiuum si opponãtur, & in continenti probantur non reseruantur ad merita, siuè ad causæ decisionem, vt post multos *Afflict. dec. 63.* ibi *Vrsill.* ex quorum dictis patet obseruantiam esse in contrarium eius, quod inquit *Reg. Rouit. decis. 21. num. 13.* asserentis omnes exceptiones, etiam perẽptorias ad merita causę reseruari, licèt eius dictum intelligo de dubijs exceptionibus, aliter esset contra *glos. in dict. cap. 1. de litis contest.* alias tandem esse, quæ etiam post sentẽtiam opponi possunt, sed nõ reddunt iudicium nullum, vt esset excommunicationis exceptio, *Guido Papa decis. 574. n. 8.*

231 Aduerte denique *Prag. 5.* incipientem *comparente reo de ordinem Iudiciorum*, vbi terminus dierum trium à die post notificatum libellum statuitur ad opponendas exceptiones, & alius dierum quinque immediatè sequentium ad eas probandas, non seruari, vt benè aduertit *Muscatellus in praxi glos. termini n. 3.*

Exceptio excommunicationis

Prę cœteris, quas nuper de anomalis indicauimus, illa potissimum excõmunicationis exceptio meã subit mentem, plura notabilia in praxi continere, quamobrem ea non omittere decre-
232 ui. Notabis primò hanc non actorem dumtaxat, verùm etiam testes respicere, quia si testes productos, & examinatos excomunicatos esse probaueris, de eorum dictis tali casu nulla erit habenda ratio *Ritus est M. C. 236.* ibi *Car.* patet ratio, quia excommunicatus est infamis *C. veniens il 2. in fin. de testibus Farinacc. in praxi crimin. tract. de test. in tit. de oppos. contr. pers. testium. q. 56. à n. 7.*

Secundò, nota hanc exceptionem, licèt opponatur post sententiam contra actorem, non ideò eam nullam reddi, quia sententia nullitatis vitio non affi-
233 citur ex culpa actoris, sed illius executio impediretur propter impedimentum excommunicationis, donec non auferretur *cap. prudentiam de offic. Iud. delegat. cap. 1. de excep in 6.* vbi communiter *Canonistæ, & Couarruuias in cap. quamuis p. 3. §. 3. de pactis in 6.*

Tertiò, nota excommunicationem, de qua loquimur intelligendam esse de ea, quæ de maiori sententia nascitur, & etiam censura appellatur, eaque homo
234 à communione fidelium separatur, *DD. in rubrica de sententia excommunicationis in decretalibus in 6. glos. in cap. fin. verbo anathemate 11. q. 3. in cap. si quem eod. tit. glos. in cap. omnis Christianus 22. q. 3. Couarr. in cap. Alma Mater, p. 1. n. 3. eod tit.*

235 Quartò, nota hanc exceptionẽ opponi non posse ab actore contra reuus necessarium ab ipso in iudicio vocatũ, quia excipere, appellare, & se defendere sunt de iure naturali, *tex. est in c. 2. de homicidio, Clementina Pastoralis, 2. §. certum de re iudic. & cap. inter de excep. l. vt vim 3. ff. de iustitia, & iure*, quam defensionem *lex* Pontificia, siuè positiua auferre non potest *c. sunt quidem 25. q. 1. cap. fin de consuetud. l. eas obligationes 8. ff. de capit. diminut.* adeout si excommunicatus, Banditus, periurus, aliaue persona infamis vocaretur in
236 iudicium ad se defendẽdum, eo casu, vt rei necessarij debent audiri *d. c. cum inter, & Scaccia de sent. & re iudic. glos. 11. num. 14.* hęc quidem exceptio licèt maior sit illa periurij, vt notat *Lancellot. in tract. de attent. p. 3. cap. 24. q. 26. sub 6.* quia excommunicatus dicitur membrum Diaboli *Rot. decis. 16. Abb. in cap. si quis contra Clericum num. 48. de foro competenti*, nihilominus non obstat reo necessario, vt supra diximus, hæc verò conclusio limitatur tãtùm in reo excommunicato reconueniente, quia reconuentio non est defensio, sed potius actio, & petitio, cum igitur sit verum excommunicatum ab agendo re-

pel-

pelli, reconuentio propterea nullo modo permittitur, iuxtà *tex. in cap. intelleximus 7. de iudicijs, & cap. Felicis, §. vtrum de pœnis in 6.*

237 Ex his pulcra oritur quæstio, vtrum excommunicatus admittitur ad opponendam compensationem? & in dubio videtur, quod non. Primò, quia obstare videtur *tex. in l. amplius non petitum 15. ff. rem ratam haberi*, vbi dicitur, quod qui vtitur compensatione, videtur petere, sed sic est, quod excommunicatus non admittitur ad petendum, ergò neque ad compensandum. Secundò, quia obstat *tex. in l. neque scriptura, C. de compensat.* in cuius specie probatur compensationem esse reconuentionem, & per *d. tex. in d. cap. intelleximus* non potest excommunicatus reconuenire, ergò nec compensare poterit.

238 His non obstantibus verissima est contraria sententia, scilicèt, quod reus excommunicatus potest opponere cōpensationem per *tex. in l. 4. §. soluisse, ff. de re iudic. l. si debitor 4. ff. qui potiores in pignore hab. l. vel permutauit 19. ff. de lib. caus.* compensationem apparet solutionem esse & per *cap. veritatis 8. de dolo, & contumacia, &c. inter dilectos 8. de donationibus,* potest excommunicatus exceptionem solutionis opponere, ergò: & compensationem.

Non obstat argumentum *ex d. l. amplius non petitum*, quia in ea consideratur effectus, & ille, cui facta est promissio de nō petendo damnificatur ex compensatione opposita, nàm partes cognouerūt de effectu adhibito, & causa liberationis, liberatio enim habetur facta compensatione, non tamen indè sequitur, iure agere, qui compensat, ponderando verbum illud *(videri)* positum *in d. l.* quod improprietatem denotat.

239 Nec obstat *tex. in d. l. neque*, quia cōpensatio non est propriè reconuentio, qui enim compensat, dicit se non teneri, & nihil petit, sed qui reconuenit, petit ex iuribus allegatis.

Quintò, nota si quis maiori excommunicatus spontè in iudicio comparuerit pro suo interesse, vel ad aliquem defendendum debere repelli, vt in *Auth. si omnes C. si minor ab hæredit. se abstin. & l. venditor 49. ff. de iudic.* item pariter si quis præueniens tàm dispositione, *tex. in l. si contendat 28. ff. de fideiuss.* quam *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* quia ambo ad iudicium veniūt voluntariè, & licèt in terminis *d. l. si cōtēdat* sint rei voluntarij, vt in mea *addit. ad Calinam de liquidatione instrumentorū* exactè explicaui, tamen, vtpotè veniant ad iudicium non molestati iudicialiter, ideò eis obstare exceptionem prędictam *Scaccia de sent. & re iudic. gl. 11. n. 34.*

Sextò, nota exceptioni huic talem esse vim, vt licèt ea non opponatur à partibus Iudex tamen ex officio repellere debeat publicum excōmunicatum maiori, vt in *d. cap. exceptionem de ex-*

240 *cept.* quia ad Religionis fauorem, & publicam Magistratus authoritatem pertinet excommunicatum repellere, probat *tex. in l. pia de excep. in 6.* summa autem ratio est, quia pro Religione facit *l. sunt personæ 43. ff. de leg. & sumpt. funer. l. sancimus 18. C. de Sacros. Eccles.*

Septimò, nota iura supra allegata de excommunicatis à iudicio arcendis loquentia, adeò procedunt, quatenus personaliter excommunicari adesse ve-

241 lint in iudicio, verùm si per procuratorem in iudicijs agāt, admitti possunt, præsertim si fuerit actor excommunicatus, & reconuentus, vt in *d. cap. intelleximus*, ne enim ex sua malitia alij litis consortes commodum reportare videantur, *Decius in d. c. intelleximus, l. Papinianus 21. ff. di minoribus, l. cum similis 11. ff. de alienat. Iudic. mut. caus. fact.*

242 Quid autem diceres, si quis debitor in hæresim incidisset, & pro pœna perpetuò fuisset carceri mancipatus? vtrū sit absoluendus à debito, an saltem non esset audiendus adi *Dom. Consf. Pratum,* qui similem casum examinans suam propalat sententiam, *penes Muscatell. in praxi criminali, de cognitione delictorum in genere, cap. de crimine læsæ Maiestatis Diuinæ,* ibi de pœnis hu-

G ius

ius criminis, *versu, sed pulchra vertitur quaestio*.

APPENDIX.

VIx Gradu Citationis impresso, tulit occasio, vt quædam reformátes explicaremus: & quædam alia adderemus.

243 Tetigimus supra *nu.* 25. morem contumacias accusandi, modò, quia nactus sum, quosdam recentiores practicos, asserentes, primam contumaciam, non vltima die termini in citatione oppositi, sed sequenti die post dictum vltimũ diem accusari: ideò, nè eorum dictis in futurũ tyronum mentes reddantur obscuræ, & quod veritatis est in cõtrouersia versetur, iterum illud idem, quod firmauimus repetemus, & probabimus; in dubium vocari non licèt, primam contumaciam, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus accusari debere vltima die termini appositi in citatione, dummodò non sit feriata, secundum *ritum* 80. & quod hoc sit verùm, mentiri me non facit inter alios *ritus ille* 132. *&* *Carauita super ritu* 221. *&* 225. *num.* 1. quod verissimum fuisse, & esse tradidit mihi practica decem, & octo annorum, quibus in M.C.V. expertus sum, imò superioribus annis, cum de hoc specificè Honofrium Scodes contumaciarũ Actuarium allocutus essem, respondit, tàm Ioannem patrem suum, qui quinquaginta annorum spatio contumaciarum Actuariatum M.C. exercuit, quã seipsum post mortem patris, aliorum triginta annorum spatio semper primã contumaciam in ciuilibus, & criminalibus dicta vltima die termini accusasse, non inclusa die, qua fit citatio: hæc ille; ità igitur si quis hodiè nono Decembris fuisset citatus extrà locum iudicij, vt in d. M.C. intrà dies duos cõpareret, certum est, quod non comparente, vndecima die eiusdem mensis accusaretur contra eum prima contumacia, nec dici valet decimum diẽ, esse vltimam diem, & vndecimum appellandum esse diem sequentem, quia hoc dedecet proferri: obstat enim *ritus* punctualis 119. per quem statutum est, diem, qua fit citatio, in termino non computari, ergò prima dies termini dictorum dierum duorum est decima dies, vndecima verò, est vltima, qua accusanda est prima contumacia.

244 Diximus etiam ibidem dictam primam contumaciam accusandam esse ab Actuario contumaciarum, sed quia *ritus* 225. *Actorum Notarium* appellat eum, qui scribit dictam primam contumaciam, non explicando quisnam esset iste *Notarius Actorum*? quoniam tale nomen nõ solùm spectat ad actuarium causæ, verùm etiam ad illum cõtumaciarum. Notarius enim actorum, idem est, ac Actuarius, & sic poterat intelligi pro vtroque, & de hoc *Carauita* non meminit, & hac de causa licèt postea ibi dixerimus, illum esse actuarium causæ, nunc verò corrigendo illud verbum *causa*, affirmamus contumaciarum esse actuarium, prout anteà ibi dictum erat, & hoc, quod ad praxim M. C. Vicariæ: quo verò ad accusandas primas contumacias in S. R. C. aliter seruatur ex antiquissimo more introducto, quia vltima dies termini

245 appositi in prouisione citatoria cedit ad beneficium citati, ex equitate forsan dicti Supremi Tribunalis, & ideò prima contumacia accusatur prima die sequenti, dummodò non sit feriata post terminum elapsum in dicta prouisione, & secũda accusatur elapso triduo post dictam primam contumaciam, v suo loco dictum est.

Meminimus pariter *nu.* 188. de priuilegio miserabilium personarum modò quædam subiungemus non omittẽda; inter casus, in quibus regulariter dictum priuilegium non admittitur, huiusmodi est: quoties aliquis non mise-

246 rabilis vocaretur in ius, & post cæptũ iudicium superuenisset ei priuilegium miserabilium, tunc eximi non potest à primo foro, vbi cæpta est lis ratione præuentionis iurisdictionis iuxta famigeratum illud *Vlpiani* responsum *in l. si quis postea, quam*, ibi *Fulgosius n.* 1. *verf. in eadem l. captum de iudicijs Abb. in cap. causam, quæ* 19. *num.* 3. *Imola nu.* 3. *Felyn.*

lyn.nu.2. & 3. ibi additio *de testibus de Franchis decis.* 544. *numero* 3. *Cappel. la Tolos. decis.* 154. *&* 151. *Giurba decis.*23. *&* 82. *Tusc.lit.F. conclus.*445. *Gratian.discept.forens.to.3.c.*421 *.nu.*22.
247 *Crassus de excep.cap.3.n.*38. limitatur regula cum talis miserabilis non esset reus, sed actor, prout ponderat *Praes. Merlin. controu. cap.*81. *num.6.* ex illis verbis *d. l.* ibi *quasi praeuentus*; item limitatur cum priuilegium fori pendente iudicio superueniret reo citra suum factum voluntarium, prout in Clerico, tunc etiam variatio permittitur, post *Praes.Merlin.vbi sup. num. 6. circa finem Dom.meus Rodoerius ad Reg.de Marinis resol.cap.*54.*num.*8.

Addimus nunc pro coronide huius secundi Gradus. Primò, discrimen, quod est inter actionem, exceptionem, & replicationem, actionem scias Actori competere, exceptionem reo, & replicationem actori, hoc modo videli-
248 cet situ actor actionem intentas, ego reus contra eam excipio, & tunc ipse actor contra meam exceptionē replicare potes, & sic in hoc casu replicatio tua est adinstar exceptionis contra meam exceptionem, vt in *l.2.§.1.ff. de except.speculator in §.fin.in fin princ. de except.*

Secundò, quaestionem de compromisso, quae talis est, an vigore *Prag.1. de arbitris* compromissa causa, & expirato termino compromissi laudo, aut sententia adhuc non lata, sit illa iterum compromittenda? Thesim tetigit *Reg. Rouit.super dicta Pragmatica nu. 9.* sed
249 ibi *remissiuè*, licèt *consil.34.n.11.to.2.* plenius de ea agit, nos quidem in gratiam tyronum breuiter eandem agitantes examinamus; inquam primo, quod causa videtur iterum esse compromittenda; moueor, quia *Pragmatica praedicta Odialitium* fuit ad lites amouendas inter agnatos, & cognatos, & affines introducta, vt dixit, *Bald.in l.qui se patris in 8.col.vers.& ideò si statutum dicit, &c.C.vnde liberi, tex.est in l.congruentius, C.de pat.potest.* ex quo fit, vt compromissum transactio appellatur, ait *Bart.in l. eleganter num.3.ff.de condition.in debiti*, illudque non intelligitur de primo compromisso tantùm, verùm toties, quoties opus fuerit, donec causa expediatur, vt idem *Bald.in l.fideicommissa, §.si quis decem, ff. de legat.3.Anna sing. 110.* quem, & alios sequitur *Galluppus in praxi p.1.c.3. de arbitris sub nu.*23. ità vt si in causa fue-
250 rit factū compromissum vigore statuti, & per lapsum termini expirauerit, denuò debebit fieri cōpromissum, vsq; quo causa finem accipiet cum talis sit legis dispositio, & de natura ipsius sit disponere, non solùm super vno casu, sed toties, quoties opus erit, *Bald. in l. veluti. §.hac vox, ff. de edendo, & idem consil.*687.*vol.* 4. & hoc dici posset de compromisso vigore statuti, secus si ex voluntate partium. Hinc est si partes voluntariè compromissum fecerint de iure, & de facto per amicum communē, quod duraret per mensem cum potestate, quod possit prorogari toties, quoties voluerint, tunc ista po-
251 testas quidem restringitur ad duas vices tantùm, & non vltra secundum *Speculatorem in tit.de arbitris, §.excipitur versu.sed quid si fuerit factū Bald. in l. si diuersa 1.col. C.de transact.* & idem in *l. qui per salutem, ff. de iureiurando, l.quamuis in fine, ff.de arbitris*, & ità tenet *Bartolom.de Capua super dicta Pragmatica.*

Contra verò videtur dicendum cōpromissum semel expiratum non posse amplius prorogari, quod facilè ex mē-
252 te eiusdem *Prag.* colligi posset, quia merito illa *Odialitium* incipit, odio lites habendo, & superfluas dilationes resecando contrahendo tempus, & statuendo terminum, quo causa expediri debet, vndè disposuit, quod intra duos menses arbitri per sententiam litē terminare deberent, verùm si intra dictū tempus discordes essent arbitri, eligendus esset tertius per eosdem arbitros partibus non suspectus, ad cuius electionem Iudex ordinarius loci eos discordes compellere potest, vt notat in *cap. suspicionis de offic. delegati, & cap. legitimè de appellat. in 6.* qui tertius postea intra alium mensem vna cum

dictis arbitris, vel altero ex eis causam
expedire poterit, & expirato termino
prædicto amplius cōpromitti nō licèt,
vt ex *d. Prag. habetur*, vndè concludē-
dum videretur, quod elapso termino
duorum mensium, vel triū si fuerit ele-
ctus tertius non est iterum compromit-
tenda causa.

253 His tamen non obstantibus prima
verior est opinio, vt si tempus deter-
minatum labatur possit iterum, & non
vltra compromitti, prout obseruantia
inoleuit referunt *addentes ad Afflict. de-
cis.* 46. ibi *Vrsill.* quod verum est quo-
ties ex qualitate negotij intra terminū
d. Pragmat. causa terminari non potuit,
quod secus erit si in curia arbitrorū fuis
set cōpromissū expiratū, vt benè ad-
uertit *Reg. de Mar in suis quotid. resol.
tom.* 1 *cap.* 65 *num.* 3. ibi *Redoerins nu.* 8.
& 9. est aduertendum, quod si esset cō-
promittendum in duos arbitros cum
potestate eligendi tertium in casu di-
scordię, tunc ille tertius eligi non po-
254 test, nisi prius de discordia duorū co-
stet, consuluit *Alex. consil.* 123. *vers. ter-
tia ratione lib.* 2. & alios quos citat *Vā-
tius de nullitate ex defectu iurisdictio-
nis n.* 186. quem cum *Decio consil.* 475.
nu. 4. secutus est *Borgn. Caualca. decis.
n.* 57. *p.* 1.

255 Postremò quærimus, quomodò fa-
cultas, quam habent arbitri sit appel-
landa? ea porrò notio est dicenda, non
autem iurisdictio, quia hæc spectat ad
eos, qui facultatem, & potestatem ha-
bent cognoscendi de quauis causa, illa
verò, ad arbitros, vt notat *glos. in l. ait
Prætor, ff. de re iudic.* hæc satis.

SVMMARIVM.

*Terminus, quarè actori, & reo imparti-
tur, num.* 1.

*Iudicium, & lis à termino principali causa
initium sumunt, num.* 2.

*Et quæ antea fiunt præparatoria illorum
dicuntur, ibid.*

*Probationes factæ in termino summario,
quando reproduci possunt in termino or-
dinario, & fidem facerent? num.* 3.

Terminus an sit de substantia iudicij, nu. 4.

Et an illius omissio vitiat sententiam, ibid.

Terminus Iudicis officio impartiri potest, n. 5

*Termini quantitas semper est in arbitrio
Iudicis, num.* 6.

*Eiusque prorogatio, etiam eo elapso fieri
potest si præcesserit protestatio, ibidem.*

*Pro litis contestatione, hodie successit ter-
minus num* 7.

*Instantia causæ incipit currere à die post
notificatum terminum principalem, eaq;
idem sonat, atq; cursum causæ, n.* 8.

*Post notificatum terminum Procurator fit
dominus litis, causa autem Dominus re-
manet suus principalis, d. num.* 9.

*Vbi verò lis non contestatur procurator effi-
citur dominus litis cum de meritis cau-
sa tractatur, n.* 10.

*Exceptiones, quæ opponuntur in calce ter-
mini, quando adimpleri debent, n.* 11.

*Et an adimpletis, vel non debet ordinari
quod terminus currat? num.* 12.

*Quid si interim ad alios actus fuerit pro-
cessum? ibidem.*

*Depositio principalis, quando offerri debet
& peti potest, & quidquid de hoc sentijt*
Dom. Reg. Santelic *exploditur, num.* 13.
& 14.

*An terminus non oblata depositione princi-
palis currat? quid sentierunt* Giptius,
Galluppus, & Sarnus *explicatur, & eo-
rum casus demonstrantur, num.* 15.

*Depositio principalis absentis an sit facien-
da sumptibus petentis? n.* 17.

*Et quid si fuerit per petentem allegata su-
spicio Officialis loci, vbi moratur princi-
palis depositurus? num.* 18.

Recensentur Reg. Rouiti, & Dom. Consil.
Prati opiniones, *quorum illa* Rouiti *vti
æquior commendatur, n.* 19.

*Procurator habens mandatum sui principa-
lis ad deponendum si nollet deponere, li-
cèt nō cogatur, proceditur tamen contra
eum in cōtumacia tribus præceptis, n.* 20.

*Procuratore habente mandatum ad depo-
nendum in animam principalis, & fa-
cta per eum depositione, si deindè peta-
tur principalis depositio expēsas facien-
das pro depositione cedere in damnum pe-
tentis probatur, num.* 21.

*Secus autem si procederetur in contumacia,
num.*

*Nominatio testium, quare fieri debet in
cal-*

calce termini, num. 23.

Instantia causæ quanto tempore in ciuilibus & quanto in criminalibus viuit, n. 24.

Et à quo tempore incipit currere, & an datur contra fiscum, & quando expirata dicatur, ibidem.

Instantia perempta num decreta interim lata talia esse existimentur? num. 25.

Casus in quibus instantia non perit remissiuè, ibidem.

Instãtia etiam in iudicio summario perimitur, num. 26.

Insufflatio vitæ spiritus post peremptam instantiam requiritur, num. 27.

Limitatur, ibidem.

Hæc à Spect. Præside S. C. conceditur, nec pro ea obtinẽda partis citatio expostulatur, ibidem.

Quarè ea refectis expensis conceditur n. 28.

Quod procedit in actore, non autem in reo, ibidem.

Insufflatio in causis coram delegatis spectat ad delegantem, n. 29.

An sententia lata perempta instantia sit nulla? negatiuè cum declaratione resoluitur num. 30.

Vtrum in S. C. perit instantia? recensentur dissentientes, & quæ sit vera opinio circa obseruantiam propalatur, n. 31.

Cautela traditur per actorem casibus, in quibus instantia perire potest facto Iudicis numero 32.

Instantia perempta, num interesse, vel fructus, qui debentur à die litis contestationis, debentur à die post obtentam spiritus insufflationem num. 33. & 34.

Instantia prorogari potest à partibus, n. 35.

Suspicio examinatorũ proponi debet intra biduum post notificatum terminum, numero 36.

Pendente iudicio, & adhuc decreto diffinitiuo non lato si principalis moriatur cõtra procuratorem est illud ferendum, n. 37.

An procurator constitutus in prima instantia causæ possit appellare, & appellationem prosequi; negatiua proponitur responsio, num. 38.

Affirmatiua autẽ verior demonstratur, n. 39

Procurator generaliter constitutus ad negotia peragenda, etiam in iudicium vocari potest nomine sui principalis.

De Gradu Termini.

Aggressus miles prælium
Cauto restitit animo,
Deindè se tutum recipit
Cum suis in præsidium.
Auget ibique exercitum
Viresque suas reficit
Præstando vt possit viribus,
Et vltra sic procedere;
Ex hoc tu disce, & adhibe
Equis armis præsidia
Quæ tibi iura tribuent,
Vt hoc in primo limine
Exceptione opposita
Terminata postmodum
Sic fiat contestatio.
Qua facta citò cogita.
Vt alias aduersarius
Si quæstiones inferat
Tu possis contra accingier.

1 EXceptionibus denique dilatorijs
adimpletis ad instar militis deplanantis locum, in quo est præliandum, & vtriusque exercitus re perspiciuntur vires, impartitur vtrique partium terminus, vt actor de sua intentione, & reus de exceptionibus, quæ respectu sui actiones sunt *l. 1. ff. de except. & l. nõ exceptionibus eod. tit.* probare, & experiri possint.

Ex huiusmodi gradu iudicium, & litem incipere constat, *l. 1. C. de plus petitionibus, C. de iudicijs, l. apertissimi Lanfranch. decis. 213. cent. 3 l. is, qui se obtulit, ff. de rei vend. l. ædiles, §. item sciendũ,*
2 *ff. de ædil. edict.* & quæ antea fiunt iudicij præparatoria dicuntur, vt in §. *fin.* ibi *in vno quoque negotio initium auth. in medio litis non fieri sacras formas*, hinc fit, vt plura gradatim sint aduertenda, atque explicanda.

Aduerte, quod multoties in termi-
3 no reproduci solent probationes factę in alio iudicio, quamuis summario inter easdem partes, & licèt regulariter secũdum *Bartol. in l. 2. ff. vi bonor. rapt. versu, sed videtur*, probatio facta in iudicio summario non probat in plenario, limitatur tamen, quando proba-

batio illa recepta in summario iudicio plenaria foret, quia tunc benè probaret in plenario tradit *Felyn. in cap. causam qua vt, versu sed restringitur nu.6. de testibus* 1.

4 Secundò, aduerte terminum prædictum nō esse de substantia Iudicii, etenim eo nō impartito citata tamen parte diuersa, testes recipi possunt, & valeret indicium, vt ante omnes tenuit, *Iacob. de Aretino in l. vnius, §. cognitorum, ff. de quæstion. Capyc. decis.1. Reg. Sanfelic. in praxi sect.40.num.6. Afflict. decis.283.num.4.* & alij, quos breuitatis gratia omitto, & huius ratio est, quia talis actus, licèt sit de solemnitate substantialis, talis tamen solemnitas obsoleuit testatur *Reg. Rouit super prag. 7. num.10. de ord. iudic.* quod porrò verùm est, quando terminus non fuerit petitus, sed si petitus, fuerit denegatus, tunc defectus huius solemnitatis actus sententiam nullitate afficeret *Afflict. in constit. si quis imposterum, de Franch. decis.221. num 12. in fine*, vndè caue à *Coda* nō sic distinguente in suo *compend. iudicij ordin. cap.4. in quæst, incip. Dùm causa omnes.*

5 Tertiò, terminum prædictum Iudicis officio impartiri posse, licèt non videatur ad cuius instantiam sit assignatus, *ex doctrina Baldi mente tenenda*, post *glos. in c. licèt causam nu.14. versu venio ad apparatum extr. de probation.*

6 Quartò, terminum, vtpotè probationes, & loca, quibus est examen committendum respiciat, ideò regulari secundum dictorum locorum distātiam, hac de causa in arbitrio Iudicis esse declarat *Rit. M.C. 69.* ibi *Carausta nu. 4.* & idem in *ritu 90. Afflict. in constit. Regni exceptiones dilatorias num.11. Maranta p.6. in 3. actu Innoc. in cap. coram de restit. in integr. Capyc. decis.91. nu.81. num.8.* cumque prorogari posse à Iudice, dummodò pars, quæ prorogationem petierit, antequam terminus sit elapsus protestatus sit, tradit *Afflict. in constit. in pecuniarijs in princ.*

Quintò, contestationem litis hodie in Regno non dari, quia in omnibus causis summariè proceditur per *capitulum detestantes* de quo sumpra *in gradu libelli, diximus sub nu. 16. vers.*
7 *ego tamen*, verùm terminum, qui immediatè post principalem petitionem sequitur, loco illius haberi, vt in *Pragmatica post prædictas de ordine Iudiciorum Musc. glos. defendendum num.22. & Reg. Rouit. in d. Pragmat. n.10.*

Sextò, aduerte quod post notificatū
8 terminum legitimè datum incipit currere instantia causę ad tradita per *Muscatel. in glos. sententiam, num. 43.* quæ nil aliud sonat, nisi causæ cursum temporis, siuè vitam: quęlibet enim causa suam habet instantiam *l. properandum C. de iudicijs*, vbi communiter scribentes *Maranta in praxi in 5. p. principali*, vndè impartito termino, qui contestationis litis loco suffectus est, vt per *Carau. ritu 288. Mastril. decis.101. nu. 18.*
9 *Reg. Rouit. in Pragmat.7. nu.11. de ord. iudiciorum* procurator dominus litis efficitur, vt *C. de Procurat. l. nulla dubitatio*, ibi *Bartol.* principalis autem dominus causę remanet, idem *Bartol. vbi supra*, & tunc quidem agi, & peti dicitur secundum *Iasonem, l. si prius num. 17. ff.*
10 *de nou. oper. nunc.* vbi verò lis nō contestatur procurator dominus litis efficitur, cum incipit de meritis causæ tractari, *Bartol. in l. post litem, num. 2. ff. de procur.*

Septimò, nota si in calce termini principalis opponeretur aliqua exceptio, quę altiorem non requireret di-
11 scussionem, aut ad merita causæ non pertineret, fore tunc adimplendam si vero longam in facto siuè iure requireret indaginem, vt in *l.3. §. ibidem*, ibi *glos. in verbo obscurior, ff. de exhibend. Aret. in §. bonæ fidei, num.6. institut. de actionibus*, & est *textus in l. illa, à quo §.1. ff. ad Trebell. Capyc. decis.10. nu.20.* ad merita dictæ causæ reseruari debet ad tradita per dictum *Muscatel. in glos. reseruatis p.5. num.24 & seq.*

12 Octauo, Aduerte, quod si fuerit datus terminus, & in calce ipsius fuerit opposita aliqua exceptio dilatoria, eaque adimpleta, aut non, iterum erit ordinandum, quod terminus datus cur-

rat

rat, prius enim currere non potuit, propter impedimentum exceptionis oppositæ, regula est, quamlibet instantiam non currere, vbi disputatur de eo, quod expedit *l. si cum ipse, ff. de excusatione tutorũ, l. inter vtile in princ. ff. de minoribus, Thesaur. decis. 10. num. 6.* vndè si pendente obstaculo adulteriora proceditur parte reluctante, si deindè tollitur obstaculum ista interim facta non sunt valida, probat *Felyn. Sandeus consil. 1. num. 4. & 7.* quod est mente tenendum, quia sæpius de hoc disputatur.

13 Impartitus terminus, aut ordinato, vt currat, debet ad instantiam actoris alteri diuersæ parti notificari, sed ante notificationem vtile erit depositionem suam in calce illius offerre, nè deindè si peteretur illius cursus impediatur, & licèt antiquitus limitatum erat tempus petendi depositionem, scilicèt vsq; ad conclusionem exclusiuè, vt in *ritu M. C. 93.* tamen in S. C. vbi sola veritate inspecta procedebatur, & proceditur, etiã post conclusionem admittebatur talis petitio depositionis, refert *Dom. de Frãchis decis. 220. nu. 5.* post cuius decisionem anno 1612. emanata fuit *Reg. Prag. 4. sub tit. de dilationibus*, quæ ad relecandas dilationes præcepit depositionem prædictam peti posse ab vtraque parte, vsque ad conclusionem, & postea quoque, dummodò petatur super nouis, vt ibi *n. 7.* quam adhuc seruari testatur, & aduertit *Dom. Reg. Consil.*

14 *Pratus in glos. Muscat. conclusio p. 7. n. 9. vers. quartus, explosa contraria opinione Reg. Sanfelicij in praxi sect. 48. nu. 6.* & eius sequacium.

15 Et circa hanc depositionis oblationem non possum non mirari, tam de *Galuppi opinione in sua praxi p. 2. c. 19. tit. de depositione num. 1.* quàm de *Michaele Angelo Giptio in suis obseruat. ad Cappyc. Latr. decis. 68. num. 2.* & de *Dom. Anello de Sarno in sua praxi ciuili in 1. pagina, col. 2. versu, & addas*, qui inquiunt in calce termini, offerendam esse depositionem, alias terminum non currere, quorum pace contrarium est verum, quia adeò terminus non currit, absq; oblata depositione, quatenus ab aduersario, fuerit in calce illius petita, quoties ergò non fuerit oblata depositio, & diuersa pars non petet, & proceditur ad sequentem actum, terminus cucurrit per ea, quæ supra dixi *num. 9.* est verùm si in calce electionis examinatoris deindè petatur, posse tunc offerri, & iterum ordinari debere, quod idem examinator electus, valeat examinare, & hac de causa ad tollenda talia impedimenta offerri debet in calce termini, vt deindè in quolibet actu absit impedimentum. Hanc quidem depositionem oblatam, altera ex aduerso pars acceptare potest protestatione, vt recipiatur suo loco per examinatorem eligendum non suspectum, allegãdo tunc suspicionem eorũ, quos fortè haberet.

Quoniam locutio nostra in principalis depositionem incidit, inutile non esse existimo, si quæstiones illas recensemus, quas *Dom. Reg. Rouitus excitauit in Pragmatica incip. quinta die 8. in ordine de ord. iudiciorum*, prima quarũ est, an depositio principalis absentis sit facienda sumptibus petentis?

16

Secunda est, an per suspicionem allegatam per petentem depositionem, & commissa depositionis captura alij, quã officiali loci, vbi degit principalis depositurus debeãt ne etiam expensæ erogãdæ, solui per dictũ principalem?

17 Quoad primam omnes concludunt, quod impensæ concernentes expeditionem litterarum commissionaliũ pro principalis absentis depositione capessenda in loco, vbi degit ipse depositurus, sint erogandæ per petentem, quę verò soluuntur officiali, cui committitur depositionis captura, sint ab ipsomet principali deposituro soluendæ, licèt ipse sit nobilis persona *Afflict. decis. 177.* ibi *Vrsil.* & idem *Afflict. in constit. aduocatos lib. 1. de prastatione Sacr. num. 9. vers. sed pone de Franch. decis. 332.* quos indè secuti sunt *Muscat. glos. legaliores* ibi *Dom. Pratus num. 27. & 28. Baldass. de Angel. ad Gizzarel. decis. 63. num. 7. Io: Vinc. de Anna sing. 405. Rouit. vbi sup.*

18 Quod ad secundum attinet duas inuenio

uenio opiniones alteram alteri repu-
gnantem, quarum primam *Reg. Rouiti*
esse conspicimus, cuius laudes quantę
sint, tùm eius contemporanei, tùm ho-
dierni scriptores, atque futuri explica-
runt, & explicabunt ipse quidem te-
net *super d.Pragmatica 5. num.* 75. ex-
pensas casu prædicto spectare ad pe-
tentem depositionem, & rationem as-
signat, quia propter talem suspicionẽ
causam præbet expensis. Secunda ve-
rò, quæ huic occurrit est *Domini mei*
Consiliarij Prati ad Muscatell. in d.glos.
*legaliores,d.nu.*28. qui alijs probat me-
dijs tales impensas erogandas esse ab
eodem principali deposituro non ob-
stante suspicione allegata in personam
officialis illius loci, vbi ipse degit, &
ea mouetur ratione, quia absentia prin-
cipalis depositurí à loco Iudicij parit,
vt diuersa pars suam requirat deposi-
19 tionem; ipse autem, qui vtrumque ve-
neror, vti meos pręceptores, à quorũ
dictis addiscere assueui, pro nunc, vt
semper tenui, euelli non possum à sen-
tentia *Reg. Rouiti*, quam etiam *D. Ca-*
rolus Petra laudat in ritu 153.*nu.*3.*in*
fine, adducens *Martam voto* 70. *& Vi-*
scont. ad Dom. de Franchis decis. 332.
*nu.*7.
20 Prædicta quidem controuersia na-
scitur, cum procurator principalis de-
posituri in iudicio constitutus mandatũ
speciale ad deponendum non habet,
etenim si haberet, & deponere nollet,
tunc tria fiunt præcepta, vt deponat, &
non deponentis in contumaciam ordi-
natur, quod habeatur pro facta, vt te-
terius, ità desumitur, *ex textu in l.Se-*
natus, § *quod si tribus, ff. de iure Fisci*,
*Felyn.in cap. excommunicationes, col.*1.
de hereticis, *Alex.cons.*137. *vol.*2. si ve-
rò deponeret, & nihilominus principa-
lis depositio vti legalioris peteretur,
tunc etiam cõcedi potest iuxtà doctri-
21 nam *Bartol.in l. seruum quoque*, §. *pu-*
blicè num.6. ff. de procuratoribus, quod
locum non habet in minoribus, furio-
sis, & vniuersitatibus, & in alijs rela-
tis per *Scacciam de iudicijs,cap.7.n.*564.
& seq. sed tali casu expensas indistin-
ctè à petente esse puto erogandas sua-
det ratio, quæ ipsius legis anima est, *l.*
cum pater, §. *dulcissimis*, *ff. de legatis*.
Primò, quia ad cõstitutũ procuratorem
cum speciali facultate deponendi, & ad
principalem defendendum onus respõ-
dendi aduersatij interrogationibus
pertinet, *textus est in l. non solum*
39.*ff. de procuratoribus* vndè attẽta po-
testate prædicta procuratori attributa
ad deponendum in animam sui princi-
palis, à quo præsumitur esse informa-
tus, & rei veritatis conscius, principa-
lis ipse est excusandus. Secundò, quia
principalis constituens procuratorem
eligit non litigare per se, secundum
*Bart. doctrinam in l.furioso n.*5. *ff.de re*
iudic. Tertiò si petentis depositionem,
eaque adimpleta à procuratore facul-
tatem deponendi habente, non fuerit
desiderio satisfactum (vt sæpius ad tẽ-
pus terendum postulatur) tunc vberior
cautela vnius, alteri nocere non debet
cum principalis ex parte sua adimple-
uerit, mediante sui procuratoris perso-
na, & secundum hanc meam opinio-
nem inuenio seruari in Supremo Sena-
tu Cataluniæ, testatur *Ripolls var.resol.*
*cap.5.de dilation.num.*75.
22 Quoties autem processus fuisset cõ-
pilatus in contumacia tunc examussim
expensæ pro examinando principali
contumace cedere debent in damnum
ipsius absentis, quia sua absentia, &
contumacia, expensarum sunt causa,
tenet *Carauita ritu* 235.*num.*15.*Afflict.*
*d.decis.*177.*in fine*.
Nono aduerte, quod sæpè contingit
cum testes essent examinandi extra lo-
cum iudicij, tunc procuratorem memi-
23 nisse debere, quod licèt per *Pragmat.*
77.*num.9.sub tit.de officio S. R. C.* con-
cedatur terminus dierum quinque de-
currendorum à die post notificatum
terminum principalem in causa impar-
titum, iuxtà *Prag. 4. nu.9. de dilationi-*
bus, vt facere possit nominationem di-
ctorũ testium, tamen tutius, & vtile es-
set talem nominationem facere in cal-
ce dicti termini principalis, cætera quę
ad nominationem pertinent inferius
testium citationis gradu explicabimus.
Diximus supra *n.* 8. post terminum
legi-

legitimè datũ inſtantiam incipere, ideò
24 hic plura circa eam obſeruabimus. Primò inſtantiam cauſæ in ciuilibus triennio viuere in criminalibus verò biennio, *tex. eſt in l. 1. C. vt intra certum tẽpus, quæſt. crimin. term. Ritus M.C.* 148. & ea incipit currere à die litis conteſtatæ, ſed contra Fiſcum in criminalibus non dari, vt eadem *l. properandum.* Trãſacto igitur triennio, & non terminata cauſa, nec durante dicto trienniò ad aliquid ſit proceſſum, inſtantia expiraſſe dicitur *d. l. properandum.* At ſi ante dictum triennij ſpatium fuiſſet interlo-
25 quutum ſuper aliquo incidenti, aut aliquid incidenter deciſum, tunc decreta id continentia firma remanerẽt, etenim de actis ordinatorijs tãtũ perempta inſtantia dicitur *Bartol. in l. 2. num. 2. ff. iudicatum ſolui Maynard. dec. 13. p. 2. Codex Fabri lib. 3. tit. 9. de litis conteſtat. diffinit. 2. Epiſcop. Riec. in ſuis collect. coll. 710.* adſunt caſus, in quibus inſtãtia non expirat etiam elapſo triennio, vt eſt videre penes *Marant. in praxi p. 5. princ. n. 37. & ſeq. Rouitum de inſtantia cauſæ non reſtituenda, num.* 8.

Sed annuere non omittam, quod ſi-
26 cut in hoc iudicio datur peremptio inſtantiæ, ità, & in iudicio ſummario, vt probatur in *decif. Bononienſi 39. per totam.*

27 Cùm igitur eueniret, vt inſtantia periret, inſufflatio vitæ ſpiritus tunc requireretur, vt reuiuiſceret, niſi interea pars ex diuerſo à iudicij obſeruantia ſe abſolui feciſſet, & actorem ad expẽſas condemnari petijſſet, vt poſt *Marant. in praxi de ord. Iudic. par. 5. tit. & omnia fiant durante inſtantia num. 5. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 16. num. 57. de litis conteſt.* obſeruauit *Ant. de Virgil. de legitim. perſon. cap. 32. ſub num. 30. & Scaccia de Iud. gloſ. 14. q. 7. num. 40.* hæc quidem inſufflatio per Spectabilem Præſidem S.R.C. ex gratia conceditur, nec alijs Regni Officialibus, aut Baronibus conceſſum eſt, quia per eum Rex noſter repreſentatur *de Franchis decif. 543. num. 5. Taſſon. in ſuis obſeruation. obſeru. 3. nu. 62.* tenor verò decretationis huiuſmodi inſufflationis talis eſſe ſolet: *Procedatur ad ea qua incumbunt in ijs terminis, in quibus cauſa reperitur*
28 *non obſtante lapſu temporis refectis expenſis ſeruata forma Regia Pragmatica, Vrſill. ad Afflict. decif. 346. num. 5. & 8.* pro qua inſufflatione obtinenda partis citatio non requiritur *Capyc. decif. 165. num. 6.* verum conditio illa *refectis expenſis*, iuxtà formam *d. Reg. Pragmat.* quæ eſt vnica *ſub tit. de inſtantia cauſa, &c.* ordinatur ad maiorem cautelam pro euitanda forſan diſcuſſione, an ſit concedenda declaratoria fori, & pro expenſis faciendis ſecũdum *Afflict. decif. 70.* ibi *Io: Ang Piſan.* vt etiam aduertit *Dom. Conſil. Paulus Staybanus iunior in ſuis reſol. 134. num. 28.* cuius quidem obſeruantia, quotidie practicatur, vt etiam olim, teſtatur *Capyc. Latro decif 68. nu. 14. & 15.* quod intellige reſpectu actoris vitæ ſpiritum inſufflari petentis, etenim ſi reus inſufflationem peteret ad expenſas non teneretur, vt p S. C. fuiſſe deciſum refert *Gramm. decif. 91.*

Duæ huc ſpectantes occurrunt mihi vtiles quæſtiones: altera eſt, an ſententia lata perempta inſtantia ſit nulla? altera verò an in S.C. detur inſtantiæ peremptio?

Eſt interim ſignificandum, quod ſicut inſufflatio ſpiritus vitæ in peremptis inſtantijs, tàm in S.C. quàm M.C.
29 & alijs Curijs pertinet ad Spectabilem Præſidem dicti S.C. ità inſufflatio, quæ requiritur in cauſis vertentibus coram delegatis ſpectat ad D. Excellentiſſimũ Proregem, ſiuè eius Collaterale Conſilium teſt. *Reg. Sanfelic. in praxi ſect. 35. ſub num. 21. verſ. at in cauſis.*

De prima affertur concluſio *DD.* affirmatiua per ea, quæ adducit *Bartol. & Alexand. in l. properandum nu. 6. C. de iudicijs, Bald. in l. fin. Cod. vt intra cer-*
30 *tum tempus*, & ità communiter ſentiunt in *d. l. properandum*, de qua communi opinione teſtatur *Iaſon. in §. rurſus, verſic. quid autem ſi reſtitutio fuerit, inſtit. de action.* verùm in S. C. limitatur quoties ſententia ipſius fertur præcedente monitione, ſiuè citatione ad ſententiam, vt penes *de Franchis dec. 643.* & cũ antè ſententiã exceptio talis peremptionis non opponitur, tunc

 enim

enim certũ eſt quod ex ſtylo,& authoritate S.R.C.ſubſtinetur ſententia, non obſtante inſtantia perempta, quod ſecus eſſet in alijs Curijs, & Tribunalibus inferioribus, vt *DD. in d.l. properandum*, ſubſtineri quoque dici poteſt ſẽtentia dicti S. C. quia hæc exceptio ſit iuris poſitiui non autem naturalis eamque Princeps tollere poteſt, vt annuit idem *de Franchis*, ibi in principio, vel potius dici poſſet cum *Maranta*, *&* *P. Molfeſio*,*&* *Carleual.de iudicijs* locis infraſcriptis, in S. C. non dari inſtantiæ peremptionem, quia Principem repreſentat, & ideò lata eius ſententia perempta inſtantia labe nullitatis non afficitur, vt ex alijs relatis per *Andreolum controu. 79. nu. 35.* probatur.

Quoad ſecundam, magna eſt alter-
catio inter *Marantam in praxi p.5.ver-*
31 *bo, & omnia fiant durante inſtantia*
nu.15. P.Molfeſium conſil.47. nu.3. to.2.
Conſiliar.Carleual. de iudicijs tom.1. di-
ſput.2. n. 943. Reg. Ronit. ſuper Pragm.
1. nu.7. de inſtant cauſ. non reſtit. & in-
ter *Dom.Reg.Capyc.Latro deciſ.68. n.12.*
& 13. & Anichin.de præuent. inſtr. c.2.
q.5.dubio vnico num.77. quorum d.*Re-*
gens Capyc. Latro, *& Anichinus* partẽ
affirmatiuam tutátur contra præceden-
tes Auctores, & reſpondendo obiectis
concludunt in S.C. inſtantiam currere,
at quia ſemper, & hodie in vſu fuit, &
in S. C. eſt inſufflatio vitæ ſpiritus ſu-
per inſtantijs peremptis, ideò non me
angam, & licèt articulus de quo age-
batur in *d.dec.* 68. conſiſtebat videre,
an exceptio peremptionis inſtãtiæ op-
poſita antequam vitę ſpiritus ſuꝑ mor-
tua inſtantia impetretur, impediat ex-
peditionem cauſæ, & pro parte nega-
tiua fuiſſet deciſum cõtra opinionẽ di-
cti *Reg. Rouit. vbi ſup. nu.8.* ponderatis
tamen per *d.Anich.* ſemper accedo.

Ex his infertur notandum; quod li-
cèt inſtantia non perire dicatur, quo-
ties pendẽte triennio, & proceſſu exi-
ſtente penes Iudicem pro expeditione
cauſæ pars proteſtaretur, quod inſtan-
tia non pereat, vt tenent poſt *Maran-*
32 *tam in praxi p.5.num.34.verſu item*,
Carauita ritu 247. num. 12. cautela ta-
men tutior eſt, vt antequam pereat fa-
cto Iudicis, prorogetur inſtantia præ-
uia monitione parti notificanda, quia
ſi cauſa poſt peremptam inſtantiam fa-
cto Iudicis, expediretur, nullitas ad-
uerſus decretum opponi poſſet, ex quo
fieret, vt indè eſſet diſputandum de va-
liditate decreti.

Alia mihi ſupereſt exquirenda theſis, videlicèt, an inſtantia ſi fuiſſet perempta, intereſſe, aut fructus, qui debentur à die litis conteſtationis, deberentur, nè à die, quo fuit obtenta vitæ ſpiritus inſufflatio, vel à dicta lite conteſtata?

Quoad fructus debitos à malæ fidei
poſſeſſore, duæ ſunt opiniones, quorũ
33 altera eſt *Reg. Rouiti ſuper d. rub. de*
inſtantia cauſ. num. 16. qui diſtinguen-
do concludit ſi fuerint factæ probatio-
nes, & publicatæ, ex quibus dicta ma-
la fides appareat fructus deberi à die
litis conteſtatæ, etiam ſi deindè ſit pe-
rempta inſtantia, & reſtituta, ſi verò de
ea non conſtat ſecus, altera *Capic. dec.*
11. vbi diſputando articulũ contrarium
deciſum fuiſſe refert: cuius tamen de-
ciſionis iura cum fuiſſent ab eodẽ *Dom.*
Reg.Ronito ponderata, non ſic ſimplici-
ter intelligenda eſſe decreuit, ſed cum
eadem diſtinctione, quæ quidem cum
mihi æquior videatur, ſub eadem in-
telligentia admittendam eſſe cẽſeo de-
ciſionem poſt dictam *Capycij* illam *fori*
Finizanenſis, de qua teſtatur *Borgn.Ca-*
ualcan.deciſ.21. num.74. p. 3. licèt inte-
rea videndum ſit, poſt *Tiraquell. in*
tract.Cauſa ceſſante limit. 12.nu.6.Vue-
ſembec. vltra montani, conſil.6. nu.113.
verſ.nec poteſt, ſed in minoribus, cæte-
riſque priuilegiatis, abſq; dicta diſtin-
ctione prædicta procedunt, probat idẽ
Reg.Rouit.vbi ſupra num. 20. verſu ve-
rum.

Quo verò ad intereſſe, quod debe-
tur Iudicis officio nobili, vt eſſet in le-
gato, aliter prædicta ſe habent, quia
non conſideratur eadem ratio, prout
34 in poſſeſſore malæ fidei, vndè lite cõ-
teſtata debitor ſtatim conſtituitur in
mora, quoniam ab ea illud deberi inci-
pit, *tex.eſt in l.cum poſtulaſſem,ff.de dãn.*

in-

infecto, ibi *DD*. & idem in *l. vbi* §. 1. *ff.*
de edendo, & licèt pereat instantia, &
postea reuiuiscat ad instãtiam actoris,
nihilominus interesse currit à dicta lite
contestata: sufficit enim semel moram
fieri, vt interusurium perpetuò debea-
tur ad tradita per dictum *Dom. de Fran-*
chis decis. 16. num. 10. & hoc putò ve-
rum, quia per instantiam peremptam
acta tantùm ordinatoria pereũt, quoad
effectum, *vt* ex eis in futurum sequi nõ
possit sententia, secus quoad alios ef-
fectus extra sententiam, & instantiam
iam causatos ab ipsis actis ordinatorijs,
quia tales effectus durant, vt limitando,
& disputando declarat *Mar. Soccin. in*
cap. venerabilis, art. 27. sub nu. 51. & seq.
conclus. 2. de iudicijs in tract. diuersorum,
tom. 3. p. 1. fol. mihi 100.
35 Hic etiam significare non omittam,
partes antequam pereat instantia pos-
se eam prorogare ex relatis per di-
ctum *Dom. Reg. Rouit. vbi sup. num. 6.*
Notificato igitur termino expecta-
tur biduum, intra quod suspicio exami-
natorum proponi, siuè alligari permit-
titur, & non vltra, nec amplius anti-
quus seruatur stylus, vt in quibusdam
vetulis processibus obseruaui, per quẽ
36 decreto Iudicis ordinabatur, vt suspi-
cio proponeretur, vt est prouisum per
Reg. Pragmat. 4. nu. 10. de dilationibus,
hæc verò proposita in calce termini,
aut intra dictum biduum non ãdmitti-
tur contra maiorem partem examina-
torum, vel scribarum, sed in minorem
partem illorum, *Anna singul. 276. Ca-*
rau. ritu 258. in fin. Rou. in Pragmat. 7.
incip. responsionibus de ordine Iudiciorũ
n. 3. & 14. & ad eam allegandam solum
sufficit iuramentum *d. Anna sing. 489.*
Decimò aduerte contestata lite cum
Procuratore, si deindè suus moriatur
37 principalis superstitibus eius hæredi-
bus, tunc iudicium prosequi posse cum
eodemmet procuratore, quia semel p
litis contestationem Dominus eiusdẽ
effectus est litis, *l. neque tutores, C. de*
procur. l. procuratoribus, C. eod. cap. 1. §. li-
cèt eod. tit. in 6. & l. nulla, vbi *Alex. &*
Iason. C. de procur. Surdus consil. 99. n. 5.
& tunc sententia, vel decretum diffini-
tiuum ferri potest in personam eiusdẽ
procuratoris translato prius iudicio in
dictos hæredes *tex. in l. nulla, vbi om-*
nes, C. eod. l. 1. C. de sentent. & interloq.
omn. Iudic. at si hæredes non supersunt
mortuo principali, extinguitur manda-
tum, & hæreditas de curatore proui-
detur *Minadous decis. 35.*
Vnum hoc tacitus præterire non de-
beo, quod pro Corollario huius gra-
dus notabis: lata sententia procurato-
rem, qui in prima instantia fuerit con-
stitutus si succumbat, appellare posse, *l.*
ab executore, §. fin. ff. de appell. & l. inui-
tus, C. de procuratoribus, atque adeò fu-
turum esse, vt posset appellationẽ pro-
38 sequi, vt *glos. in d. l. inuitus in verbo ex-*
tendere, l. in commodato, ff. commodati, &
licèt contrarium dicendũ videatur. Pri-
mò, quia adeo procurator appellatio-
nem prosequi valebit, quatenus fuerit
ad omnes causas, siuè generaliter con-
stitutus, secundum *Vrsill. ad Afflict. de-*
cis. 344. nu. 6. Secundò in tantùm pro-
curator dicitur litis dominus in quan-
tum durat instantia *glos. & DD. in d. l.*
nulla, & c. quid agendum eod. tit. in 6.
& quia instantia causæ principalis, ac
appellationis, sint diuersæ, licèt sit ea-
dem causa principalis, atque appella-
tionis, vt. notatur *glos. in cap. de iura-*
mento calumnia in 6. & cap. fin. de te-
stibus, ideò non intelligitur constitu-
tus in causa appellationis, & quamuis
sit factus dominus primæ instantiæ nõ
tamen censetur factus Dominus secun-
dæ cum ex diuersis non infertur *l. Pa-*
pinianus 21. ff. de minoribus, ff. de acquir.
possess. l. naturaliter, §. nihil commune id-
circò finita prima instantia, eius rema-
net extincta potestas, notat *Paulus de*
Castr. cons. 12. lib. 1. Guido Papa sing. 610.
& l. qui pro nomine l. 46. ff. de procur.
39 Nihilominus contrarium est veritas,
quia procurator constitutus in causa, li-
cèt non sit constitutus ad omnes causas
siuè generaliter, potest appellando pro-
sequi appellationis iudicium. Primò,
quia causa principalis cum illa appella-
tionis est eadem per *d. glos. in cap. 2. de*
iuram. cal. nec obstat, quod sint diuer-
sæ instantiæ, quia diuersitas est respe-

ctu Iudicis, non circa personas litigantium, & merita causæ, & rei, & sic diuersæ, quoad alia, & seperata iudicia, etenim aliud est iudicii primæ instantiæ, aliud appellationis, in vtroq; alij sunt Iudices, & alia pronunciandi ratio seruatur *Xamar. de offic. Iud. & Adnot.p.2.q.9. num.59.*

Secundò, quia si *tex. in d.l. inuitus admittit procuratorem ad appellandum*, necessariò sequitur, quod appellationē prosequi possit, aliter prouocandi facultas non data fuisset, vt *d.glos.l.inuitus, verbo exercere*, & licèt glossa prædicta dicat in fine, quod actus appellandi, & exercendi sint diuersi, non tamē sequitur, quod procurator non possit appellando appellationem prosequi, quia primus actus est præparatorius ad secundum, & ideò hoc casu mādatum procuratorium ampliatur ratione incidentiæ, & extenditur etiam ad specialiter non commissa tenet *Abb. & glos. in cap.9. causa restitutionis sub nu. 3. not.3. de restitut. in integr.* moueor præterea, quia si quis fuerit simpliciter in aliquo procurator constitutus, intelligitur etiā constitutus ad accessoria, & dependentia, *l. cuicumque, §. si ei, quem ff. de instit.act glos. in cap. cum alim. 1. de offic.deleg Iason. in l.cum procurator, C.de oper. nou.nunciat. num.4.* ex his opinor procuratorem constitutum simpliciter in prima instantia, iudicium appellationis prosequi posse, & ità ferè seruatum vidi in nostris supremis tribunalibus, sed quoniam scribentes confusè in hoc sunt locuti, ideò his paucis id explicare non omisi, cœtera peritiores excogitent.

40 Cuius occasione nota pariter procuratorem generaliter cōstitutum ad negotia, constitutum etiam intelligi ad iudicia, & ideò agere, & conueniri posse tradit *Bartol. in l. 8. §. si quis mandauerit, ff.mandati*, limitatur tamen in casibus, vbi speciale mandatum requiritur, *idem Bartolus vbi supra.*

SVMMARIVM.

Electio examinatoris in S.C. fit præuia bussula, in M.C.V. fit per Iudicem, nu.1.

Quantus sit dirictus, qui soluitur examinatori, & quomodò diuidi debet inter examinatorem, & actuarium causæ, n.2.

Quando examinatoribus S. C. soluitur accessus, & recessus, ibidem.

Abusus exigendi grana quinque pro requisitoria refellitur, ibidem.

Quarè sit requisitoria, n.3. & 6.

Terminus quarè ab intimatæ electione examinatoris currat, nu.4.

Et an talis electionis defectus nullitatem pareret? ibidem.

Procurator de quibus protestari debet cum sibi requisitoria, aut citatio testium, aut littera commissionales notificantur, n.7.

Quando debet fieri instantia, vt testes recipiantur coram Dom. causæ Commissario num.8. & 9.

Quid circa hoc seruetur à iuuenibus nimis præsumentibus, & ad rem iocosum ab Auctore affertur dictum, ibidem.

Quid seruādum sit, cum fuerit aliquis substitutus ad videndum iuramenta testium qui in tribunalibus non est cognitus, aut non reperitur, nu.10.

Vtrum non citato substituto ad videndum iuramenta testium sit nullitas, num.11.

De Gradu Electionis Examinatoris.

Nunc fortes miles aggeres,
Eligit propugnaculum,
Nunc concinit receptui,
Augere suum pensitat
Exercitum peritia
Et socios consilia.
Sic Tyro arena pariter
Te gere pro clyentulo
Electione præuia
Examinantis optimi:
Futura sit probatio
Ne obnoxia defectui.

ELapso biduo post notificatum terminum ad examinatoris electio-
1 nem necessariò accedimus, quæ in causis vertentibus in S.C. fit præuia bussu-
la

la bis in hebdomada, scilicèt die Mercurij, & Sabbati, secundum emanatā die *die 27. Februarij 1616. inserta in 2. vol.prag.sub tit. de offic. S.R.C.* in M. C. V. fit per Iudicem causæ iuxtà inueteratum stylum, de quo meminit *Dom. Consil. Pratus apud Muscat. gl.iuramen. cap. 5. in principio.*

At hic monitos cupio iuuenes circa mercedem, quæ examinatoribus persoluitur, quoniam hac mea tempestate homines in peius ruere decerno, sciās igitur pro quolibet teste examina-
2 to intra hanc Ciuitatem solui debent dicto examinatori S.C. grana decem, quæ merces diuidi debet inter ipsum, & Actuarium causæ, siuè Actorum Magistrum, hoc est duæ partes ipsi examinatori, & tertia pars dicto Actuario, vt habetur in *Pragm.9.lata anno 1477.sub tit. de ordin.Iudiciorum*, verùm si extra locum iudicij examinari contigerit, tūc dicto examinatori soluitur victus, & expensæ, & caroleni octo pro singulis diebus, vt in *Pragmatica 36. num.2. d. tit. de Offic.S.R.C.* olim erat dubium, an examen faciendum per dictos examinatores S.R.C. in omnibus causis extra Ciuitatem ad ipsosmet pertineret, ideò ad eorundem instantiā fuit anno 1598. ordinatum, & explicatum, examinatores ipsos examinare valere in omnibus causis motis, & mouendis intrà, & extrà dictam Ciuitatem vertentibus in dicto S.C. verùm in causis infrà summā ducatorum mille non solui accessum, vt in *Pragmat. 74. eod. tit.* hoc notare volui, quia pauperes litigantes, postquam soluerint mercedem prædictam examinatori, soluunt etiam dirictum Actuarijs causarum pro examine, quod procedit, quia examinatores non contribuunt eis tertiā partem de suis mercedibus, & quod peius introducere cæperunt solutionem granorum quinque pro requisitoria, quæ ab eis fit in calce electionis, tunc cum talis actus gratis tenentur facere ex officio, quoniam in pandectis, & in pragmaticis talis dirictus, aut potius retortus non
3 reperitur ordinatus, occurrite ergò procuratores tali abusui, quia ad vos spectat.

Electo examintore, ab codē in calce eiusdē electionis fit requisitoria, & electio, & requisitoria simul, & semel notificari potest, alteri ex colliticantibus, vt de examinatore, & testium iuramentis, cōscius esse possit, secundum *ritum M.C. 154.* si verò fuit facta nominatio testium committitur audientia curijs locorum, vbi degunt testes.

Ex hoc actu notificato aduertant tyrones terminum impartitū, de quo su-
4 pra currere, non autem ab ipso termino, vt praxis inoleta in diem demonstrat, vt more suo *acutissimus Dom.Consil. Pratus* ante omnes aduertit apud *Muscat.in d.glos.iuram. in princ.* Vndè quoties omitteretur talis electio nullitas resultaret, quia hæc de stylo seruatur, & quod contra eum fit nullum est, *Afflict in constit. præsenti lege 4. not. & decis.135. num.3.Carauit.ritu 1. nu.23.* & olim *Dom. Regens Galeota bonæ memoriæ in suis doctiss.responsis Fiscal.re-*
5 *spons.14. num.15. & respons.21. nu.26.* Cumq; igitur ex hoc actu terminus currat, quando electio prædicta cum dicta requisitoria notificatur, potest etiā, & citatio testium expediri, & notificari, quia sunt actus, qui tendunt ad vnū, & idem, quod est examen, & vtrumque fieri potest à die, quo incipit currere terminus.

In hoc gradu parum immoramur, quia aliud actus non expostulat, sed ne sicco pede pertransire videamur paucula obseruabimus.

Primò actum prædictę requisitionis, qui fit diuersæ parti ad videndum iuramenta testium pernecessariū esse, adeò
6 vt si omitteretur, testes recipiendi, siuè examinandi, postquam fuerint recepti fidem non facerent, vt in *cap.in nomine Domini de testibus, l.si quando, C.eod.Verall.decis.116.Riccius collect.103.p.1.*

Secundò, quia in calce requisitorię, vel citationis testium, aut litterarum commissionalium pro examinandis testibus extra locū iudicij fieri solet hu-
7 iusmodi protestatio à procuratore, cui actus prædicti notificantur, videlicèt Protestatur contra testes dicta, & dicēda per eos, quatenus contra, &c. instā-

tes

tes non recipi testes de iure prohibitos,
salua repulsa, & illius repulsa, verùm
tempore receptionis eos recipi coram
Domino causæ Commissario, & requi-
ri T. de T. ad actum iuramenti viden-
dum, &c. ideò duo hic attendenda sũt,
vnum scilicet illa verba (*recipi testes co-
ram causæ Commissario*, alterum *requiri
T. de T.* quoad primum, non paruo af-
8 ficior merore, haud nullos procurato-
res inuenisse, qui adinstar simiarum
psitticorumque, nulla præuia conside-
ratione,) an, & quando suis principa-
libus, & reis sint tales oppositiones ne-
cessè, eas adhibent, quod ex alio, nisi
ab ipsorum elatione proficisci non po-
test: vndè meritò adigor, iocosè hic
palam facere, quod quidã Eques, olim
Magistratus optimus, longeque cæteris
excellens prædicabat, asserens in Vrbe
Neapoli tria difficillima inuentu esse:
Primùm, rubrum vinum; nàm tale vi-
num vendens rogatus, an vinum, quod
venale haberet esset rubrum? audacter
asserebat merum rubrum, quod habe-
bat, rubrum non esse, sed vinum, quod
vulgò *lacrima* nomen est: secundum
nobilem virum, quia si quis non obscu-
ro loco natus de suis natalibus inter-
pellaretur, equitem se esse responderet
cum eques non esset: Tertium, Procu-
ratorem, quia is vtrũ procuratoris vi-
ce fungeretur interrogatus, se aduo-
catum profiteri replicaret, qui re vera
effutiebant:) quarè sciendum est, tunc
9 principali opus forè, vt testes coram
causæ Commissario recipiantur, cum
de grauiori, ac magni momenti causa
ageretur, ad *tex. Auth. apud eloquentis-
simum, C. de fide instrum. Marcus Muta
ad consuetud. Panomit. c. 5. n. 25. Menoch.
cons. 262. nu. 20. lib. 3.* aut præsertim de
honore alicuius viri nobilis, & eius fa-
miliæ, vt est *text. in l. 25. pen. ff. de orig.
iuris*, aut demùm quum probabilis te-
stium suspicio adesset *glos. in §. & quo-
niam, verbo abundantiam Auth. de testi-
bus coll. 7.* alias satis erit protestatio cõ-
tra testium, dicta, & dicenda.

Quo verò ad secundum magnã es-
se proteruiam inquam nonnullorũ, qui
in substituendo eum, qui ad iuramen-
ta testium videnda inter futurus est, fe-
rè aliquem omninò incognitũ, & à lo-
10 co iudicij distantem, & in nostris Tri-
bunalibus non versantem substituunt
loco sui, hoc nisi alias bono regimine
fiat, tales non rectè defendunt, sed se
offendunt argumento, *tex. in l. omnis
77. ff. de procuratoribus*, cum ergò ta-
lis eueniret casus, cura vt duorum rela-
tionibus Porteriorum constet substitu-
tum non cognosci, nec inueniri in Re-
gijs Tribunalibus, quia tunc procura-
torem causæ, sufficit esse ad videndum
iuramenra testium citatum: procurator
enim dominus litis est, vt diximus ideo
que principalem representans, ipse au-
diri debet *Boer. decis. 285. num. 1. & 2.*
quam sententiam approbat *Bartol. in l.
furioso, n. 4. ff. de re indic.* Verum si sub-
stitutus sit cognitus, & de eo copia ha-
beri possit loco iudicij, citandus est *d.
l. Paulus 69. ff. de re indic. Gregorius Põ-
tifex decis. 518. num. 1. Borgn. Canalc.
decis. 275. num. 1.* alias non citato nul-
11 litas committeretur *tex. in l. si quando
C. de testibus, Burattus dec. 169. & 156.
num. 11. & decis 324. nu. 8.* qui in hoc
Iudicis arbitrium cessare fatetur, quod
in duobus casibus limitatur, primò in
casibus, vbi in principio expeditur ci-
tatio ad omnia ad causam spectantia,
Rot. decis. 557. n. 1. p. 4. Secundò, si par-
tes mutuò testes produxerint ad exa-
men, absque citatione *Caualerius de-
cis. 32. num. 2. Seraphin. decis. 857. n. 26.
Buratt. decis. 304. num. 8.*

SVMMARIVM.

Requisitoria in M. C. fit in calce citationis testium, in S. verò C. fit in calce electionis examinatoris, n. 1.

Si testes sunt nominati, tunc commissa audientia testium expediuntur litteræ cõmissionales, deindè notificantur procuratori exaduerso, & tunc citatio testium fit in partibus, n. 2.

Cum testes nominantur intra Regnum quid sit seruandum? num 3.

Quidque verò si extra Regnum? n. 5.

Au,

Audientia testium infra dictam, an de iure communi committi potest, quidque de iure Regni? nu.7. 10. & 11.

Et quantus sit terminus pro nominatione, tàm intrà, quam extra Regnum, ibidem, & nu.8.

Et quanta sit pœna abutentium nominationibus, ibidem.

Pro nominatione testium extra Regnum fit depositum, ad quod euitandum traditur cautela, num.9.

In S.C. non committitur examen, nu.12.

Limitatur ibidem.

Terminus nominationum, à quo die incipit currere, nu.13.

Laudatur Dom. Consiliarius D. Thomas Carauita, ibidem.

Commendatur Franciscus Lauianus V.I.D. & S.R.C. Actorum Magister, ibidem.

Laudes in Ioannem Carolum Papalem conferuntur, ibidem.

Cautela traditur Procuratoribus ab utentibus nominationibus, num.14.

Quando nominationi renũciari possit, n.15.

Nominatio facta ab vna, alteri prodest, num.16.

Substitutus à Procuratore, quãdo citari debet, nu. 17.

Clausula illa (quatenus contra) *poni solita in protestationa, quæ fit contra testes, quid operetur, num.19.*

Protestatio quod non admittantur consanguinei, vel affines, aut alij de iure prohibiti, an prosit, nu. 20.

Testes citati in termino recipi possunt post termini lapsum, nu.21.

Testes cogi possunt ad veritatem dicendam num.22.

Articulorum inuentio multum prodesse demonstratur, n.23.

Quid sit articulus, num.24.

A quo sunt sumendi, num.25.

Quid sit positio, & quid differat ab articulo, nu.26.

Quãdo vtrunq; sit præsentandũ, n.27. & 28.

Contra Procuratorem mandatum habentẽ ad deponendum à suo principali, & nolentem deponere; quomodò sit procedendum, num.29.

Procuratores, & Aduocati praeesse non possunt tempore depositionis suorum principalium, num.30.

Quidquid inquit D. Fab. Coda *refellitur. ibidem.*

Positiones, vbi probationes non fiunt admittuntur Mascardi *dicto explanato, num.31.*

Depositio principalis an post conclusum admittatur, nu.32.

Qui sint articuli pertinentes, & impertites declaratur, ibidem.

Depositio si pluries petitur fieri debet, n.33.

Actore, & reo ad inuicem depositionem petẽtibus, quis eorum prius deponere debet? n.34. & seq.

Quid si ambo deponerent confitentes ad inuicem, nu.37. & 38.

Copia articulorum andatur in Regno, n.39.

Quid sit seruandum in confectione articulorum, n.41. 42. & 43.

Super quolibet articulo, quot testes examinari possunt, nu.44.

Testes qui deposuerunt ad reuelationem excommunicationis, quomodo repeti debent, nu.45.

Articuli an debeant, postquam fuerint præsentati, restitui partibus num.46.

De Gradu Citationis testium, & de ijs quæ ad testium nominationem pertinent.

Conscribit nouas copias
Strenuus ille militum,
En roborat militiam,
En recenset exercitum;
Sit doctus, à clyentulo
De rebus pertinentibus
Ad causam, vt satis valeas
Articulos conficere;
Nunc libelli sit tumeror,
Nunc opus, vt excogites
Probare quid expediat,
Vt iura tua munias.

CONtestata litè, factaque examinatoris electione ad testium citationẽ deuenimus, quæ pro testibus seruatur qui loco Iudicij, præsto sunt, si verò in partibus essent, nominatione in termino adhibita, & commissa eorum audientia, expediuntur litteræ commissionales, vt in *Gradu termini nu.23. & gradu electionis nu.3. diximus.*

Cum

1 Cùm testiũ citatio expeditur à Scriba causæ in calce illius describi debẽt testes examinandi, & deindè notificatur, & in hoc aduertas quod si lis est in M. C. requisitoria, quę fieri solet ad videndum iuramenta testium, tunc fit in calce eiusdem citationis, si verò in S.C. vtpotè testes examinẽtur per examinatorem electum, tunc dicta requisitoria fit in calce electionis prædictæ.

2 Si testes sunt absentes à loco iudicij tunc, vt diximus expediuntur litteræ commissionales pro examinandis testibus in loco, vbi fuit facta nominatio ipsorũ, aut vbi fuit commissum examen, vt ex veteri *tex* obseruantia patet in *l. Iudices 17. C. de fide instrum. & in §. & quoniam scimus Auth. de test.* quę commissionales litteræ prius notificantur procuratori in iudicio existenti, & deindè committũtur in locum, vbi erit faciendum examen, ibique fiet citatio testium, & audito principali exaduerso si ibi erit, aut alio substituto ad videndum testium iuramenta, proceditur ad illorum receptionem.

Diximus in *Gradu termini, n. 23.* nominationem fieri in calce eiusdem termini, ideò est aduertendum tempore talis nominationis duo specificentur 3 oportere. Primùm erit, si intra Regnũ fuit facta nominatio, explicare locum, vbi testes degunt, absque expressione nominum, & cognominum, secundum erit declarare Curiam, siuè Officiales, quibus committi intendit examen, & ex eis si quos habet suspectos proponere in eodem actu nominationis, vt in *Prag. 97. de ord. Iud.* & stylus inoleuit: est quoque notandum, vt alibi dixi, nominationem fieri posse infra quinque dies, vt in *d. Prag. 4. n. 9. de dilationibus* 4 sed eam fieri nõ permittitur cum clausula, dummodò ea opus sit, vt in *Prag. 62. de off. c. S. R. C.* & elapsis dictis quinq; diebus, nemò ad dictam nominationẽ faciẽdam admittitur *Raust. sup. d. Prag. 7. num. 24. de ord. Iudicior. Nouar. super Pragmat. 3. de dilationibus coll. 34. nu. 3. & 4.*

Si verò testes sunt extra regnum, tũc vltra loci explicationem oportet etiam, vt explicentur eorũ nomina, & cognomina, vt in *d. Pragmat. 4. de dilation.* & 5 quoties talis expressio non fieret, terminus nominationis intelligeretur dierũ viginti, vt in *Prag. 7. de ord. Iudiciorum.*

Sunt prætereà plura obseruanda. Primò, an infra dietam possit committi audientia testium, & quantus sit terminus talis nominationis. Secundò à quo tempore incipit currere.

De primo dicimus, testium audientiam regulariter, aut nominatio fiat infrà, aut vltrà dietam, semper de iure 6 communi committi, vt est, vulgatus *tex. l. Iudices, C. de fide instrument.* cum similibus: est verum regulam fuisse limitatam per *Rit. M. C. 141.* cum de examine infra dietam ageretur, tunc non committi mandauit *Ritus ipse*, (& licèt *Ritus dicat in Criminalibus, in Ciuilibus*, tamẽ dicere voluisse existimauit *Carauita* per ea, quę benè obseruauit ibi *n. 2.* quod sine dubio ità esse credo, quia in *Rubrica Rituum* insertis in meo volumine constitutionum Regni *in Rubrica 151. fol. mihi* 385. hæc habentur formalia verba, *item Curia non committit audictiam in causis ciuilibus infra dietam*) hodie tamen contrarium practicatur p̃ 7 *Pragmaticam septimam* incipientẽ *post praedictas de ordine Iudiciorum*, vbi habetur, quod quando fit nominatio testium distãtium infra viginti milliaria, tunc terminus dierum quindecim continuorum statutus intelligitur, si verò nominatio excederet spatium dietæ, vltrà prædictos quindecim dies, qui dantur pro dicta prima dieta, superadduntur alij quinq; dies pro singulis alijs dietis sequentibus, exempli gratia, si testes distarent quatuor dietis, terminus erit dierum triginta quinque, & cum de nominatione intra Regnum tractetur, dilatio prædicta extendi potest arbitrio Iudicis, vsque ad spatium trium mensium, vt in eadem *Prag.*

Si verò agatur de nominatione facta de testibus extra Regnum, quæ *vltramarina* vulgò appellari solet, tunc terminus assignatur arbitrio Iudicis, sed 8 pars quę obtinet talem dilationem tenetur statim depositare, pro quolibet

men-

mense durante termino nominationis
concesso, duc. 15. mandat *Pragm. 3. de*
dilationibus, cui consona est *glos. fin. in*
cap. statutum de rescriptis in 6. vt si eam
obtinens abusa fuerit, depositum libe-
retur, hoc est medietas Tribunali, vbi
est lis, & altera colliriganti exaduerso,
vt habetur in eadem *Prag. 3. de Franch.*
decis. 57. num. 1. alias non facto deposi-
to prædicto dilatio non conceditur, vt
pluries fuisse decisum testatur per S.C.
Rouis super Pragmat. 4. num. 5. de dila-
9 *tionibus*, verùm quoties fieret nomina-
tio extra Regnũ protestatione ea vel se
le vti, ac si fieret intra Regnum, tunc
euitabitur depositum prædictum, sed
fruetur pars termino nominationis in-
tra Regnum, de quo supra, vt in *Prag-*
mat. 4. de dilation.

Nec prædictis obstat *Ritus* 141. quia
Ritus fuerunt emanati anno 1457. vt
testatur *V.I.D. Michael Zappullus* aun-
gulus magnus meæ vxoris post finem
suorum Commentariorum super Prag. 5.
de administratione rerum ad Ciuitatem
10 *pertinentium in Cronologia legum, &*
Rituum: & *Pragmatica 7. post prædictas*
de ord. Iudic. fuit sexaginta post annis
edita; vndè non mirum, quod Ritus
in hoc non seruatur, mirum tamen est
Dom. Reg. Sanfelicium in praxi sect. 47.
num. 12. contrarium dixisse citando *Ri-*
tum prædictum, & Pragmaticam non
meminisse, prout etiam immemor illius
fuit *d. Dom. Caranita* qui in *d. Ritu n. 1.*
in fine vidisse fatetur, etiã eo non obstã-
te commissam fuisse testiũ audientiam
infra dietam, quod procedere vtique
poterat ex obseruantia dictæ pragma-
ticæ: ex his concludendum puto cum
Bernard. Muscatello in sua praxi glos. su-
spectorum num. 16. qui dictam pragma-
11 ticam benè obseruauit, nominationem
fieri posse infra dietã in Ciuitate Auer-
sæ, vel in Casalibus conuicinis, quia si
nominatio permittitur, ergò, & audien-
tia testium.

Hæc quæ diximus de audientiæ te-
stium commissione, procedunt in M.C.
sed in S.C. vbi sunt Regij examinato-
res non committitur, ipsique opus est,
vt accedant, preterquam in his casibus,
12 videlicet si renũtiauerint, aut si quis no-
minationem fecerit, esset Neapolitanus
quia tunc ex priuilegio Ciuitatis Nea-
polis, absque renunciatione examina-
torum committitur testium audientia;
vt inter priuilegia dictæ Ciuitatis legi-
tur *cap. 36. & 69.* de quo meminit *Reg.*
Rouit. in pragmat. 9. de dilation. Baldas-
sar de Angelis in addit. ad Gizzarell.
decis. 27. sunt tamen nonnulli casus in
quibus examen non committitur, vt est
videre apud *Reg. Rouit. Prag. 7. num. 26.*
& Sanfelic. in praxi sect. 46. num. 18.

Quod attinet ad secundum, est secun-
dum terminum nominationis currere
incipere à die, quo consignantur parti
litteræ commissionales pro examinan-
dis testibus, vt tradit *Muscat. d. glos. su-*
spectorum num. 25. in hoc aduertatur
quæso si pars non curauerit, aut nollet
13 vt litteræ commissionales expediantur,
tunc terminus nominationis curret à
die post notificatum decretum Audien-
tiæ testium, vt semel practicaui in cau-
sa Fuluiæ de Fiore, cum Iulio de Fiore,
coram integerrimo, ac doctissimo Do-
mino meo Cõsiliario *Dom. Thoma Ca-*
ranita causa Commissario in banca Ma-
gnifici *Francisci Lauiani V.I.D.* viri ma-
gni leporis penes *Ioannem Carolum Pa-*
palem Scribam iuuenem quidem inge-
nij acumine optimum in negotijs pera-
gendis.

Cauti sint Procuratores in nomina-
tione extra Regnum facienda, & quæ-
rant speciale mandatum habere, quia
si eam fecerint sine tali mandato, &
14 abusi fuerint, sicuti olim pœna duc. 12.
mulctabantur, vt in *Pragmatica 31. de*
offic. S.R.C. & Prag. 1. & 4. num. 9. de dila-
tion. nunc ducatorum 50. punirentur
pœna, vt in nouella *Pragm. edita ab Ex-*
cell. D. Petro Antonio de Aragona Vigi-
lantissimo Viceregi huius Regni, sub die
25. Maij 1666. verum si mandatum ha-
buerint, & probationes aliquas non fe-
cerint pœna esset vnius vnciæ, vt in *d.*
Pragmat. habetur
15 Factis talibus nominationibus si de-
fectu principalis, aut alia iusta causa
vti non poterit procurator, eas renun-
ciare valebit antequam delabatur illa-

rum terminus, ſed tutius antequam
fiat publicatio in cauſa, & licèt *Galluppus in ſua praxi tit. de nominatione teſtium p.2.cap.24.num.* 1. dicat quod p
Prag.68.de Offic.S.R.C. quæ mihi eſt 59.
eod.tit. renunciatio prædicta fieri de-
beat eodem die, vel ſequenti poſt factã
dictam nominationem, attamen circa
hoc in deſuetudinem abijt Pragmatica
prędicta, quia vt diximus, vſque ad
publicationem excluſiuè renũciari po-
terit, teſtatur ille Practicus eximius *Reg.
Rou.ſuper Pragmat. 1. num. 4. de Procurator.*
16 Notetur pariter, quod ſi facta fue-
rit ab vna parte collitigante nominatio
teſtium, poterit altera exaduerſo ea vti,
licèt ei non inhereat *Reg. Rouit. ſuper
Pragmat.7.num.22.de ord.Iudic.*
17 Alia quatuor poſtremò attendes.
Primùm eſt, quod expeditis litteris
commiſſionalibus, eæ procuratori ex-
aduerſo notificari debent, ad hoc vt ſi
alium non ſubſtituat loco ſui ad viden-
dum teſtium iuramenta, talis notifica-
tio habeatur loco requiſitoriæ, vt p *Carau. ritu 157.n.6.* ſine qua probationes
faciendę nullæ eſſent, vt in *cap. in Nomine Domini extra de teſtibus*, ſi verò
eum ſubſtituat, dummodò ſit loco, vbi
teſtes recipiuntur, audiri, ſiuè citari de-
bet, vt *c.2. de teſtibus, & d.l. Iudices de
fide inſtr. ibi ſcribentes.*
18 Secundum eſt, quod tempore, quo
notificantur litteræ cõmiſſionales Pro-
curator exaduerſo debet in calce illorũ
proteſtari. Primò contra teſtes in par-
tibus recipiendos, & contra dicta, & di-
cenda ab eis, clauſula tamen, (*quatenus contra, &c. & nonaliter*), cuius enim
clauſulæ vigor multum prodeſt, quia ſi
teſtes aduerſarij aliquid fortè pro ſe de-
19 poſuerint, eis quoad illud, vti poterit,
quod ſecus eſſet, niſi clauſula adijcere-
tur ex regula illa vulgata, ſcilicèt ex
eo quod quis impugnat, cõmodũ ſenti-
re non debet *gloſ. in cap. præſentium de
teſtibus Capyc.deciſ.29. Scaglion. in commentar. ſuper Pragmat. contingit de ord.
Iudiciorum, ſub tit. de capitulis, & poſition. fol. mihi* 85. ita ergò adhibita tali
clauſula intelligetur renũciatũ proteſta-
tioni, quod ad illud quod pro ſe facit,
Abbas in d.cap. præſentium n. 12. Secun-
dò ne admittantur conſanguinei, aut
20 affines inimici, & omnes de iure pro-
hibiti, contra quos reſeruare poteſt re-
pulſam, eiuſque repulſam, cuius reſer-
uatio pernecceſſaria eſt, ea enim deficiẽ-
te denegaretur repulſa, teſtatur deciſiũ
*Afflict.deciſ.*351. *num.* 8. Tertiò ne ad-
mittantur articuli impertinentes.
21 Tertium eſt, teſtes, qui citantur in
termino poſt terminũ recipi poſſe per-
miſſum eſt *Bart. in l. in pecuniarÿs, nu.4.
ff. de ferÿs.*
22 Vltimum eſt, teſtes, quoties fuerint
citati ad veritatem dicendam, depone-
re noluerint, cogi poſſe, diſponit *gloſ. in
l. ſi quando verbo, ſi quando, C. de teſtibus Clarus, §. fin. quaſt. 24. num. 22. verſu ſucceſſiuè.*

DE ARTICVLIS.

HIs præmiſſis, antequam teſtes exa-
minẽtur, articulos cõficere opor-
23 tet, tùm vt examen pinguius, & cla-
rius efficiatur, tùm etiam ne teſtiũ di-
cta confundantur, & ideò articuli ferè
neceſſarij ſunt, vt eſt colligere ex verbis
Clementina ſæpè ibi, *& quia poſitiones, &c. de verbor. ſignif.*

At quid hoc nomen *Articulus* ſonet?
& à quo ſit ſumendus? quid differat à
poſitione? & an articulorum copia de-
tur in Regno? infraſcriptis paſſim faci-
lè dignoſcetur.
24 Articulus fontem intentionis expri-
mit, id quod quis probare intendit cõ-
tinentis ſecundum *Bald. in l. generaliter, §. ſed iuramento, num.3. Cod. de reb. cred.*
25 Iſti ſumendi ſunt de ſubſtantialibus,
& à quolibet membro libelli *Bald. in
l. vinum, col.5. verſ. nunc huc venio, ff. ſi
certum petatur ſpecul. in tit. de poſitionibus §.5.n.*11. Ac itidem ab eiſdem actis,
vt docet *Clement.* ſæpè ibi *Eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, &c. actis tamen continuò inſerenda (ſuper quibus poſitiones, & articuli formari debent, &c.)*
in quorum compoſitione tyrones ad-
uertant ne araneum captent, & tela

te-

techna capiantur: vndè illud nostrum canimus.

Vno solet in articulo esse aliquando pericl[u]m.

Et ideò, vbi sunt pericula cautius est agendum secundum *Bartol. in l.* 8. §. *si quis. ff. mandati.*

Quoad penultimum est sciẽdum positiones partem esse intentionis aliquid facti non iuris continentem, super quo non sunt examinandi testes, vel interrogandi, sed tantùm petitur ab aduer-

26 sario responderi, vt ab onere probandi releuetur, *glos. in d. Clem. sæpè verbo cõfessio de verb signif Bal. in l.* 2. §. *quod obseruare, C. de iuram. calumn. Carau. super Ritu M.C.* 70. *&* 79. *num.* 53. *in fine* articulos verò esse totam principalis intentionem, super quibus sunt testes interrogandi, atque examinandi, vt supra.

27 Positiones præterea præsentari debent intra dies quinque decurrendos post notificatum terminum principalẽ, vt in *prag.* 8. *incipiente quinta die de ordine Iudiciorũ*, aqua rectà traditur norma respondendi positionibus hoc est per verbum *credo, & non credo*, vt præiudicium, & falsitatis nota euitetur, vt per *Innoc. in c. Raynutius de confessis, & Reg. Sanfelic. in praxi. section.* 48. *num.* 3. cœtera de positionibus adi *Nouarium super pragmat. coll.* 180. *per totam.* Atticuli verò intra terminum probatorium, *Ritus M.C.* 69. ibi *Car. num.* 5. de quo *Sanfelic. vbi supra, sect.* 47. *num.* 1.

Nota hic, quæ crebrò in depositionibus occurrunt. Primò, si procurator cum mandato ad deponendum, aut ipse principalis nollet positionibus à di-

28 uersa parte præsentatis respondere, tũc tria præcepta passim fiunt, vt deponat, quibus alterutro non parente, in vltimo præceptorum ordinatur, quod depositio habeatur pro facta, vt deterius, quod iuri communi consonum est in *l. Senatus*, §. *quod si tribus, ff. de iure Fisci, Felyn. in c. excommunicationes, col.* 1. *de hæreticis, l. Arrianus, C. de iure Fisci l. ex quibusdam cum glos.* ibi in verbo. *Tribus in eod. tit. Alex. cons.* 137. *vol.* 2. & iure municipali expressum est in *Ritu M.C.* 70. & in *Pragmat.* 8. *num.* 2. *in fin.* *de ordine Iudiciorum.*

29 Si verò procurator mãdatum ad deponendum non haberet, & principalis esset absens, tunc ordinari potest procuratori prædicto, vt infra terminum Iudicis arbitrio statuendum mandatum cum tali facultate deponẽdi à suo principali procuret, alias termino elapso habeatur profacta tradit *Vincent. de Franchis decis.* 232. *num.* 3. *Thorus in compendio, siuè dictionario decisionum verbo expensis.*

Secundò nota, tempore depositionis faciendæ à principalibus præesse non possunt Aduocati, vel eorum Procuratores, vt in dicta *Prag.* 8. verum Pro-

30 curatoribus, vel Aduocatis, citra peccati scrupulum fas erit suos monere principales super responsionibus ab eis faciendis, nè decipiantur, vt resoluit *Pelliccionus in suis quæst. quæst.* 16. *versu sed hic* clyentibus enim non prohibetur suos procuratores, siuè aduocatos consulere dictat *Ritus M.C.* 179. *nu.* 3. quidquid dicat *Fab. Cods in add ad Codam fratrem in comp. iudicij, cap.* 4. *versu Aduocati litt. C.* dicens *procuratorem assistere posse, quando cliens est idiota, aut mulier*, non obstat, quia resistit *Pragmatica prædicta* 8. *de ord. Iudic.* & hoc, quando admitti posset intelligendum est secundum *Afflict.* per ipsumet citatum *in constitut. Aduocatos lib.* 1. *de præstatione Sacram. num.* 8. vbi inquit, quod potest Procurator, vel Aduocatus assistere instruẽdo eum, quod est de iure non autem de facto,

Si in termino probationes non fiant, positiones etiam admitti possunt, dum-

31 modò faciant ad causam, nec animum despõdeas, si contrarium dixisse videatur *Mascard. de prob. concl.* 1176. *nu.* 46. scilicèt, vbi non fiunt probationes, nec etiam positiones admittuntur, quia illud depositionibus, siuè de articulis verè impertinentibus ad causam, vel depositionibus, quæ licèt probarentur, aut

32 acceptarentur nihil releuarent, intelligendum est, vt explicat *Dom. de Franchis decis.* 220. *sub num* 8. & 11. at si super positionibus, etiam post conclusum in causa præsentatis, & de directo con-

trarijs articulis diuersæ partis depositio peteretur, tùnc, licèt super illis propter timorem subornationis non permittitur, vt testes examinentur, nihilominus depositio principalis admittitur, vt idem *de Franchis vbi sup. n.*12. cuius occasione quæro hic, qui nàm sint articuli pertinentes, & qui impertinentes? scias pertinentes esse, qui quoquo modo ad causam, siuè directè, siuè indirectè conferunt *Bart. in l. duo patroni, §. idem Iulianus*, & ibi *Iason. n.* 12. *ff. de iure iuran. Bald. in l.* 2. §. *quod obseruari, C. eodem*, impertinentes verò esse, à quibus nullus effectus sequi potest *Parisius consil.* 67. *num.* 16. *lib.* 4. *Alciatus respons.* 387.

33 Tertiò, nota facta depositione super positionibs si iterum fierent aliæ positiones, denuò altera pars tenetur super eis deponere, vt in *in Pragm.* 8. ibi *infra alios dies tres post dictam copiam datam: de ordine Iudiciorum.*

34 Postremò notatu dignum aduerte, quod penes nostros scribentes adhuc non legi: potest enim de facili euenire, vt reo aliquãdò depositioné actoris petente, & actore, ex opposito ipsius rei depositionem postulante, disceptetur quisnam eorum teneatur prius deponere, aut respondere? quæstioné summo digiti indicauit *Reg. Rou. super prag.* 8. *de ordine Iudiciorum*, sed ibi ad alios se remittit, quapropter res cum sit non minus proficua, quam curiosa, ideò eã breuibus examinabimus. Primò intuitu, licèt ea parũ referre videatur, secũdũ *Francũ in c.* 2. *de cõfessis lib.* 6. quia respondere prius, aut posterius neutrũ ab onere probandi releuat, tamen non ità se habet, vt mox dicemus: reũ certum est regulariter cogi prius actoris positionibus respondere, quia actor prior est, & nobilior reo patiéte, vt docet *Bald. in addit. ad speculator. in Rubrica de dilationibus, versiculo primò respondetur, & ad eundem in tit. de reconuent. super verbo Nos autem, & speculator ipse in d. tit. de dilation. §. videndũ, & in tit. de positionibus, §.* 4. *versic. hoc quoque notandum, & in tit. de actore, circa principium, Antonius de Butrio in cap.* 1. *de ord. cognit.* & post *Cynum, Bart. & Bald. Paulus in l.* 2. §. *quod obseruari, C. de iuram. calumniæ*: limitatur quoties positiones rei essent præiudiciales positionibus actoris: idem *Bald. in add. ad specul. de positionibus in* 1. *col. versu si positio, speculator in d.* §. 4. *d. vers. hoc quoque. & versu hoc quoque certum est.*

35 Præiudiciales enim tunc dicũtur positiones, cum sunt de directo contrariæ positionibus actoris, *Franc. d. cap.* 2. hoc est cum continerent negatiuam, siuè contrarietatem, cuius onus probãdi ad ipsum reum pertineret, tunc quidem, quia negatiua potest probari per confessionem actoris, vt per *d. speculat. d. tit. de position. §.* 7. *& Bart. in l. quidam in iure, ff. de donat.* ideò si Iudici videbitur, actor illis respondere tenetur per *tex. in cap.* 1. *de confessis*. At cũ positiones rei, licèt essent negatiuæ, & cõtrariæ positionibus actoris, onus tamen probandi eas non incumberet reo, tũc talibus positionibus rei, vti superfluis, & per consequens impertinentibus non tenetur actor respondere. Exépli gratia, ego vocaui te in iudicium, vt mihi centum solueres ex venditione fundi, tu mihi opponis exceptionem rei non traditæ, & postea super tali exceptione formasti positiones negatiuas, & contrarias meis positionibus, super quibus licèt tu à me petas, vt deponam, ego actor nõ teneor, quia tibi reo sola negatio sufficit, & negando tu rem non esse traditam, mihi transfers onus probandi contrarium, vt tenet *Paul. de Castro in d. §. quod obseruari, & Curtius in tract. position. num.* 26. & hac de causa positio rei talem negatiuam continens
36 non est admittenda, tanquam impertinens, & superflua. Positio quidem inuenta est ad finem, vt ab onere probandi releuetur: cessante ergò tali onere cessat, & depositio: & id procedit, tàm si contrarietas oriatur ex parte actoris, quàm ex parte rei, *idem Curtius vbi sup. n.* 14.

Quoties autem accideret, vt actor ad tollenda iurgia deponere vellet, vti
37 debet pro cautela clausula illa, scilicèt *saluo iure impertinentium*, ad hoc ne de-

depositiones rei, vel actoris, si impertinentes reperirentur, ad inuicem sibi preiudicent, vt latè *Curtius vbi supra num.* 20. & tali cautela adhibita in huiusmodi casu iuramentum per eos prestitum, ad eas vti impertinentes, & nõ admittendas positiones non refertur, probat *Bald. in l. pen. ad fin. C. de transact. Iason. in l. si duo, §. si Iulian. in 3. col. ff. de iure iurand.* remota verò cautela prædicta, quid dicendũ esset si actor in prima instantia respondens positionibus rei confessus esset, & reus deindè respondendo positionibus actoris pariter esset confessus: quis ex istis (dum omnes habentur pro confessis) attentis
38 positionibus sibi de directo contrarijs succumbere debet? dic breuiter, debet actor succumbere, quia magis nocere debet confessio actoris ipsi actori, quam rei reo *cap. cum sint partium de reg. iuris in 6. Alexand. in l. si non fuerit, ff. de iure iurand.*

Quoad tertium, scilicèt an copia articulorum detur in Regno ad finem, vt formẽtur interrogatoria? duæ sunt opiniones, quarum altera est *Dom. de Frãchis d. decis.* 220. *num.* 13. vbi negatiuã
39 partem fatetur, altera verò *Muscatell. in glos. impertinentes nu.* 32. *p.* 5. qui de affirmatiua testatur, & sub *n.* 42. id procedere inquit ex paucitate negotiorũ, quam *Muscatelli* attestationem veram esse affirmo, quia ex visura nonnullorum processuum in Regno actitatorũ, obseruaui talem dari copiam, in huius verò Ciuitatis Tribunalibus minimè dari certum est, sed loco illius instantia fit, ne impertinentes articuli admit-
40 tantur *Afflict. decis.* 30 *n.* 3. quod causarum multitudini tribuendum est. non ità procedit in positionibus, quorũ copia datur, vt ex ea cognoscatur, in quo sint releuati principales collitigãtes ab onere probandi iuxtà intellectũ *Muscat. vbi supra super Pragmat.* 8. *de ord. Iudiciorum.*

41 Est etiã in articulorũ confectione ad uertendũ. Primò, anteqũa suã intentionem pars scribat p singulos articulos, indicare debere, quod quę inferius per ipsam describuntur, probare offert in causa, quã habet cum N. de N. & deindè clausulas addat, quę frequentius sũt in vsu: scilicèt *saluo iure, &c.* nẽpè producendi alios articulos in termino, vt declarat *Muscatell. vbi sup. glos. impertinentes, num.* 44. *versu praeterea, non se astingens, &c.* hoc est ad probanda alia vltra necessaria, vt explicant *Bartol. in l. Actor, num.* 8. *cap. de probation. & in l. circa, ff. eod. Marant. in praxi p.* 6. *tit. rectè concipiuntur libelli num.* 17. *Deducens omne ius, &c. cum potestate addendi, vel minuendi, &c. omni alio meliori modo, &c.*

42 Secundò, in formandis articulis dici non debere, in primis *ponit, & intendit probare*, vt nonnullos vidi inexpertos hoc vti, sed tantùm intendit, nàm dicẽdo *ponit* fatetur articulum *textus est expressus in l. cum pretium, ff. de liberal. caus. l.* 2. *C. de institut. & substitut. Innoc. in cap. olim de censibus speculator. in tit. de positionibus, §.* 1. *versu quid si actor* dicendo autem *intendit* articulum non approbat *speculator in tit. de testibus, §.* 5. *post principium versu sciendum igitur.*

Tertiò, in fine articulorum, alias addi posse clausulas exempli gratia *item*
43 *quod de omnibus prædictis*, scilicèt est publica vox, & fama, vt habetur ex *glos. in fine verbo causam, §. licèt dudũ Auth. de testibus, item attentis prædictis, &c.* cœteras, quas tuo studio reperies.

Postremò super quolibet articulo, tres, vel duos ad minus produci licere
44 testes *l. quoties, C. de naufragi. lib.* 11. *l. vbi numerus, ff. de testibus*, ità etiam extendi posse productionem, vsque ad numerum decẽ si ageretur de discepratione confinium, vel de facto antiquo, vt in *Pragm.* 1. *de refrenatione testium*, & in Cathalunia pariter seruari testatur *Cancer. var. resol. cap.* 20. *num.* 34. *de testibus.*

Præfatis adijcio, quod aduertas cupio, vt si quando testes repetere oporteat, vt foret cum testes, ad reuelatio-
45 nem excommunicationis fuissent examinati: tunc sit tibi cura, vt exhitæ illorum depositiones per extensum legãtur, & super eis repetãtur testes ab examinatore, & ne permittas, vt testes ipsi

si ad priores suas depositiones simpliciter se remittant, quia tali modo repetitio non valeret per ea que tradidit, *Carau. super ritu 72. nu. 14.*

Articuli verò demùm conditi præsentantur in banca, deindè redduntur præsentati, vt eos valeat examinatori electo exhibere: & licèt per *Pragmaticam 51. incipiente, quoniam de offic. S.R.C.*
46 eos prohibeatur restituere, vel accommodari, de ea tamen restitutione intelligi debet, per quam partes articulis ipsis abutuntur, non de ea, quæ fit vt breui manu dicto examinatori consignentur ad finem examinandi; quibus exhibitis, haud mora testes, vt examinentur curãdum est, & in hoc scias testes, etiam die feriato ad honorem Dei examinari posse, dummodò antea die iuridica ipsi iurauerint non autem ipso die feriato, & festiuo, vt in *Clement. 1. de offic. deleg.* & est *Ritus M.C.V. 143.*

SVMMARIVM.

Publicatio quando fit cum reseruatione, n. 1.
Publicatio non fit in causa, cũ non fuerit per testes probatum. n. 2.
Affertur Muscatelli opinio, *sed ea refellitur, num 3.*
Effertur laudibus Dom. Consil. Franc. Maria Pratus, *ibidem.*
In Praxi non omnino præstatur fides Dom. Marantæ, *n. 4.*
Ante publicationẽ in S.R.C. fit actus ad publicandum & sic ante conclusionem fit ad concludendum, n. 5.
Omissio publicationis non vitiat processum, num. 6.
Potest tamen ab ea appellari si fuerit petita, & omissa publicatio, ibidem.
Post publicationem est prohibita regulariter testium productio, num. 7.
Limitatur, ibidem.
Sublimitatur, num. 8.
Recensentur alia limitationes ad regulam, num. 9. vsque ad num. 13.
Repulsa, quando petitur, & intra quem terminum, & an ille possit prorogari, n. 14.
In Muscatellum *male loquentem de* Carauita *retorquetur per Auctorem exprobatio, num. 15.*
Repulsa an post conclusionem peti liceat, numero 16.
Eaque etiam post primum beneficium petitur, & conceditur, num. 17.
Casus in quibus repulsa nõ admittitur enumerantur, n. 18. 23. & 24.
Limitatur, num. 22.
Terminus repulsæ, licèt sit medietas primi termini causæ principalis remittitur tamen in arbitrio Iudicis, n. 25.
Terminus repulsæ est communis, nec potest renunciari in præiudicium alterius partis, num. 26.
Articuli impertinentes regulariter non possunt produci in termino repulsæ, n. 27.
Sed quales esse debent articuli explicatur, ibidem.
Limitatur regula pluribus in casibus, n. 28. 29. 31. & 32.
Producens falsos testes in facto proprio, an excusari possit, num. 30.
Et quid si fuerit petita declaratio circa viũ contra dictum producentem, & an possit fieri adhibita cautela, ibidem.
In terminis repulsarum an committatur testium auditentia, nu. 33.
Repulsa etiam in terminis beneficiorum interuenire potest, n. 34.
In confectione articulorum in casu repulsæ, quantam pareat vtilitatem protestatio: declaratur, n. 34.
Iudex, an ex officio possit testes repulsare distinctionis fædere resoluitur, n. 36. & 37.
Persona priuilegiata nõn admittuntur ope restitutionis in integrum aduersus lapsũ terminum repulsæ, n. 38.
Repulsa non petita in prima instantia non potest peti in secunda. n. 39.
Quæ sint personæ, quæ beneficijs fruuntur, num. 40. vsque ad num. 45.
Quibus in casibus beneficia non conceduntur, n. 46.
Beneficia sunt loco restitutionis in integrũ, quare tale nomen sortiuntur? num. 48.
Conceduntur ad pinguius probandum, & eis locus est non probata læsione, num. 49.
Beneficiorum terminus est communis, n. 51.
Sed distingue, num. 52.
Concesso beneficio priuilegiato, qui deindè non produxit testes, an altera pars, quæ produxit posset vti illorum depositionibus, n. 53.

Pri-

Priuilegiatus, cui beneficium fuit concessum, an possit inuita parte diuersa illud renunciare? negatiuè resoluitur, nu.54.

Primum, & secundū beneficium intra quātū tempus peti possunt, & à quo die dilatio, quæ conceditur ad illa petenda currat, num.55.

Adducitur, & demonstratur lapsus Reg. Rouiti, & Reu. D. Franc. Verde *ibidem.*

Lapsa dilatione ad beneficia petenda amplius illa non conceduntur, & quidquid in contrarium apparet decisum penes de Franchis, Minadoum, & Gizzarellum, *quos sequitur* Muscatellus *non obstare aperitur, n.56.*

Quid dicendum in Fisco exprimitur, ibid.

Quantus sit terminus primo, & secundo beneficij declaratur, n.57.

An beneficia concessa in prima instantia, possint in secunda peti, num.58.

An ad petendum beneficium requiratur speciale mandatum, num.60.

Pœna absentium beneficij quanta sit, n.61.

De Gradu Publicationis.

Educit iàm exercitum,
Exponit miles ordines
Attendit mentem vndique
Quæ sit suorum hostium:
Insidias si prauidet,
tunc roborat præsidia,
Die; noctuque vigilat
Paratus arma capere;
Nunc tempus est tyruncule
Vti tuo aduersario
Quæ collegisti termino
Probata patefacias
At si suorum testium
In firma vellet reddere
Dicta, tu stude nouiter
Firmare eodem termino.

POst confectas probationes elapsoque termino fit publicatio in causa secundum *Pragmaticam 21. de ordine Iudiciorum*, est tamen in hoc aduertendum primò, si vtraque pars probauerit, & altera præsentauerit examen, altera verò non, quia fortè in partibus fuit examen commissum, & examina-
1 tum, sed non dum aduenerit, tunc pu-
blicationem fieri cum reseruatione,
quod quandocumque venerit dictum
examen ante expeditionem causæ re-
cipiatur, vt stylus M. C. & S. R. C. ino-
leuit, de quo meminit *Caranita in Ri-*
tu 86. sub num. 1. cumque verò proba-
2 tum nō fuerit per testes, tunc publicatio
non fit, sed conclusio, quod etiam pro-
cedit in terminis beneficiorum, & re-
pulsarū, & licèt *Bernard. Muscatell. in*
sua Praxi glos. Repulsæ p. 6. num. 3. di-
cat publicationem fieri debere in ter-
3 mino principali, etiam si nō fuerint fa-
ctæ probationes, non ad finem, vt dicta
testium videantur, cum non sint, sed
ad finem, vt videantur scripturæ pro-
ductæ, vel vt dicta publicatio sit actus
exclusiuus probationum, tamē sua pa-
ce quod diximus, verùm est; non ob-
stat dicere publicationem fieri debere,
vt scripturæ prędictæ videantur, & vt
indueatur actus exclusiuus probationū,
quia tempore, quo non fit publicatio,
fit conclusio, & hic actus finem proba-
tionibus imponit; quia est exclusio om-
nium probationum, secundum *Felyn.*
in cap. cum dilectus de fide instrum. in
princ. & sub num. 9. & in cap. pastoralis
de caus. possess. & propr. & plenius infrà
gradu conclusionis, & ideò post conclu-
sionem videri possunt scripturæ produ-
ctæ, & sicut, quando fiunt probatio-
nes, atque adeò publicatio, peti possunt
repulsæ, ità cum non fiunt probationes
sed producuntur scripturæ fit conclu-
sio, & aduersus scripturas petitur ter-
minus ad impugnandum, vt infra dice-
mus, in hoc excusandus est tantus vir,
quia in nostris Tribunalibus versatus
non fuit, prout testatur *Dom. meus Cō-*
siliarius Franciscus Maria Pratus exi-
mius additionator in eius glossis, quas
perbelle exornauit in *glos. defendendum*
ad num. 49. in fine, col. 2. & ideò de intel-
4 lectu *d. pragmaticæ 11.* quæ incipit *cur-*
su dilationum, & de praxi indè securæ
non poterat testificari, & sic etiam in
multis locis non est plena adhibenda
fides, circa praxim dictorum Tribuna-
lium *Dom. Marantæ*, quia fuit aduena
degens in Regni partibus, ibique mo-

ratus

ratus, vbi Tribunal non est, vt meminit *Io: Iacob. Antichepus de prauent. instrum. cap. 2. num. 70.*

5 Secundò, si lis est in S.C. antequam fiat publicatio, fieri actum ad publicandum, & sic ante conclusionem ad concludendum, qui quidem actus præcedentes habentur loco monitionum; in M. C. V. non sic seruari, sed fit publicatio, deindè conclusio tantùm.

Tertiò, omissionem huius publicationis actus processum non vitiare, vt in *c. cum, de re iudic. Bartol. in l. prolatam, C. de sententijs, & interlocutor. Thorus in C. rerum iudicatarum in casu Miscellanearum 26. in fin.* & de iure municipali tantundem colligitur, ex *d. Pragmat.* 1. verum si fuerit petita, &

6 omissa ab illius omissione poterit pars se grauare, & appellare, quia per illius defectum nõ datur aditus percuntandi processum, & testium dicta, & contra eos repulsam petere, vt in *c. inter Monasterium, & cap. suborta de re iudicata, & l. 1. C. si sæpius in integr. restitutio postuletur,* & ità communiter *DD.* sentiũt refert *Caranit. super ritu 72.* quod secutus est *Reg. Sanfelic. in praxi section. 57. nu. 2.* quibus demùm accessit *Dom. Reg. Consil. Pratus apud Muscatell. in glos. momentum.*

Publicatis attestationibus regulariter non licèt amplius producere testes, vt *glos. in d. c. cum dilectus de fide instr.* & testatur *Abb. in cap. Fraternitates de testibus nu. 6.* & per *Pragmaticam 3. de*

7 *testium refrenat.* est expeditum: imitatur cum altera partiũ citari fecisset suos testes in termino, & iusto existente impedimento facere non potuisset, vt ij fuissent examinati, tunc dum modò diuersæ partis attestationes ab ea visæ, & lectæ non fuerint, poterit eiectos suos testes producere post publicationem, & de eorum depositionibus habenda est ratio in decisione causæ, vt in *d.*

8 *Pragmat.* 3. si verò dicta testium lecta fuerint, siuè didicita testificata, tunc nõ licèt amplius producere, vt est *text. sinodalis in Auth. at qui semel, C. de probationibus,* & clarius in *nouella constitutione de testibus, coll. 7. §. quia verò, versu illud tamen,* & hoc, quod diximus de lectura testium partis aduersæ locũ habet etiam si quis in termino examinari fecisset aliquos suos testes, quorũ depositiones vidisset, & legisset, & deindè alios examinari vellet in termino citatos, vt explicat *Alexand in d. Auth.* & ratio, quæ ex mente *d. Auth.* desumitur alia non est, nisi præsumpta causa, & timor subornationis, & doli, p quẽ induci possunt testes ad deponendum idem, & de directo cõtrariũ, prout *Bar. Cynus & cæteri DD. super d. Auth.* tradiderũt, & ità de eorum communi opinione testatur *Marianus in cap. fraternitatis num. 2. vers. ego verò arbitror de testibus.*

9 Prædicta quidẽ regula pluribus alijs in casibus limitatur. Primò in muliere, & in minore in quibus cessat dicta præsumpta subornatio, & dolus, vt *glos. 2. in l. vbi igitur, ff. de edendo, Lanfrãcho decis. 187. cent. 2.* item in locis pijs, vt practicatum tradit *Afflict. decis. 216.* & nos infrà. Secundò quando examen factum in termino principali esset nullum, nempè defectu iurisdictionis, vel alia iusta causa, ex mente *glossa in cap. cum causam, quæ inter Archiepiscopum in verbo noluerint extra de testibus Bartol. in l. qui per salutem, ff. de iure iurando, num. 4. Rota Romana decis. 394. in nouissimis in rubr. de testibus Afflict. decis. 33. num. 4. Vrsillus ad eundem decis. 216. num. 2.* Tertiò cum talis esset pro-

11 batio, in qua probabiliter, ac verè cessaret timor subornationis exempli gratia Titius ante terminum præsentauit nonnullas depositiones ad reuelationẽ excommunicationis, deindè in termino eas repetere voluit, & cum examinator eorundem reuelantiũ depositiones cepisset, aliter, quam quod in eorũ prioribus cõtinebatur depositionibus, scripsisse inuentum est, & ideò falsum, vndè non obstante publicatione etiam testificatis didicitis, testes tunc iterum sũt repetendi, & est casus positus per *Vr-*

12 *sill. ad Afflict. d. decis. 33. nu. 1.* item si probatum esset rem esse deterioratam, & ideo deuolutam ad beneficium directi Domini, tunc si res nõ sit verè deterio-

teriorata, & per eiusdem rei euidētiam hoc constet, post publicationem visis depositionibus, potest admitti noua productio testium, & probari rem deterioratam non esse, vt practicatum re-
13 fert *Afflict.d.decis.216.n.3.* Item cum produeuntur noui articuli, qui nullam habent connexitatem cum precedentibus, nec posita in istis comprehenduntur in illis, tunc etiam super eis testes post publicationē, & viso examine possunt produci, tradit *Farinacc. in tract. de testibus, q.75. num.78. ampl.6. cap.3.* & præcipuè sub *num.82. Bartol. in l. exceptionem, C. de probationibus num. 11. Felyn. in d. cap fraternitatis nu.9. & in 8. limit. de testibus, de Frāchis decis.371. vers. cæteri hoc excludunt*, sunt alij casus, quibus non est locus regulæ prædictæ, quos videre potes penes *Vrsill. in d. decis.216. & Menoch. de arbitr. Iudic. casu 34. & 186. Surdum decis. 157. Fontanell. decis.102. & glos. in l. officium, ff. de rei vindic. verbo exceptionem, Affl. decis.266. in fine, Arym. Tepat. var. iur. sententiarum, tit. 191. siue in tit. de deduct. & position. cap.13.*

DE REPVLSA.

SI fuerit facta publicatio, procuratori exaduerso conceditur dilatio octo dierum ad acta percurrandū, quibus elapsis viso examine, in quo adesset
14 aliqua falsitas, aut testis inimicus consanguineus, affinis, vel alius de iure prohibitus, tunc licebit repulsam petere secundum *Pragmaticam prædictam Cursu dilationum de ordine Iudiciorum*, quem terminum octo dierū aliquoties restringi, & prorogari posse attenta quantitate cartarum processus, testatur *Carauita super ritu 73. in principio*, vt etiā de verioti obseruantia *d. Pragmat.* meminit *Reg. Sanfelicius in praxi sect. 57. num.6.* vbi ait repulsam etiā peti posse post multos dies à d. octo diebus, & ità practicatur, cuius praxis testimonio se ascripsit *Muscatell. in glos. momentum p.6. num.3.* qui plurimis in locis in *Carauitā sanit*, & præsertim in loco prædicto, vbi quia in *ritu 79.* de Pragmatica prædicta monitionem nō fecerit, eum immemorem putat, ego cum *ritum* prædictum visissem, de hac
15 materia in eo nihilum tractari inueni, quare *Muscatell.* somniare videtur, sed *ritus*, qui de hoc loquitur, & super quo *d. Carau.* expressè meminit de obseruātiæ *d. Pragm.* est *septuagesimus tertius* à me supra adductus.

Practici inquiūt post cōclusionē peti nō posse repulsam, quia per talem actū probationibus renūciari videtur, vt habetur, ex *Sfort. Odd. in tract. de restit. in integr. p.2. q.65. nu.81.* nihilominus si in ipsius actu conclusionis petatur ad-
16 mittitur, vt fuit alias practicatum in S. C. refert *Reg. Ron. supradicta pragmat. num.45.* & ratio, quia, quæ statim petūtur censentur inesse termino prædicto, ex *glos. in l. Pomponius, §. nati verbo contestationem, ff. de procuratoribus*, sed regulariter repulsa peti potest, vsque ad actum conclusionis exclusiuè, etiam si dilatio prædicta elapsa fuisset, vt post *d. Reg. Sanfelic. vbi sup.* tenet *Bossius in tract. de public. process. num.8. vers. & in effectu*, cui addo *Farinacium de testibus q.75. c.5. n.257.*

Si euenerit, post publicationem petitum fuisse primum beneficium, tunc etiam post illud admittitur repulsæ petitio aduersus testes termini principa-
17 lis per ea, quæ refert iura *Reg. Capycius Latro consultat.115. per totam*, vbi de duplici decisione testatur circa finem.

Sunt casus in quibus repulsa non admittitur, Primò in causa criminali, tunc cum reus dat testes pro repetitis,
18 & legitimè citatis. Secundò, causa abbreuiādi iudicium, potetit tūc in termino defensionū repulsare testes renūciatione præcedente futuræ repulsæ, quod etiā locum habet in causa ciuili, *Caran. d. ritu 73. & 282. & Reg. Sanfelic. d. sect. 57. nu. 7.* sed si renunciatio prædicta non interfuisset, posset iterum suo tēpore peti repulsa, vt per S. C. fuisse decisum testatur *Scaglion. super d. ritu*
19 *73. & 74. num.7.* Tertiò, cum non fuerit procurator de ea protestatus tempore citationis testium, vt supra in *gradu citationis* diximus. Quartò cum

K agi.

20 agitur de possessorio præparatorio ad
aliud possessorium. Quintò, in causis
fauorabilibus summariæ cognitionis,
vt est causa alimentorum, siuè legitima-
21 tionis personę, siuè in causa tertij com-
parentis ad impediendam executionē.
Sextò in causa attentatorum, vt in cau-
sa spolij pendente ordinario iudicio,
in quibus, & similibus Iudicijs breuibus
licèt nō detur regulariter repulsa, quia
in eis agitur de modico prçiudicio, & si
quid præiudicij inferretur per denega-
tionem repulsæ, per aliud iudicium re-
parari potest iuxtà allegata per *Afflict.*
decis. 381. *& Capyc.* 55.

Limitatur tamen primò, quoties ne-
gotium requirit plenam probatiònem,
aut semiplenam, & damnum, quod in-
fertur per denegationē repulsæ p aliud
iudicium reparari nequit, tunc licèt in
causa fuierit datus terminus summa-
rius, cessante tamen calumnia repulsam
22 petentis, omninò erit ea concedenda,
vt in terminis dictæ *decisionis Afflict.*
351. *num* 3. *in fine. & Capyc.* 55. *n.* 4. *&* 5.
Farinacc. de testibus q. 62. *limit.* 9. *n.* 201.
& 207 *Rouit. super d. Pragm.* 11. *de ord.*
Iudic. in postrema impressione de anno
1649 *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 1. *q.*
32. *& d. Reg. Sanfelic. decis.* 57. *nu.* 13.
ratio est, quia in huiusmodi Iudicijs, li-
cèt ordo, qui in illis seruatur, sit sum-
marius, diffinitiuè tamen determinatur
intentio principalis, prout in summario
possessorio practicari solet, inquit *Scac-*
cia de sentent. & de re iudic. glos. 14. *q.* 4.
num. 33. & sic a negatione repulsæ in-
fertur damnum notabile, cū ex ea tota
forsan pendere posset victoria causæ;
& hoc fortius cum causa sit talis, vt li-
cèt ab ea appellari possit, executio ta-
men decreti retardari nō meretur, ideo-
que cessante calumnia, ea vti defensio
naturalis concedi debet, vti fuit anno
1664. practicatum in M. C. V. in cau-
sa vertēte inter Anastasiam Canarret-
ta, & Catarinam Salierno Actrices cū
Michaele de Aquila, in qua cum fuis-
set impartitus terminus summarius su-
per satisfactione allegata pro parte di-
cti Michaelis debitoris pro summa du-
catorum 400. pro quibus erant iàm ex-
peditæ litteræ exequtoriales, compila-
tio dicto termino fuit per dictas actri-
ces petitum primum beneficium, & eis
concessum, & quia nonulli testes erant
recepti pro parte debitoris, aduersus
eorum dictum fuit ab eisdem actrici-
bus petita repulsa eisque per M.C. con-
cessa non obstante quod tempus illam
petendi erat elapsum, etenim ex fide
actuarij constabat, examen dicti debi-
toris post illius præsentationem penes
se ipsum retentū fuisse, quod decretum
cōfirmatum extitit per S.C. reluctante
debitore, vt est videre in processu di-
ctæ causæ penes actuarium Augustinū
Imparatum.

Limitatur secūdò cum testes falsum
deposuissent *Afflict. decis.* 216. *nu.* 5. *in*
fine, imò exceptio falsitatis est adeo
grauis, vt etiam post sententiam objici
posset aduersus testes, vt clarè decidi-
tur in *text. c. licèt causam de probationi-*
bus,

23 Septimò in causa criminali, Fisco nō
conceditur repulsa, nec beneficia, sed
pro repulsa permittuntur interrogato-
ria, vt refert *Caran. ritu* 258 *n.* 3.
24 Octauò, in testes à te nominatos, vel
citatos nō potes petere repulsam, si tuus
aduersarius eos examinari fecisset, tùm
quia per nominationem eos approbas-
se videris, ait *glos. in cap. præsentium de*
testibus, l. si quis testibus, C. de testibus, tū
quia regulariter, quod quis approbat
amplius reprobare non potest, *ff. de ne-*
gotijs gestis, l. Pomponius, l. si vxor. ff. de
adulter. quod quidem est intelligēdum
de personis testium non autem de eo-
rum dictis, quia cum producis testes,
ipsorum personas probas, quid verò
sint dictari ignoras, & ideò repulsam
non in personas, sed in eorum dicta
inferre valebis *d. glo. in cap. præsentium*
amplia hanc octauam limitationem,
etiam si post nominationem tuorum
testium, nominationi renūciaueris, *Sa-*
licetus in d. l. si quis testibus nu. 6. & vbi
non conceditur repulsa, nec impugna-
tio quidē scripturarum permittitur se-
cundum ea, quæ refert *Capyc. decis.* 55.
in fine.

Visum est, quando petitur, & conce-
ditur

dicitur repulsa; & cùm ea nō admittitur; nunc est quærendum, quātus sit terminus repulsæ, & an in eius termino produci possunt articuli impertinentes?

25 Quod ad primum scias in *Pragmatica 11. de ord. Iudiciorum* id explicatum esse, etenim medietatem primi termini esse voluit, verùm attento *Ritu M. C.* 74. remittitur Iudicis arbitrio secundū distantiam locorum, & hoc est verum, & de tali termino non obseruatur *dict. Pragmat.* testatur *Reg. Sanfelic. in praxi sect.* 57. *n.* 8.

26 Terminus iste, sicut cæteri præcedētes communis vtrique parti est; *l. petenda. C. de temporibus in integr. restitutionis Caran. ritu* 190. & ideò non potest renunciari in alterius preiudicium quia omnium beneficium respicit iuris communis dispositione, vt habetur in *d. l. petenda & l. si arrogator, l. Pattonus, ff. de donationibus*, & veram esse conclusionem affirmat *Gulielm. Durand. dictus speculator* discipulus ille *Hostiensis in tract. de dilationibus*, §. *fin. vers. quid si reus* quod secus est in terminis beneficiorum, de quibus infrà, itaut si altera pars vtitur termino ad repulsādum testes, altera verò possit in eodem termino alios producere testes ad comprobandam fidem suorum testium, vt habetur ex *glos. in cap.* 3. *de indicijs, q.* 3. & *glos. c. ex tenore de testibus.*

27 Quod ad secundum est regula, quod in termino repulsę non possunt produci articuli impertinentes, hoc est continentes illud idem, & de directo contrarium primis articulis productis in termino principali per diuersam partē, vt habetur in *Pragm.* 12. *de ord. Iuditiorum, & prag.* 30 *de offic. S R. C.* & refert *Afflict. decis.* 216. sed articuli debent esse repulsatorij, scilicèt continentes causas, quibus testes sint reijciendi, puta, si forent inimici, infames, coniuncti, aut de alio genere prohibitorum.

Limitatur regula prædicta in pluribus casibus, & præcipuè in infrascriptis, tam si agatur in prima, quàm in secunda instantia.

28 Primò, cum testes falsum depofuissent, secundum *glos. & DD. in d. Auth. At qui semel, & in l. per hanc, C. de tempor. appell. Afflict. decis.* 216. *num.* 5. & *decis.* 89.

29 Secundò, cùm fuisset in prima instātiā petita repulsa, eaque denegata, tunc licebit in causa appellationis producesē articulos impertinentes, *Afflict. decis.* 266. de qua *Capyc. Latro* meminit *consult.* 115. *n.* 10.

Quæro hic, si quis produxisset testes in termino principali super facto proprio, qui deindè falsi reperirentur, vtrū producens excusari posset? pro negati-

30 ua parte concludit *Bartol. in l. si falsos, C. ad legem Cornel. de falsis, Capyc. decis.* 67. *nu.* 6. & 7. *Menoch. de arbitrarijs casu* 315. *num.* 9. scienter fuisse eos productos præsumitur, quia in facto proprio ignorantia non arguitur *l. verius ff. de probation.* secus esset si articulatū fuisset super facto alieno, & super eo testes fuissent producti, quia in alieno datur ignorantia, *tex. in l. fin. ff. pro suo, Paul. de Castr. in l.* 2. *num.* 3. *C. de fide instrum.* Vndè in primo casu producens testes falsos in facto proprio, etiam si renunciauerit depositionibus, nō euitabit pœnam, *Bartol. in d. l. falsos, Menoch. vbi supra num.* 30. *Bossius in tract. criminali, tit. de falsis num.* 154. *Follerius in pract. crimin. versu item quod commisit falsitatem num.* 22. & 23. & ante eos *Caceriis de testibus tom.* 1. *var. resol. cap.* 20. *n.* 43. penes quem cautelam pro tales producētibus testes inuenias: in hoc aduerte, quod si in casu prædicto fuerit simpliciter petita declaratio circa vsum, eodē quoque modo fieri ea debet, absque alia cautela, *Bartol. in l. si diuus la secōda de falsis, Afflict. decis.* 189. *Maranta in praxi p.* 6. *tit. & producuntur scriptura num.* 38. *Menoch. vbi supra num.* 22. in secundo verò casu adhibita renunciationis cautela pœnā effugiet, & itā *DD.* cōmuniter sentiunt secundum *Bossium vbi supra n.* 155.

31 Tertiò, cum fuerit perempta instantia, & denuò incohata lis, tunc licèt ponere idem, & de directo contrarium. *Afflict. d. decis.* 216. *n.* 2.

32 Quartò in terminis beneficiorū, tūc enim possunt præsentari articuli conti-

nentes illud idē, & directè contrarium, & hoc est concessum, tàm personæ priuilegiatæ, cui beneficium conceditur, quàm nō priuilegiatæ colliganti, dūmodò tamen priuilegiatus non petijsset tale beneficium limitatiuè, vel ad producendum de nouo *Afflict. vbi sup. n.2. de Franchis decis.269. in fine, Sanfelic. sect.58 num.4 & 5.* si alios quæris casus quos breuitatis gratia omitto, videre poteris penes *Vrsill. ad Afflictum decis.216.*

33 Nota hic duo. Primùm est in terminis repulsarum audientiam testium nō committi secundum *glos. in constit. Regni in pecuniarijs verbo quo quidem, Sāfelic. sect.46 n.24.* sed pro duobus committi solet affirmat *Vrsill. ad Afflict. decis.361.n.3.*

Secundum est, sicut in termino principali quando fiunt probationes, fiunt publicatio, & conclusio, ità in terminis

34 repulsæ, & illius repulsæ, & beneficiorū. Vndè si in termino repulsæ fuerit facta probatio, & perconsequens publicatio, ea notificata, si opus erit, peti potest repulsa repulsæ, cuius terminus pariter in arbitrio Iudicis est *Carau. d. rit.74. Mascatell. glos. repulsæ num.2.*

Aduertendum est præterea, in confectione articulorum pro repulsandis, tàm testibus, quàm eorum dictis, & in causa ciuili, & criminali decens, & vtile esse, protestationem in principio opponere, quod suas non opponit excep-

35 tiones animo inferendi iniuriam *Paris de sindicatu verbo in curia officialis, Maranta de ord. Iudic. in tit. actorum editio fieri solet p.6. versu tertius decimus n.3. & 15.* & conferunt etiam adducta per *Boerium dcis.245. in fine,* sine qua protestatione iniuriarum actione teneretur secundum *DD. in l. item apud Labeonem, §. si quis libello ff. de iniurijs, Soccin. consil.4. col.5. & consil.118 & 146. col.5. Cappella Tholos. q 490.* cumque eueniret in specie fuisse crimina cōtra testes opposita, deindè probata non fuisse propter aduersarij potentiā, tunc *pragmaticam.2.* incipientem *Crimina, & defectus sub tit. de testium refrenat* locum non habere scias, atque adeò opponētem nō teneri iniuriarum actione, quoniam animo defendendi opposita præsumuntur tenet *Ioannes Andrea in addit. ad speculatorem in tit. de actionibus, §.1. versu sed pone.*

Aduerte secundò, quod factis probationibus in termino principali si fuerint examinati testes infames excommunicati, vel similes, tunc Iudex ex of-

36 ficio poterit etiam parte non opponēte eos repulsare, quia hoc casu repulsa est inducta odio ipsorum testium *p text. in l. quos prohibet, ff. de postumis Felyn. in cap. intimauit de testibus, Ripa in l.4. §. hoc autem iudicium n. 66. ff. de damno*

37 *infecto Osasc. decis.22. num 18* secus autem erit si exceptio repulsatiua sit inducta fauore partis, vt est exceptio inimicitiæ, vel familiaritatis, consanguinitatis, &c. tunc non potest Iudex parte non opponente eos repellere *Lupus in cap. per vestras 511. num.5. de donation. inter vir. & vxorem.*

38 Aduerte tertiò aduersus lapsum terminum repulsarum non dari restitutionem in integrum, etiam ad instantiam, quarū uis personarum priuilegiatarum *l. auxilium, ff. de minor.* dispositio enim per quam conceditur repulsa est odiosa secundum tradita *p Capyc. decis. 62. num.3. & 4.*

39 Adurte quartò, si in prima instantia non fuisset petita repulsa, in secunda instantia aduersus testes examinatos in prima, repulsam non concedi, præter quā si in prima fuisset petita, & nō concessa, vt supra diximus ex Authoritate *Afflict dec.266. & 216.* addo nunc *Guidonem Papa dec.300. Couarr. practic. qq. cap.18. n.5. Cancer. var. resol. lib.1. c.20. n.48 de testibus Thesaur. decis.129. Ranit. in Pragmat.11. n.10. de ord. Iudiciorum, Imbrianū* Capuanum Conciuē, & nostratē *in tractatu de repulsa, & repulsa repulsa p.2. consideratione 5. num.70.* & ratio est, quia ad repulsandos testes non datur, nisi vnica dilatio, & ideò cū pars eam habuerit in prima instantia, non potest reintegrari in causa appellationis, vt in *c. licèt causam extr. de probation.*

DE

DE BENEFICIIS

POst publicationem si inter litis cõsortes personæ adfuerint priuilegiatæ, quibus pinguiores opus essent probationes, tunc beneficijs vti possunt, sed prius quam de eis agamus scire proficuum est, quæ sint personę, quibus cõceduntur talia beneficia, & licèt in genere eas dicere possimus, tamen tyronibus vt satisfaciam, plerasque explicare me non piget, & primò sunt, tàm virgines mulieres, quam nuptæ, & viduæ,
40 vt in *constit. Regni obscuritatē*, ibi *Isernia*, *& Afflict.* item Vniuersitates, Hospitalia, Capitula, Cõgregationes, Collegia, Ecclesię, & alia loca pia, vt *Abb. in cap. 1. de integr. restitutione num. 2. de Franchis decis. 438. Vrsill. ad Afflict. decis. 214. Reg. Merlin. controuers. forens. cap. 65 cent. 1.* item minor, pupillus, Fiscus, *l. minor 37. ff. de minoribus, Affl. super d. constit. num. 11. Carauit. in Ritu 71.* verùm respectu dictorum Piorum locorum beneficia eatenus ipsorũ administratoribus conceduntur, quatenus loca ipsa in iuribus suis sint lęsa nõ autem in iuribus pertinentibus ad ipsos administratores, vt lato calamo tradit *Muscatell. in praxi glo. priuilegiata, n. 4. p. 6.* ibi *Dom. Consil. Franc. Maria Pratus*, & post eum *Gizzius ad Capyc. Latr. decis. 91. nu. 4 & 5.*
41 Item hæreditas iacens, & pro ea Curator, cum enim per alios regatur, semper lęsa pręsumitur vt tradit *Reg Rouit. decis. 39. & 41. Sfortia Oddo de restitut. in integ. p. 1. q. 31 num 28 & p 2. q. 62. & p. 1. q. 21. art. 6. num. 28.* idem *Rouit, super Pragmat. 11 n. 23. de ord. Iudic.* licèt de iure contrarium practicari deberet tenet *Roland. à Valle consil. 10. vol. 4.*

Item senes imbecillitatem intellectus habentes secundum *Dom. Consil. Pratum ad Muscatell. glos. priuilegiata p. 6.* item prodigi, vt apud *Vinc. de Franchis decis. 598.* attenta tamen explicatione *Ioannis Maria Nouarij in collect. ad Pragmat. 16. num. 7. de ordine Iudiciorum.*
42 Item hæredes minorum successores, dummodò illis beneficia debebantur, vt læsis per *tex. in l. ea qua, C. de temp. in integr. restit. l. non solum, ff. de restit. in integr. Capyc. decis. 109. num. 2. Affl. decis. 211.* & idem in *constit. obscuritatē, q. 13. num. 20.* sed non idem dicitur in minore succedente maiori per ea quæ adducit *Afflict. decis. 212.* ibi *Vrsill.* an hoc idē dici possit in successione mulieris, ad quam post publicationem beneficia spectabant, percurre *Capyc. decis. 109.*
43 Item fideiussor minoris; dũmodò dolus adsit aduersarij *l. 1. & 2. de fideiussor tutor. & l. 2. de administr. & peric. tutor. & l si pupillus, ff. de acquir. hæred.* quod pariter procedit, si minor existens in iudicio cum fideiussore non petierit, aut noluerit beneficium, *l. fin. §. cum antiquitas, C. de vsuris rei iudicata*, ibi *Bal. num. 6.*
44 Item minorum consortes in lite, dũmodò causa sit indiuidua, alias beneficium erit minoris tantum, id testatur *Afflict. decis. 213.* & idem in *constit. obscuritatem q. 14. n. 21.*
45 Item minores ipsi, qui licèt pendēte cursu causę, & culpa aduersarij, aut Iudicis negligentia, protracta lite sint facti maiores; tamen, nisi fuerit facta conclusio in causa frui possunt beneficijs prędictis per *l. 3. §. 1. ff. de minoribus*, vt ex his S. C. beneficia concessit minori facto maiori, apud *Affl. decis. 210.* ibi *Vrsill.*
46 Sunt casus, quibus beneficia non conceduntur, prout in causa criminali: vt per *Afflict. in constit. minorum iura q. 4. num. 8.* per *tex in l. Auxilium, ff. de minoribus*, item cum petuntur ad repellendos testes, post *Afflictum, vbi supra, q. 5. n. 9. Caran. ritu 71 nu. 5.* Item cum agitur de remedijs Capitulorum Regni *Anna alleg 84.* itē cũ de summarijssima possessorij causa tractatur, quis lite pēdente possidere debeat *Capycius decis. 13.* item nec pupillo, vel minori beneficia conceduntur, vbi cum defuncto patre lis incohata, & cum eodem conclusum fuerit *Vini. decis. 250. num 2. & Nou. in praxi electionis, & var. for. q. 5. sect. 1. num. 7.* quos sequitur *Riccius ad*

Dam.

Dom. de Frauchis decis. 364.

Cum de personis, quibus beneficia conceduntur sermo habitus sit, nunc de ipsis beneficijs nonnulla pernecessaria cursim pertractabimus secundū nostrum institutum.

Beneficia secundum *Afflict. decis. 35. & 210.* & reliquos scribentes, loco restitutionis in integrū successere, ex quo factum est, vt cum de iure communi ita-
47 les in integrum restitutiones duæ sint, *l. & sine dolo, § restitutus*, ibi *glos. ff. de minoribus, l. quamquam, C. si sæpius in integr. restitutio postuletur*, ideò in Regno duo sunt introducta beneficia, vt testantur *Isernia & Afflict. in d. constit. obscuritatem. q. 8 n. 11 Capyc. decis. 109. num. 7. Ron. super Pragmat. 16. in princ. de ord. Iudiciorum.*

Et meritò nuncupantur beneficia, vt benè explicat *Dom. Consil. Pratus ad Muscat. in glos. in integrum, versu iudicat. Author.* inquit enim, his rigorem legis communis in contrarium vrgere, ius quidem cōmune non permittit post publicatum, & testificata didicita amplius examinari propter timoris subor-
48 nationem, vt supra demonstratum est per *Auth. Atqui semel*, vbi *DD. communiter, C. de probation. & cap. fraternitatis de testibus*, personis, & locis tamen priuilegiatis per æquitatem, & indulgentiam scriptam, quæ in omnibus iudicijs præfertur, *l. placuit*, ibi *glos. C. de iudicijs*, id permissum est per *d. constitutionem obscuritatem*, ibi *glos. in verbo in iudicijs tantùm*, & ideo ex tali æquitate beneficiorum nomine passim signantur, vt in *Ritu M. C. 71.* & in *constit. beneficium restitutionis, & patarenorum in fine.*

49 Hæc lęsis priuilegiatis ad pinguius, & ad non probata probandum concedūtur in iudicijs, tradunt practici, & ante eos noster *Reg. Rouit. super Pragmat. 16. in princ. de ordine Iudiciorum*, hoc cum sit verùm, quæro an ista beneficia, vt potè successerint loco dictarum in integrum restitutionum concedi debeāt non probata læsione? & primò dicendum videtur, quod non vt expresse habetur in *l. Tutor. ff. de minoribus 25. ann.* ibi *causa cognita restituitur aduersus distractionem l. in causa cognitione. § causa autem cognita. ff. de minoribus l. verùm 12. §. sciendum est autem non passim minoribus subueniri, sed causa cognita, ff. eod. l. nàm, & posteà, § si minor. ff. de iureiurand.* cum similibus, quibus ex legibus apertè ostenditur, quod læsio sit causa immediata restitutionis, non autem persona priuilegiata, igitur non probata lęsione, minimè cōcedi debet restitutio, & pro ea beneficium prædictum.

Hęc quidē licèt vera, imò verissima sint: tamē locum habēt in restitutionibus, quę post decreta, & sententias, & aduersus eadem petuntur, hęc verò circa omissas probationes in ordine Iudi-
50 ciorum, vt ex *glos. in d. constit. obscuritatem*, & testatur *Capyc. decis. 109. n. 7.* & si in illis cognosci oportet de lęsione, in his tamen sufficit, quod per lapsū termini minor Ecclesia, &c. læsi videantur iuxtà *tex. in l. minor 25. annis* ibi *glos. in verbo allegationem, ff. de minoribus*, lęsio non probatur, sed tantū allegatur, & tunc quidem allegata videtur cum beneficia petuntur, prout obseruat, *Muscatell. glos. in integrum*
51 *n. 5. p. 6.*

Sū huiusmodi beneficia communia etiam ijs, qui cum ipsis priuilegiatis in foro contendunt, dummodò ponenda, siuè probanda per dictos priuilegiatos habeant aliqualem connexitatem cum facto dictorum collitigantium, vt per *glos. in l. cū minor. ff. de minoribus*, quod etiam locum habet si priuilegiatus ipse cumulare voluerit posita in termino principali.

Nota hic aliud esse cumulare, siuè accrescere probationes, aut denuò ponere, aliud de directo probatis contraria ponere. Primo casu est, quādo per-
52 sona priuilegiata probauit in termino, deindè in termino beneficiorum pluribus, & nouis probationibus suum roborat examen. Secundò casu, quando in termino principali, aut probauit, aut non, & posteà in termino beneficiorum ponit & producit testes contraria probatis per diuersam partem deposituros &

& in hoc casu terminus beneficiorum
pariter communis est vtrique parti, &
ità intelligo decisionẽ *Afflict*,89. prout
pariter sentiunt ibi *addentes*.

Duas infero quæstiones,altera est, si
in terminis beneficiorum cum ab vna
parte nõ priuilegiata fuissent factæ pro-
bationes,ab alia verò priuilegiata nul-
lo probato, an ea, quę probauerit vti
53 suis possit probationibus? casus vide-
tur disceptabilis, quia secundũ opinio-
nem nonnullorum *DD*.esset dicendum,
quod non, ex doctrina *Soccin.cons.*110.
& talis est opinio *Vrsill.ad Afflict. decis.*
89 *in fine*, quem sequitur *Muscatell. in*
glos.communis num.8. dicentes, si con-
trarium esset, beneficium foret potius
maleficium, quod æquitas non suadet
secumdum *Afflict. in d. constit. obscuri-*
tatem sub num.15.*&* 16. hoc tamen nõ
obstante contrarium practicatur, quia
beneficia indistinctè, & simpliciter pe-
tantur, ait *Præs.de Franch.dec*.269.*n*.7.
fortasse,opinatur *Vrsillus in d. dec.* quia
præfata non opponuntur, quod secus
esset,si beneficia limitatè peterẽtur, sci-
licèt ad producendum de nouo tantũ,
absque articulis de directo contrarijs,
tunc non posset collitigans de nouo ad-
dere, aut de directo probare, vt con-
cludit *Afflict.d.decis*.89. *in fine*, ibi *Vr-*
sill.num.1.*& Pisanell.ibidem*, *idem de*
Franchis vbi supra num.7. *Capyc. decis.*
170 *num* 2.

54 Altera est, an priuilegiatus obtento
beneficio prædicto possit alia parte in-
uita ei renunciare? pro affirmatiua di-
ci posset cum *Vrsill.ad Afflict. d.dec*.89.
beneficia licèt sint communia ratione
connexitatis causæ cum aduerso litigã-
te, ea tamen iure speciali non commu-
ni cõcedi *l.si Iudex,ff.de minoribus*. *An-*
dreas super speculatorem in tit.de appel-
lat.§.1. *in fine, verbo si Iudex*, *l.si quis*
post mortem,§.fin.de bonor.possess. contra
tabul. non sic in appellatione interposi-
ta ab vna ex litigantibus, quia appella-
tio est beneficium commune; & non
potest ab vno,altero inuito renuncia-
ri, *tex.est in l.ampliorem, C.de appellat.*
Felyn.in cap.ex parte, l.2. de rescriptis,
cap. significauerunt de appellat. & ideò
dicendum videtur, quod renunciari
possit. Pro negatiua, quæ magis vera,
& recepta est stat decisio iunctis aulis
per S.C. fauore collitigantis cum Gu-
bernatoribus Sanctissimæ Annuntiatæ,
non obstante renunciatione facta p il-
lorum procuratorem, vt refert *Præs. de*
Franchis decis.269. in qua licèt *d.Præ-*
ses dicat ibi *n*.4. *in fine* tale beneficium
fuisse cõcessum Annibali Roppulo col-
litiganti ea ratione, quia eo vti nole-
bat aduersus Sacrum Hospitale dictæ
Sanctissimæ annuntiatæ,postea tamen
subdit se opinionem Antonij de Ale-
xandro olim Præsidis S.C. viri doctis-
simi legisse, per quam discusso articulo
veram probat conclusionem indistin-
ctè litis consortem vti posse beneficio,
vt est videre ibi *num*. 5.

Reliquum est,vt videamus, quando
peti debent beneficia. Secundò qua-
tenus sit illorum terminus.

Scias igitur beneficia prædicta intra
duos menses peti posse, scilicèt primũ
intra triginta dies decurrẽdos à primo
die post notificatam publicationem in
55 causa,& publicatio si facta non fuerit
tunc dilatio prædicta currit à die post
notificatam cõnclusionem. Secundum
verò beneficium petitur intra alios 30.
dies elapsis dictis primis 30.diebus,de-
clarat *Reg. Pragmat*.16. *de ordine Iudi-*
ciorum, ibi *Rouit.nu*.7. *Capyc. Latro de-*
cis.91. *nu*. 6. & licèt *Dominus meus Re-*
uerendus D. Franciscus Verde in sua ad-
ditione ad Gallupum de primo, & secun-
do beneficio p.2.*cap*.31.*num*.25.*lit.E*.di-
xisset terminos ad petendum beneficia
currere à die notificatæ publicationis,
& conclusionis respectiuè, de hoc tamẽ
non miror, quia ante eum etiam *Reg.*
Rouit. non aduertit verba dictæ Prag-
maticę expresśè contrarium dictantia,
ibi *Frà il termine di 30.dì dopò fatta, &*
intimata legitimamente la publicatione
& sic differt dicere à die notificatæ pu-
blicationis, & à die post notificatam
publicationem, & discrimen est inter
inclusionem, & exclusionem diei,quo
publicatio notificatur,dies enim termi-
ni non computatur in termino dictorũ
30.dierum, sed pace tanti viri, & eius
sequa-

sequacium id non obseruantium sit dictum, boni quidem Homeri, quandoque dormitant.

His dilationibus transanctis beneficia amplius peti non possunt, & licèt post introductam causam reperies fuisse concessa, vt apud *Vinc. de Franch. dec. 261. num. 3. Minadoum decis. 13. & Giz-*
56 *zarellum dec. 21.* quos secutus fuit *Muscatell. in praxi gloss. conclusio num. 9.* tamen est obseruandum tempore dictarum decisionum non erat emanata *d. Pragm. 16.* quę fuit anno 1612. & ideò attenta illius dispositione termini beneficiorum prorogari non possunt, vt etiam aduertit *Rouit. super Pragm. 53. de offic. S.R.C. n. 3. in fine* Quid autem dicendum in Fisco an comprehendatur in dispositione Pragmaticę, itaut elapso tempore petendi beneficium restituatur è articulum disputat *Donadeus de renunc. cap. 4.* & multis probat iuribus Fiscum non comprehendi, ad quem te remitto.

57 Quod attinet ad secūdum, scias terminum primi beneficij medietatem esse primi termini principalis *ritu 71.* terminū secundi beneficij medietatē esse termini primi beneficij *Rouit. in pragm. 11. de ord. iudic nu. 23.* in quorum terminis possunt fieri nominationes testiū & alia, quę in termino principali diximus, si nominatio verò non fieret, tunc seruatur dilatio prędicta, explosa opinione *Afflict. decis. 124.* per ea quæ benè tradit *d. Reg. Rouit. vbi sup.*

Aliā hic me locus admonet, vt quæstionem proponam, quę erit, vtrum si in prima instantia concessa fuerint beneficia poterunt peti, & concedi in secūda? & in dubio videtur, quod sic, quia
58 ponderata causa finali, per quam talia conceduntur beneficia, hoc est ad pinguius probādum, aut de nouo ponendū, quoties ergò occurrit, permitti posse videtur; contrarium veritas est, quia in tota causa duo tantùm beneficia cōceduntur cuilibet priuilegiato, licèt sint diuersę instantię, etenim vna, eademq; causa est, tam principalis, quam appellationis notat *gloss. in cap. 2. de iuram. calumnia*, imò adeò eodem funiculo causa principalis cum causa appellationis colligata est, vt nostrates vnanimiter asserant causam appellationis eādē esse, ac causam principalem, vt habetur in *toto tit. C. ne liceat in vna eademque causa, l. eos, C. de appell. l. ità demùm C. de procurat.* ideò igitur cum duo conceduntur beneficia ex supra allegatis *n...* meritò si fuerint concessa in prima instantia concedi non debent in secunda, & è contra; alias res abiret in infinitū tradit *Andreas de Isernia super constit. obscuritatem, & Afflict. decis. 35. Capyc. decis. 109.*

Verum si in causa, tā reus, quā actor essent priuilegiati, tùnc vnicuique ipsorum in tota causa duo conceduntur be-
59 neficia, licèt alter alterius beneficijs vtatur, *Capyc. Latro decis. 79. nu. 13.* ibi *Gizzius num. 6. & 7.*

60 Pro petendis beneficijs Procuratores speciale mandatum oportet habere *l. illud, §. si tales, ff. de minoribus, cap. coram de restitut. in integr.* pręter quam in casibus descriptis per *Carau. ritu 70. num. 7. in fine*, quod etiam locum habet in petēdis causarum remissionibus, & in electione fori idē *Carau. ritu 228. num. 19.* sed in S.C. & M. C. absq; tali speciali mandato petuntur beneficia à procuratoribus, & conceduntur, quod admitti posset ex ijs quę supra in gradu termini *n. 34.* dictum est.

61 Aduertendum est postremo ne petātur beneficia ad dilatandum, quia concessis abutentes ducatorum 2. pœna mulctantur, vt in *Pragmat. 19. §. 20. de offic. Mag. iustit.*

SVMMARIVM.

Actus conclusionis precludit viam producendi quodlibet genus probationis, n. 1.

Et in Hispaniarum Regno vim habet citationis ad sententiam, ibidem.

Facta conclusione habetur, ac si fuisset lata sententia, ibidem.

Et quarè? num. 3.

Conclusio, quia hodie fit in forma, ideò admittitur productio scripturarum, ibidem.

Scripturarum productionis quantus sit terminus, n. 2.

Actus

Actus conclusionis est de substantialibus iudicij; & hoc Auctor pluribus comprobat authoritatibus recedendo à Maranta, *aliud sentiente, nu. 4 5 & 6.*

Terminus ad cōcomitandum impartitur super scripturis aliqualem fidem facientibus, n. 7. & 8.

Concesso termino ad concomitandum, erit ille communis diuersæ parti ad impugnãdum scripturas, num. 9.

Licet post cōclusum in causa, terminus ad cõcamitandum concedatur, tamen peti posset post publicationem, & in tali termino testium. nominatio fieri potest, n. 10.

Declaratio circa vsum, quomodò sit facienda, num. 11.

Et quando peti possit, n. 12.

Vnio actorum in quibus casibus, & quo tempore peti liceat, nu. 13.

De Gradu Conclusionis.

Est propè finem prælium:
Vrbi nunc hostis acies
Macitur & insidias,
Vt eam possit aggredi.
Est nauis iuxtà littora:
Si nauta timet turbines,
Mox quidem vela contrahit,
Obseruat indè tempora.
Cum tempus petit rusticus
Æstatis prudens vltimum,
Vt hyemis ab iniurijs
Sit tutus, sata colligit;
Thesim iàm ferè terminas
Exemplum Tyro nauita
Sit semper tibi villici
Et quæ gessisti rumina,

ECce tandem ad conclusionis actum
deuenimus; qui fieri debet, tã si fuerint
factę probationes per testes, quàm
si defuerint, hic ad aliud à iure com-
1 muni non fuit inuentus, nisi, vt cuiuslibet
generis probationis productio prę-
cluderetur *tex. est in cap. cum dilectus de fide instrument. Paul. de Castro in l. admonendi num 28. ff. de iureiur. Natta conf. 25 (. in fin lib. 2.* à quorum iurium
dispositione oriri credo Hispaniarum
stylum, per quem conclusio vim habet
citationis ad sententiã testatur *Berattus* vir quidẽ qui fuit magnę integritatis,
& doctrinæ *dec 900. n. 6.* ideoque
paria esse in causa conclusum, ac si sẽtentia
lata fuisset, affirmat *Franc. Marcus quest. 759. num. 3.* At in nostris Regijs,
& supremis Tribunalibus de communi
obseruantia conclusionem fieri
in forma introductum est, scilicèt salua
productione scripturarum, pro quarum
productione antiquitus per *Pragmaticam 11. cursu dilationum de ordine Iudiciorum* statutus erat terminus dierũ
quatuor; deindè per aliam Pragmaticam,
quę est *quinquagesima septima de offic. S. R. C.* fuit indultum, eas præsenta-
2 ri potuisse intra dies duos post affixam
listam causarum, & sic vsque ad sententiam
exclusiuè eorum præsentatio
admittitur, eo quod sola facti veritate
inspecta proceditur testatur *Carau. rita 23 num. 2. Lanfranch. decis. 23. cent. 1. Gizzarellus decis. 42. quem est secutus Reg. Rouit. super Pragmat. 13. de ordine Iudiciorum.*

Et quoniam conclusione facta litigantis
intentio liquida dicitur per *glos. in cap significauerunt* in verbo *liquere de test.* strepitus enim iudiciarius cessat,
3 nullęque sunt partes Iudicis, nisi in iudicando,
vt per *Innoc. in cap. Pastoralis, col. 2. glos. verbo iniquitas de exceptionibus Sanfelic. decis. 312. num. 6.* itaut processus
compilatus in casu præuentionis
tantæ virtutis sit, vt actus liquidationis
faciendæ per creditorem impediatur,
vt idem *Reg. Sanfelic. decisum adducit decis. 212. num. 7.* ideò duo præcipuè
disputanda censeo: vnum est, an iste
actus conclusionis sit de forma substantiali
huius iudicij, itaut si omitteretur
sententia, siuè decretum diffinitiuũ indè
secutum nulla forent?

Aliud est, an omnes scripturæ post
præsentem actum pręsentari possint?

4 Quod ad primum attinet, licèt *Dom. Reg. Rouit.* inuenerim hanc quæstionem
tangentem super *Pragmat. 13. num. 6. de ordine Iudiciorum.* qui pro se exonerando
ad *Mattiens. in dialog. Relator. & Aduoc. p. 3. cap. 52.* se remitit, alios tamẽ
infra citandos legi, & secundum quosdam
dici posset actum hũc non esse de

forma substantiali, sed potius introductum quadam consuetudine, ità vt eius omissio processum, & sententiā nō vlneret, vt habetur in *Clementina sæpè, §. & quia, verbo conclusione non facta de verb. signif.* & ità tenet *Maranta in suo speculo praxis p.4. distinct. 3. verbo Iudex sis competens num. 23. & p.6. verbo, & demum fertur sententia in quinto decimo actu num. 9. fol. mihi* 198. àter. sequendo *Clementinam prædictam*, id affirmat, quem postea secuti sunt *Dom. Reg. Sanfelye. in praxi sect. 58. n. 27. vers. at conclusio, & Galluppus in praxi, tit. de conclusione in causa p.2. cap. 30. n. 13.*
5 & licèt *Clement.* prædicta sic verè loquatur in ijs tamen casibus locum habet, vbi sine strepitu, & figura Iudicij, aut in ijs, in quibus summariè, & p viā delegationis proceditur, vndè à cōtrario sensu dicendum puto in causis ordinarijs, vbi tela iudiciaria seruatur conclusionem omitti non posse, quod sine dubio procedit in foro Ecclesiastico teste *Cardin. Zabarella, & Abb. in d. Clement.* & sic ex ipsa *Clementina* esset cōcludendū omissionem talis actus, in hoc nostro iudicio nullitatem parere, sed quidquid sit circa dispositionē *d. Clementina* in prædictis à me obseruatis, veritas est, quod conclusio, tū ex stylì consuetudine, tùm de iure Regni, vt ex verbis duarum Pragmaticarum, quarum prima est 13. incipiens *Conclusione facta* secunda verò est 14.
6 *Post conclusionem de ordine Iudiciorum*, de substantia sit, secundum ea quæ tradit *d. Mattiens. d. dialog. relat. & Auēdan. respons. 2. num. 9.* quod idem videtur, & placet. *Consil. Prato ad Muscatell. glos. de iure p.7. versu quid igitur*, quorum sentētię antea se subscripsere *Bald. in repertorio ad Innocentium in lib. decretalium in verbo renunciatio, & conclusio, Romanus consil. 176. vers. ostenditur huic num. 11. Felyn. in cap. cum dilectus, versu quarto scias num. 22. de fide instrum. Capyc. decis. 1. num. 34. Vantius cum omnibus ijs*, quos refert *in tractat. nullit. Rubrica de nullit. ex defectu processss. nu. 45 fol. mihi* 229. *ater.* & reliquos quos memorat *Scaccia de iudicijs c. 12. num 5. & seq.* qui sub *num.* 13. interponendo suum iudicium concludit, vbi de stylo fieri solet conclusio, ibi necessariam, ac substantialem esse.

Quod pertinet ad secundum, ex lectura verborum *Regia Pragmatica 11. de ordine Iudiciorum* præsentari posse videtur omne genus scripturarum, etiā eę, quę nullo adminiculo iuuari possūt.
7 Pragmaticę hęc sunt verba *Postquā publicationem partes producere debent, omnis instrumenta, cautelas, siuè scripturas*: igitur dum legislator in genere locutus fuit, simplices quoque scripturas includere voluisse præsumi posset, argumento *l. Lutius Titius 45. ff. de vulgar.* sed contrarium est dicendum, quia ibi de publicis, & fidem facientibus locutam fuisse Pragmaticam intelligendum est, non secus, quoniam si de scripturis simplicibus nullam facientibus fidē intelligeretur, prout sunt illę cartularię, de quibus habetur in *l. solam, C. de testibus, c. attestationes de spons. impub.*
8 *l. instrumēta cum glossa, C. de probation.* & apud *Gennam de script. priuatis lib. 1. q. 4.* præstaretur occasio fraudi, & super eis non sequeretur cōprobatio, sed probatio rei, cui prius per cartulam nulla fides pręstari poterat, & absurdum esset secundum *Afflict. decis. 272. num. 2.* quia ordo iudicij peruerteretur, vndè cum *Prag. 14. de eod. tit.* testes mandat recipi non posse post conclusum etiam pro veritate indaganda, ideò igitur scripturas priuatas terminum ad concomitandum non mereri dicendum est, verùm super scripturis, quæ aliqualem fidem faciunt, aut aliquo probabili adminiculo, aut nuda cōparatione iuuari possunt impartiri posse terminum prædictum non est dubium: refert *de Frāchis decis. 631. vers. ex hoc etiam succedit, & num. 2.* & faciunt adduta per *Vrsill. apud Afflict. d. decis. 272. nu. 3. & decis. 271. & 115.* & per *Dom. Consil. Pratum ad Muscatell. in glos. præsentatas p.7.*

Quoties igitur post conclusum præsentātur scripturæ, quę aliqualem fidē faciunt, prout esset apoca trino teste notata secundum casum relatum per *Vrsill. d. decis. 272.* terminus ad illas cō-

comi.

9 comitandum, siuè comprobandum peti poterit, & tunc diuersa pars terminum ad illas impugnandas petere valebit. Et sic contra, si aduersus scripturas præsentatas post conclusionem peteretur terminus ad impugnandũ, pars quæ præsentauit petet terminum ad cõcomitandum, & ità erunt duo termini secundum *Muscatellum in d. glos. præsentatas num.* 21. sed contrarium practicatur, quia terminus, qui vni ad concomitandum conceditur, erit etiam communis alteri ad impugnandum.

Est pariter sciendum, licèt post conclusionem scripturæ ferè semper præsentari soleãt, eas tamen produci posse etiam post publicationem, & terminum peti ad concomitandum, & im-
10 pugnandum *Capyc decis.* 68 *n.* 3 & talẽ terminum in arbitrio Iudicis esse declarat *d. Pragmat.* 11. *cursu dilationum*, & in eo testiũ nominationes fieri probat *Muscatell. in dict. glos. præsentatas n.* 23.

Postremò duo attendes, Primùm quod post conclusionem peti possit declaratio circa vsum scripturarum, testium depositionum, cœterorumque actorum, & talis declaratio debet esse clara, absque clausula, aut aliqua intrinseca intelligentia, secus non admit-
11 teretur secundũ ea quæ tradit *Muscatell. in glos. termino repulsa num.* 7. & 8. *p.* 6. neque fieri permittitur pro parte, & pro parte nõ, ex eis, quæ annuit *Præs. de Franchis decis.* 173. & licèt aliquando fuisset admissa, vt refert *Vrsill. ad Afflict. decis.* 139. forsan, quia tunc quasi possessio aderat declarandi tali modo, nunc tamen obseruatur forma tradita per *d. de Franchis d. decis. nu.* 6. aduertes insuper, quamuis per *Pragmat.* 4. *de dilationibus* hanc petere possis declara-
12 tionem intra dies quindecim post notificatam conclusionem, nihilominus id non obseruari, quia quandocumque peti potest, vt testatur *Vrsill. ad Afflict. decis.* 266. *n.* 4. quem sequitur *Muscatell. d. glos. termino repulsa n* 10. *in fine*, quid qu d dicat *Fabr. Coda ad Coda fratrem in compend. indicy cap.* 5. *versu declarationem, lit. A.* non obstat, quia licèt ipse *Muscatell. loco citato adducat*, nõ aduertit autem inferius eundẽ *Muscat. d. glos. termino n.* 10. *in fine* idem sentire cum *Vrsill. ad d. decis. Afflict.* 266.

13 Secundum est, quod post pręsentem gradum intra dies quindecim peti etiã potest vnio aularum, dummodò causa valorem ducatorum bis mille, vel supra contineret, aut quãdo in ea dubius, vel intricatus articulus intercederet, vt in *d. pragmat.* 4. *cap.* 3. pro qua vnione facienda duo sunt statuti dies, scilicèt Martis, & Veneris, vt in *Pragmat.* 41. *de offic. S. R. C.*

SVMMARIVM.

Monitio super expeditione causæ, siuè ad sẽtentiam omni iure requiritur, n. 1.
Limitatur, num. 4. & 5.
Monitio, quæ fit ante sententiam est loco citationis ad dicendum, n. 2.
Statutum, si preciperet sententiam proferri, absque partis citatione non valeret num. 3.
Monitio ante laudum ferendum, an requiratur coram arbitratoribus, nu. 5.
Laudatur Reu. D. Franc. Verde, *ibidem.*
Ante expeditionem causæ si reperiretur citata pars super d. expeditione, & postea mutaretur Commissarius, siuè Iudex illius denuò fieri debet citatio coram alio successore, n. 6.
An assignari possit certa dies ad audiendam sententiam? & quid, si ante dictum certum terminum causa, deindè expediretur, vtrum sententia valeret? n. 7.
Monitio est actus per quem instantia perpetuatur, num. 8.

De Gradu Monitionis, seù Citationis super expeditione causæ.

Excellens ductor ordinis
Aperto stat nunc agmine
Fortiter in hostilia
Arma prudenter instruit
Milites vt victoria
Efficiantur compotes;
En quilibet ad inuicem
Nunc hostes, quærit sternere,
Et alter ab alterius

Se met defendit impetu.
Imitare hunc potissimum
Susceptor patrocinij:
Si spes est illi in milite,
Est tibi in dictis testium
In scriptis saltem iuribus:
His fuere, his te prapara;
O Procurator Rabula
Ad defensam latè propera
Vt ipse palmam referas.

1 Diuini Numinis gratia ad monitionis, seù citationis ad sententiam gradum conscendimus, hæc est quæ omni iure requiritur, & si omitteretur sententia nulla foret, vt magistraliter more suo fundat *Dom. Cōsil. Franc. Maria Pratus ad Muscat. in glos. sententiā*, cui addo *Vrsill. ad Afflict. decis.* 283. *num.* 14. *in fine, & Reg. Sanfelic. in praxi sect.* 59. *num.* 2. *&* 3. *& Scacciam de Iudicijs lib.* 2. *cap* 2 *num.* 399.

Hanc monitionem appellamus, quia talis est forma illius incipientis, *Moneantur partes, &c.* hæc loco citationis est ad dicendum ante sententiam, inquit *Afflict. decis.* 283. *num.* :. de qua apud *Vinc. de Franch. decis.* 261. *nu.* 11. & habetur loco peremptorij, qua ea
2 peracta aliquid non remanet agendum *l.* 1. §. *item cum ex edicto, ff. qua sent. sine appell.*

De hac si statutum dictaret, quod sĕtentia possit proferri, absque partis citatione tale non valeret statutum, tradit *Felyn. in cap. cum ex parte lo* 2. *nu.* 5.
3 *de offic. & potest Iud. deleg. Gramm. decis.* 65. *nu.* 5. *Gail. in suis obseruat. obseruat.* 7. *nu.* 9. *&* 10. *Vantius de nullit. in rubr. de nullit. ex defectu citationis, num.* 9. ex his fit, vt regulariter citatio ante sententiam præcisè expostuletur, patitur tamen in sequentibus casibus limitationem. Primò in casu posito per *Capyc.*
4 *decis.* 1 *in fine*. Secundò, cum conuentus principio litis motę fuisset præuia prouisione citatoria ad omnes actus, vsque ad sententiam inclusiuè citatus, vt supra in *gradu citationis* diximus, & contra eum fuisset in contumacia processum, tunc quia dicta principalis citatio peremptoria dicitur, vt in *l. contumacia, ff. de re iudic. & l. Et post edictum, ff. de iudicijs*, ideò ea sufficit ad effectū, vt absque alia citatione sententia proferri possit argumento, *tex. in cap. tūm ex literis*, §. *fin. glos.* ibi *verbo locorum de iutege. restit. Alexander in l. qui ante Calendas num.* 11. *ff. de verb. oblig. Vrsill. ad Afflict. decis.* 289. *n.* 7. & ità communiter *DD.* sentiunt testatur *Gaill. vbi supra obseruat.* 51. *nu.* 13. verùm in hoc casu lata sententia in contumacia seruari solet, reū personaliter citari, vt de ea notitiam habeat, vt sæpè practicaui. Si verò citatio non fuerit expedita ad omnes actus, & vsq; ad sententiam inclusiuè, tunc ante sententiā denuò reus
5 citari debet *de Franchis decis.* 457. Tertiò, cum proceditur coram arbitratoribus non autem coram arbitris, quia isti procedunt tāquam Iudices, illi verò vti amicabiles compositores, p *tex. in l. diem proferre*, §. *si quis litegaturum, ff. de arbitr.* & ideò si citatio ad audiēdum laudum omitteretur, non propterea laudū esset nullum, vt probat *Dom. meus Ren. D. Frāc. Verde* vir quidem humanitate, & doctrina laudandus in *additis. ad Gallup. de citatione ad sententiam p.* 2. *cap.* 30. *num.* 8.

Est aduertēdum in omnibus casibus, in quibus fuit expedita, & notificata citatio, seù monitio, si post notificatam monitionem, mutetur Iudex, & coram
6 alio proceditur, semper denuò expediri, & citari debere diuersam partē, alias nulliter procederetur *Abb. in cap. licèt de accusation. num.* 8. *glos. & Bartol. in l. consentaneum, C. quomodò, & quando Iudex Archidiac. in c. caueant* 3. *q.* 9. cuius doctrina canonizata fuit per S. C. penes *Minadoum decis.* 28. *& de Franchis decis.* 457. *n.* 3.

Quid dicendum, si citatio ad audiēdum diffinitiuum decretum expedita fuisset cum assignatione certi diei, deindè ante dictum diem, vel intra illum sĕtentia, vel decretum fuisset latum, vtrū
7 sententia, vel decretum valeret? pro negatiua stat vera responsio, vt est videre penes *Vinc. de Franch. d. dec.* 457. *& Muscatell. in glos. sententiam, p.* 7. ibi *in sua additione*, versu *loco allegato.*

Hunc

8 Hunc actum esse memento, p quem
instantia causę perpetuatur per ea, quę
recenset *Muscatell. d. glos. sententiam*,
num. 38.

Peracta tandem citatione ad sententiam procuratorum quisquis suam intentionem scriptis laconicè mandet, & voce proferat, vt consuluit *Aretinus in respons.* 120. nè ità iudicantis, molestus sit, quod tempestate mea seruandum existimo.

S V M M A R I V M.

Sententia liti finem imponit, n. 1.
Processus non potest asportari ad Iudicem, nisi per scribam causæ, num. 2.
Sententia ferenda est attenta actionis natura, seu remedio intentato, n. 3.
Et an extra petita, & deducta ferri possit? num. 6.
Quot sunt capita in libello deducta, tot sunt sententiæ ferendæ, ibidem.
Legitimis, & plenis probationibus est reus condemnandus, n. 4.
Quando reus erit absoluendus ab obseruantia iudicij? num. 5.
Decretum absolutionis ab obseruantia iudicij, an sit diffinitiuum? ibidem.
Sententiæ significatus declaratur, n. 7.
Sententia quotuplex sit explanatur, n. 8.
Decretum interlocutorium, & diffinitiuum, in quo differunt inter se, n. 8. 9. 14. & 16.
Diffinitiua sententia non potest regulariter ferri, absque ordinario iudicio, nu. 10.
Limitatur, num. 11. 12. & 13.
Actus, qui naturalem respiciunt defensionē omitti non possunt etiam in iudicio summario, ibidem.
Interlocutoria sententia bis fit reuocabilis, atque declarabilis, nu. 14.
Laudatur Reu. D. Ioseph Spera I.C. *ibid.*
Quid differt sententia à rè iudicata ostenditur, n. 16.
Sententia, siuè decretum diffinitiuum à cōmuni suffragio, vel à maiori parte votorū nascitur, deindè registratur per Magnificum Secretarium, & in forma solita extenditur per Scribam causa, & postremò in ea fit lecta lata, n. 17.
Testes qui interfuunt in publicatione sententia, sunt idem Regij Consiliarij, *nu. 18.*
Sententia defectu lata est nulla, n. 19.
Sententia si contra stylum fertur est obnoxia nullitatis labē, nu. 20.
Sententia S. C. nō notificatur; & per decem dies post publicatam supersedetur, ibid.
Secus est in decretis M. C. n. 22.
Sed limitatur, num. 23.

DE SENTENTIA.

DEI, itaque benignitate huius ordinis tela expediti ad sententiæ
materiam prosilimus: compilato igitur
processu, liti terminus diffinitiuus per
1 sententiam imponi debet, *Abb. in cap.*
cum inter sub num. 24. de sentent. & re
iudic. ideò pro huiusmodi fine processus ad causæ Commissarium asportari
debet non per alium, nisi per scribam
2 causæ, sub pœna ducatorum 12. secundum ordinē *Spectabilis Præsidis S. R. C.*
latum anno 1642. insertum in *sec. vol.*
Pragmat. fol. mihi 308. vt ab eodem Iudice ex actis, & probatis ferri posset sē-
tentia iuxtà naturā actionis, seu reme-
dij intētati, & per eam (cū sit iudiciū in-
diuiduum) absolutione, vel condemnatione tota controuersia in libello de-
ducta decidatur, atque determinetur,
3 alias sententia non valebit secundum
regulam constitutam per *Felyn. in dict.*
cap. inter 13. versu de sententia verum
si plura libellus contineret capita inter
se diuersa, tunc sententiæ etiam separatim ferri possent, quot sunt capita, tot
erunt sententiæ *Abb. in dict. cap. 13. sub*
n. 23.

Reus ergò condemnabitur cum plenè, & legitimè fuerit actoris intentio
probata, secus verò absoluetur *l. 2. Ei*
incumbit, *l. 21. Verius, & l. 22. Eum qui*
ff. de probat. & ad literam, *l. 4. qui accu-*
4 *sare, C. de edendo*, & pro tali absolutio-
ne rei petitio non requiritur *Roland. à*
Valle cons. 58. quoniam num 8 lib. 2. quid
autem probare sit opus actori, vt obti-

nere

nere possit, & quid agendum cũ acto-
ris probatio inferior esset probatione
rei? consule *Scaciam de sent. & re indic.*
glos. 14. q. 21. n. 3.

At si Iudex nec absoluere, nec con-
demnare posset, tunc reus ab obseruan-
tia iudicij esset absoluendus, vt foret in
casu peremptæ instantię, aut cum fuisset
semiplenè probatum, & iuramentum
5 actori, qui tunc foret absens, esset defe-
rendũ, & in alijs casibus, de quibus per-
tractat *Scacia vbi supra gl. 14. q. 7. n. 37.*
& 51. & idem de iudicijs lib. 2. c. 3. n. 65.
& signanter *q. 6. n. 164.* & præsertim sub
n. 165. & Carauita super ritu 148. n. 17.
& 18. quod decretum circa talem ab-
solutionem habet vim diffinitiui tradit
idem *Scacc. de sent. & re indic. quæst. 5.*
glos. 14. n. 20.

Nec pariter reus condemnari potest
super extra petitis, vel non deductis in
iudicio, vel super non dependentibus à
natura primæ actionis intentatę, *Van-*
6 *tius in tract. de nullitat. in rubr. de nul-*
litate ex defectu processus num. 97. at si
sentẽtia ferretur, super eo, quod virtua-
liter, vel accessoriè, ex actionis natura
comprehenditur, & in petitione subest,
valeret sentẽtia *Bald. in l. fin. C. de fidei-*
commis. liber. & l. si seuertor col. 3. C. de
his, qui not. in fam. & alij, quos refert
Muscat. glos. condemnando, n. 70.

His præmissis, est modo videndum
quid sit sententia. Secundò, quotu-
plex sit. Tertiò, quid differat à re iu-
dicata.

7 Quod ad primum, sententia dicitur
à sentiendo, quia quidquid Iudex in-
teriori sensu sentit, deindè profert *Fe-*
lyn. in cap. 1. sub num. 1. versu, & adde de
sent. & rei iud.

Hæc, quod ad secundum pertinet, in
duas diuiditur species, iudicialẽ nem-
pè, & extra iudicialem: omissa extra iu-
diciali, vti ad rem nostram non facien-
te, de iudiciali magis necessaria dice-
mus: iudicialis igitur duplex potest es-
8 se, altera scilicèt interlocutoria, alte-
ra diffinitiua: interlocutoria ea est, quę
controuersiam, siuè litem principalem
inter partes non decidit, sed ab ea
quæstiones emergentes, siuè incidentes
terminantur *glos. in Clement. vnica. ver-*
bo diffinitiua de sequestr. possess. & fruct.
9 Diffinitiua vero est, quæ principalẽ
rem, & litem, aut per absolutionẽ, aut
per condemnationem determinat *glos.*
in d. Clement. vnica, Hostiens. in summa
tit. de sentent § species, num. 3. lib. 2. hæc
sicuti cognomine differt ab illa, ità etiã
quod ad ordinem, & effectum in ordi-
ne, quia interlocutoria regulariter, ab-
sque præsenti tela iudiciaria, & iuris or-
dine nõ seruato ferri solet *Franc. de ac-*
cepto in tract. de sentẽt. diffinit. & inter-
locut. num. 7. & aliquando fertur, dum
proceditur ad diffinitiuam, in diffiniti-
ua autem regula est in contrarium, quia
ferri non potest, absque ordinario iu-
dicio *Speculator in tit. de sentent. § nunc*
videndum lib. 2. Maranta in suo speculo
11 *praxi in 3. p. 6. actu 1. diffinit. 11. n. 70.*
de sentent. limitatur tamen in duobus
casibus. Primò quoties in iudicio pro-
cederetur sine figura iudicij, & de pla-
no, quia tũc fieri posset diffinitiua iuris
ordine nõ seruato, vt in casu *Clemen. sæ-*
pè de verb. signif. & nos plenius tracta-
uimus in *addit. ad Carrabam p. 1. nu. 32.*
& 33. de sindicatu, quod intelligendum
sanè est circa omissionem nõ substantia-
lium ipsum iudicium respicientiũ: sub-
12 stantialia sunt enim, quæ introducta
sunt iure naturali, & gentium, hęc nun-
quam omitti, nec remitti possunt, quia
naturalem respiciunt defensionem *Me-*
noch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 9. num. 2. &
q. 13. num. 4 Vantius de nullit. ex defectu
proc. num. 38. & in quolibet iudicio re-
quiruntur etiam summario, tradunt *Do-*
mini de Rota diuersorum decis. 445. n. 6.
p. 1. secus autem est de ijs, quæ iure ci-
uili introducta sunt *Menoch. vbi supra.*
13 Secundò, non est dictę regulæ locus
in iudicijs summarijs, in quibus multo-
ties feruntur decreta, quę licèt interlo-
cutoria vocari solent, nihilominus at-
tentis terminis substantialibus, qui in
illis seruantur diffinitiua dicuntur, & à
Iudice reuocari non possunt per ea, quę
tradit *Scaccia de appell. lib. 3. c. 2. q. 17. li-*
mit. 6. memb. 2. num. 2. & idem *de sent. &*
re indic. glos. 14. q. 4. num. 33. & nos su-
pra *de repulsa num. 22.*

Quod

14 Quod ad effectum attinet, altera differt ab altera, quia interlocutoria regulariter reuocabilis est per eundem Iudicem, vsque ad sententiam diffinitiuã, *l. quod iussit, ff. de re iudic.* & non transit in rem iudicatam, quod ad ipsum Iudicem *glos. in c. 3. Romana, §. si verò,* verbo *interlocutoria de appell. in 6.* eaque bis reuocabilis redditur, & totidem declarabilis, & non vltra, vt doctrina *Alex. in l. quidquid astringenda n. 9 ff. de verbor. oblig.* probatur in quodam iuris Resp. V. I. D. Fabij Sapin', ab *Admod. Do. meo Reu. D. Ioseph Spera I. C. disertissimo,* & lepidioribus exornato maioribus in sua *dissertatione forensi Pascuorum, &c. fol. 128. sub num. 13. inserto.* At quandò non sit reuocabilis, & num possit reuocari ab eodem Iudice, qui eam tulit, licèt sit ab ea appellatum consule *Scacciam de appell. lib. 3. cap. 2. q. 19. remedio 1. conclus. 6. num. 13 & 28 & 59.*

Diffinitiua autem sententia, quæ sit valida, ab eodem, qui eam tulit reuocari non potest *d. speculator in d. tit. de sẽt. §. qualiter autem num. 10. versu hoc quo-*
15 *que, lib. 2. fol. 166,* quia Iudex cum semel fit functus officio suo, siuè benè, siuè malè, desinit esse Iudex in illa causa, *l. 46 actorum l. 55. Iudex l. 42. Paulus, ff. de re indic. Franc. Marcus dec. 670. Gail. practic. obseru. lib. 1. obseru. 116. num. 1, & 3.*

16 Quod ad tertium spectat, est sciendũ, sententiam illud esse, quod Iudex diffinitiuè decernit, rem verò iudicatam idem esse, ac sententiam ipsam, quæ in rem iudicatam transiuit per appellationem non interpositam, aut desertã, aut p appellationis renũciationẽ *Frãc. de accepto de sent. diffinit. & interlocut. sub num. 1. lib. 5.* & ante eum *Abb. in Rub. n. 1. in fine de sent. & re iudicata.*

Nota hic, quæ circa sententias S. R. C. seruantur. Primò, sententia, aut cõmuni Senatorum suffragio, aut maiori
17 parte profertur, & describitur in processu per modum voti, deindè ad Magnificum Secretarium transmittitur, à quo registratur in libro votorum, & tãdem per Scribam causæ votum illud extenditur in formam sententiæ iuxtà stylum ipsius Tribunalis, & subscribitur à causæ Commissario, & post modũ fit in calce ipsius lecta lata, & publicata præsentibus testibus, & Curia pro Tribunali sedente, testes verò sunt ijdẽ Regij Consiliarij Aulæ, vbi fuit lata sententia, Iudices enim sunt iuris testes,
18 probat *Scaccia in suo responso in tract. de sentent num 93 fol. mihi 748.* & facit *tex. in l. cum sententiam, C. de sententijs, & interlocutionibus,* quæ quidem lecta, lata, & publicata necessario requiritur, ità vt ea deficiente nulla foret sententia,
19 *d. l. cum sententia, & Bartol. in l. sciendum in fine, ff. de verbor oblig* & potius in *l. statutis, C. de sentent. ex breuiculo recitandis, Clem. sæpè de verb. sign. Affl. in constit. vt vniuersis in 10. nota. n. 33. Io: Vinc. de Anna sing. 473.* & si contra
20 stylum, & notoriam obseruantiã fertur pariter nullitatis labe afficeretur *tex. est in l. fin C. de test. Afflict dec. 135. num. 3. & idem in d. constit. vt vniuersis d. notab.* quem sequitur *Muscat. glos. condemnando p. 7. num. 23.*

Secundò, expedita dicta lecta lata supersedetur per decem dies decurrendos à die post dictam lectam, & deindè illis elapsis notificatur pro ea mandatum de parendo, tum principali, cuius est onus illi parere, tùm procurato-
21 ri, vt valeat sua remedia opponere, ea enim non notificatur, vt sententia præfecti prætorij, ex antiquissimo stylo, de quo testatur *Reg. Ron super Pragmatica 5. num. 3. de offic. S. R. C.*

In decretis M. C. V. diffinitiuis non fit lecta lata, sed ipsa notificatur, in Curijs verò Regni propter maximam lucri cupidinem, & negotiorum paucitatem solet fieri in quolibet decreto lectum latum, vt pluries obseruaui.

Aduerte hic circa decreta diffinitiua M. C. quod in vno casu dumtaxat fieri solet lectum latum, & publicatum in decretis ipsis, scilicèt cum fuisset pro-
23 cessum in contumacia, & decretum illius diffinitiuum non notificatur, vt ego bis practicaui, & ità de stylo antiquo practicatur, de quo supra in *Gradu Citationis n. 35.* memini.

SVM-

SVMMARIVM.

Quo-

DE APPELLATIONE.

IVdex secundum sensum interiorem rationi subiectum iudicare debet,
1 & non legibus aduersarij, & ideò bene merita causæ scutrinari,& non mutare, vt notatur in *Canone iudicet 3.q.7. Abb. & Felyn.in cap.1.sub num. 1. de sent. & re iudicata*, quoties ex odio, vel amore, aut auri cupiditate, vel ignorantia
2 laxis habenis sententiam ferret iniquā, tunc grauamini locus esset, & proindè grauatus,ad reparandū illud appellare cogitur ad superiorem, vt suæ indemnitati iustitiæ prouideri possit, *l. 1. in princ.*ibi *Bartol. ff.de appellat. glos.1. in cap.ad nostram de appell.* re vera tamen est,quod aliquando cōtrarium accidit, decreta enim bene lata in peius reformantur, vt notatur in *cap. cum speciali, §. porro de appell.* & iudicium humanū quod opinioni hominum innititur fallit,& fallitur,& in *c. à nobis lo.2. de sent.ex com.& gl. in cap.cum aeterni tri-*
3 *bunal.de re iudic. lib.6.*ò vtinam ne pro ratione voluntas staret! quot bona tūc prodirent,quot mala labarent, ad quid citatio ad audiendam sententiam,si postea non secundum rectum sensum iudicatur? meritò exclamat *Andreas Siculus adductus per Felyn. d.c.1.* iniquos Iudices mādare debere antequam proferant sententiam, vt partes citentur ad audiendam voluntatem:, vndè contra talia decreta, & iniquas sententias hoc innocentibus appellationis præsidium paratur,vt in *cap.subiectis, §. porrò de appellation.*

Cum esset ergo appellandum, animaduertat plura procurator. Primò quid sit appellatio,Secundò,quotuplex illa sit.Tertio, à quibus decretis sit appellan.

pellandũ. Quartò, quomodò sit exprimenda appellatio. Quintò, quos parit effectus. Sextò, intra quod tempus appelletur & introducatur, & fiat prosecutio. Septimò, quot modis deseratur; ad quorum explanationem infrascripta capita deprompta propono.

CAPVT I.

Quid sit appellatio.

4 APpellatio nil aliud sonat, nisi pro-
uocationẽ causæ à minori Iudi-
ce ad maiorẽ, tradit Imperator in *Auth.*
de appellationibus, col. 4. tit. 2. §. illi vi-
delicet non autem à maiori ad minorẽ
ad notat per *Azonem in rub. num. 19.*
ibi *quid autem per errorem, C. de appell.*
& talis actus appellandi non est, neque
actio, neque exceptio, sed quædam de-
fensio, vt *Bartol. in l. 1 ff de appellat.*
Appellatio ab appellare verbo deri-
uat, quod neminem latet, hoc verbum
diuersas habet significationes, de qui-
bus Grammatici scripserunt, quorum
5 non secũdus est tempestate nostra *Adm.*
R. D. Saluator Capullus Capuanus meus
nostras, & præceptor, quem celebra-
re potis nõ sũ in suo *manuscripto com-*
pendio Grammaticali in primo Act. ordi-
ne, at in nostra subiecta materia appel-
6 latio generaliter sumpta extra iudicia-
lem prouocationem ad maiorem Iudi-
cem significat, sed impropriè secundũ
Innoc. & Abb. in cap. 5. cum sit Romana,
n. 21. vers. oppo. de appell. cum verò iu-
dicialiter fiat post latam sententiam,
tunc propriè dicitur appellatio iuxtà
terminos *l. 1. § si quis in appellatione, ff.*
7 *de appellat. Scaccia eod. tit. lib. 3. c. 2. q. 2.*
num. 1. at in materia pœnali, & odiosa
in qua strictè verba sunt intelligenda,
nomine appellationis non comprehen-
ditur, nisi iudicialis appellatio *Abb. in*
cap. Si bona memoria sub nu. 8. de appell.
Corneus in l. 3. num. 5. C. eod. & quod fie-
ri prohibetur appellatione pendente,
8 non habet locum in appellationẽ extra
iudiciali *Berous consil. 112. n. 5. lib. 3.*
Diximus appellationẽ prouocatio-
nem esse, non autem contra, scilicèt
prouocationem esse appellationẽ, quia
secundum nostrum subiectum, prouo-
care stat loco generis, appellatio spe-
ciei loco, *Felyn. in princ. rubrica de ap-*
9 *pellat.* exemplificatur in omni mutuo,
quod est species, esse creditum: non ta-
men à contrario, scilicèt omne credi-
tum esse mutuum, quia creditum stat
pro genere, *l. 2. §. creditum, ff. si certum*
pet. ibi *glos. verbo genus*, aut potius dici
potest, prouocationem definiens esse,
appellationem verò rem definitã, quid
quid sit: vtraque tamen æquiuoca
sunt.

CAPVT II.

Quotuplex sit appellatio.

10 APpellatio triplex esse potest. Pri-
mò scilicèt cum à sententia, siuè
decreto diffinitiuo appellatur, vt habe-
tur *in toto tit. ff. de appell.* Secundò, ab
interlocutorijs decretis vim diffinitiui
habentibus, vt in *l. 2. ff. de appellat. reci-*
piend. Scaccia de appell. q. 17. lim. 41.
Ventriglia nostras, olim Episcopus Caser-
tanus in praxi rerum notabilium, annot.
8. num. 1. Tertiò ab actis extra iudicia-
libus grauamen, & præiudicium infe-
rentibus, *l. 1. §. solent, ff quando appellan-*
dum sit, Carauita ritu 259. de quibus
inferius *sub n. 32.* paucula quędam dis-
feremus.

CAPVT III.

A quibus decretis sit apppellandum.

11 AQualibet sententia, siuè decreto
diffinitiuo regulariter appella-
tur ad superiorem immediatum, dum-
modò ab inferiori Iudice appellatur,
Rouit. super Pragmat. 3. num 5. de offic. S.
R. C. vt foret à sententia Delegati
ad delegantem, *l. præcipimus, §. si hec*
appellatio, C. de appell. à sententia Vi-
carij Episcopi ad Archiepiscopum *l. 1.*
§. ab eo, ff. qui, & à quo appelletur Spe-
12 *culator. in tit. de appell. §. nunc tracte-*
mus, vers. illud autem, sed aliquando
etiam omisso medio ad superiorem

appellari potest, vt esset si appellaretur à Curia Capuæ ad S. C. omissa M. C. V. vt refert *Ron. super Pragmat. 3. nu. 5. de offic. S. R. C.* quod secus est in iudicio criminali, vbi gradatim appellatio procedit idem *Ronit. vbi sup.* a grauaminibus

13 bus autem futuris regulariter nulla datur appellatio, quia inanis timoris nulla est facienda æstimatio, *l. si quis ab alio, ff. de re iudicata*, vt de communi testatur *Felyn. in cap. significauerunt de testibus, & in cap. vt debitus honor extra de appell.* idem *speculator Hostiensis Discipulus* qui anno 1271 floruit, *in tract. de appel. § 2. vers. 37. & §. qualiter, vers. deesse*, quod tribus ampliatur modis per *Muscat. glos. sententia n. 15.* & tantundem limitatur per eundem,

14 vbi supra *num. 18. & seq.* & inter aliàs limitationes illa præcipua est, cum de futuro grauamine adesset comminatio executiua, vt in casu posito per *Capyc. Latrum decis. 96. nu. 15. 21. & 23.* quod secus esset cum re, & spe grauamen esset de futuro, *tex. est in Clement. sicut de appellat.* iuxta quam distinctionem sunt intelligenda adducta per *Guidonem Papa decis. 436. nu. 15. l. & in multis, Cod. de appell. & Auth. de appell. §. si quis autem putauerit, coll. 9.*

CAPVT IV.

Quomodò sit exprimenda appellatio.

15 QVod ad hoc pertinet caput est aduertendũ, appellationem fieri posse in scriptis, atque etiam voce, dummodò statim interponatur secundũ terminos *l. litigatoribus copia C. de appell.* sed quod in scriptis dicitur, de appellationibus ciuilibus intellige, in criminalibus verò, tàm in scriptis, quàm voce fieri potest *Carauit. super ritu 264. n. 6. in fine, & ritu 288. n. 4.*

Modus verò, qui in ciuilibus ad appellationem interponendam adhibetur

16 semper in scriptis est, eaque fieri potest, tàm coram Iudice à quo, quàm coram Iudice ad quem *l. 1. §. dies verbo si quis, ff. quando appellandum sit, Decius in cap. suggestum n. 4. de appell.* hoc tantùm discriminis, vt si fiat coram Iudice à quo, tunc, tàm per replicationẽ in calce decreti, quàm per comparitionem interponi potest *tex. in l. 2. ff. de appell. & relation.* qui quidem modus appellandi *libellus dydascalicus* vocatur p

17 *Ferrerium ad Guidonem Papa decis. 50.* si coram Iudice ad quem interponatur, tunc per comparitionem, siuè supplicationem fieri debet, vt latius infra suo loco.

Aduerte hic in libellis, seù replicationibus appellationum regulariter nõ

18 esse exprimenda grauamina, sed in genere sufficere ea exprimere *l. 3. §. fin. ff. de appell. Carau. ritu 288. num. 11.* quod de decretis diffinitiuis, & sententijs intelligendum est: in interlocutorijs verò licèt in appellatione, quæ ab eis interponitur, exprimi debeat grauaminis causa, vt Iudex ad quẽ decernere possit an sit deferendum appellationi, vt tradit *Capyc. decis. 1 num. num. 20. & 21.*

19 & hoc iuri consonum esset, tamen attenta mente, & verbis *Capituli Regni detestãtes* admittitur talis inter loquutoria appellatio pro tẽpore Iudicis arbitrio, vt intra terminum præfigendũ trasmisso processu, Iudex ad quem cognoscere possit de veritate grauaminis, quo cõperto ad se causam auocat, hac insoleta interlocutionis forma: *stante grauamine causa remaneat*: si verò calumniosam cognoscit esse appellationẽ nullo existente grauamine, abdicta appellatione ad eũdem Iudicem à quo causam remittit, & ità hactenus practicatur.

20 Aduerte secundò sicut in prima instantia principalis libellus continere debet Actoris, & rei nomen, & alia quę *Gradu Libelli* diximus, sic in libello appellationis exprimi debere nomina appellantis, & appellati, & sententiam, seù decretum à quo appellatur, & Curiam, seù Iudicem à quo *l. 1. §. libelli, ff. de appell. & restitution.* & in hoc memẽto, quod sicut in iudicium vocatus appellatur reus in prima instantia, in hac secunda Actoris nomine vocatur, vt per *Dyn. de regul. iuris, c. indultum in 4. column.*

Ad.

Aduerte tertiò, circa appellationem interponendã, à decretis diffinitiuis M. C.V. ad S. C. quod si fortè per ipsam M. C. ante suum diffinitiuum decretum
21 de aliquo incidenti eiusdẽ causæ fuerit facta relatio in aula d. S.C. tunc in supplicatione facienda pro commissione causæ appellationis, de relatione prædicta erit facienda mentio, vt Reg. Consiliario eiusdem Aulæ causa committi possit, vt testatur *Dom. Vinc. de Franchis decis.* 258.

Aduerte quartò à sententia S. R. C. appellationem non dari, quia præfectũ prætorium est, eo q uod leges condere potest, vt supra in *Gradu Libelli, nu.*13. diximus ideò ab eo appellari non licet *l.*1.*C. de sentent. præfect. Prætor. speculator in tit. de iurisd. omn. Iudic.* circa prin-
22 cipum, sed pro appellatione reclamatio ex gratia vti remedium extraordinarium conceditur *Reg. Rouit. decis.* 21. *n.*4. & ante eum *Dom. de Franchis* attestantibus *decis.* 684 *num* 1. quæ quidem reclamatio, vt sententia ipsius S. C.
23 non notificatur, sed pro ea mandatum deparendo, ideò in calce eiusdem interponi potest, idem *Reg. Rouit. d. decis.* 21. *Reg. Sanfelic. decis.* 1. *num.* 1. & latius infra, cuius causa deindè alteri Reg. Consiliario eiusdem Aulæ Committitur *d. Reg Rouit. in Pragmat.* 1. *num.* 31. *de arbitris*, notabis hic in calce mandati de parendo notificati accusari solere
24 contumacias non an aliud, nisi quia reus illi non paret.

Aduerte quintò in causis appellationum deduci non posse nouum libellum ex noua causa, adeò vt, si in prima instãtia aliquid fuerit petitũ vnius vigore
25 statuti, in appellationis causa nõ liceat vigore alterius reformationem decreti petere, vt tradit *Dom. Consil. Pratus ad Muscat. in glos. probandum p.* 3. *versu insuper*, vt idem in *glos. instantia p.* 3. *Ad num.* 46. at quando à decretis, & sententia possit in parte appellari, & reclamari, & in parte non? consule eundem *d. Pratum vbi supra in glos. seruata Ad num.* 9.

Fui quadam die, dum in S. C. morabar interrogatus, an Iu dex à cuius decreto diffinitiuo fuerat appellatum, potuisset esse Iudex in causa appellationis? respondi, q̃ non, naturali motus ratione, quia appellans à decreto ex capite iniquitatis ad superiorem, licèt interea idem Iudex à qu o, superior sit effectus, & ad eundem vti talem appella-
26 tionis causa spectaret, ipsummet in secunda instantia Iudicẽ habere non debet, saltẽ, vt ab alieno ore cognosci possit, an benè, vel malè sit iudicatũ, deindè cum domum petij sem, Codicem reuolui, & ibi *l. eos* 6. *de appell.* reperi, quæ modo præfato decidebat, & licèt glossam inuenissem in *l. fil us in fine*, verbo *cum non proprio, ff. de inoffic. test.* quæ contrariam tenebat opinionem, tamẽ pace *glossæ*, sui dicti ratio haberi non potest, quia rationem non assignat, & vti non rationabilis non est admitten-
27 da; percurri alios scribentes, & occurrerunt mihi *Bald. & Salycetus in d. l. filius* dicentes talem Iudicem à quo, iudicare posse in causa appellationis, quia nouam representat personã, ex authoritate *d. glossæ*, sed eorum placita meã mentem non adæquant, glossa enim prædicta opinionem suam promit, ex *d. l filius*, vbi id habetur, *alieno nomine agentem iure successionis aduersus testamentum si succumbit, non ideò perdere legatum sibi proprio nomine relictum in eodem testamento*, & ratio patet, quia actio iure successionis alieno nomine differt ab alia actione legati proprio
28 nomine, & sic discrimen in re, & persona, sed in casu nostro diuersi sunt termini, causa enim primæ instantiæ eadẽ est, ac appellationis, vt supra in *Gradu Termini num.* 31. *&* 33. probauimus, & Iudex à quo idem esset Iudex ad quẽ, & licèt videatur noua persona, nõ ideò alia, & sic non puto applicabilem esse glossam prædictam, posthæc *Bartolum* consului in *d. l. filius*, qui mihi respondit more suo, quod attinebat ad hunc casum se ab opinione *d. glossæ* recedere etenim *ad d l. eos* se remittebat, ad cã cũ
29 me contulissem, ibi reperientem eũ inueni tres casus distinguendo. Primus erat cum quis per appellationem de nullitate sententiæ conquerebatur. Secundò

cundò, cum de facilitate Iudicis cōquerebatur per viam in integrum restitutionis. Tertiò, cum de iniquitate decreti appellãdo ab illius interpositione, & de hoc vltimo dispositionem *d. l. eos* sequebatur; ex cuius authoritate, & sententia hucusque à dicta mea opinione non recedam, quam peritioribus subijcio, meæ voluntatis amicus non sum, sed veritatis, ac ratioris sectator.

CAPVT V.

Effectus appellationis interpositæ.

INterposita appellatione, plures ex ea oriuntur effectus ad appellantis beneficium. Primò, decreti diffinitiui executio suspenditur, quod ad futurum euentum, & tàm vires, quàm eius præsumptiones extinguntur *l. fin. & glos. ff. ad Turpill. & l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, canonista in cap. sæpè de appellat. Afflictus*, tàm in *Constitu-*
30 *tione Regni appellationum tempora in primo not.* quàm in *decisione 296. nu. 3. & decis. 168. nu. 5. Capyc. decis. 202. n. 8. de Franchis decis. 296. num. 3.* eaque est tantę vis, vt statim operetur suspensionem, absque alia inhibitione, *l. 1. in princ. ff. nihil nouari, & l. sciendum, ff. de appellat. recip. vel non.*

31 Secundò, colligantur manus Iudicis à quo, adeò vt per talem appellationē interpositam, suspenditur illius iurisdictio, & amplius in causa procedere nō possunt *l. appellatione, C. de appellation. & d. cap. Non solum.*

32 Tertiò reducitur causa principalis ad terminos litis contestatæ, *l. ità demū C. de probation. Capycius decis. 28. nu. 6. de Franchis decis. 370. nu. 17. Cacheran. decis. 5. n. 1.*

33 Quartò, contrahitur vitium litigij, nec prima lis per eam censetur finita, sed continuata, probat *Reg. Rouit. decis. 21. Carleual. de indicijs, disput. 2. quæst. 7. section. 3. num. 95. lib. 1.* de reliquis alijs consule *Guidonem Papa decis. 436. & Dom. Pratum ad Muscat. gl. Potest*, versu, *nec in incunda.*

34 Hæc, quæ diximus locum non sibi vendicant in appellationibus, quæ fiunt à decretis interlocutorijs, quia licèt appelletur, Iudicis tamē manus nō ligantur, donec fuit ei inhibitū à Iudice ad quē, ex congestis p *Thor. in votis decisiuis voto 45. nu. 6. p. 2.* & istud discriminis meritò esse debet inter appellationem ab interlocutorio, & à diffinitiuo, quia post diffinitiuum decretum pendente tempore decem dierum, etiam si intra dictum tempus non interponatur appellatio, Iudex à quo non potest aliquid innouare, vt clarè ostēdit *gl. in d. c. non solùm de appell. in 6.* & innouante aliquid dicto Iudice à quo, tā si fue-
35 rit interposita appellatio, quàm pendē te dicto decem dierum spatio, Iudex ad quem antequā cognoscere cœperit merità causæ, illud annullabit, & reuocabit secundum eandem *glos. in d. cap. non solum*, & toto titulo, *nihil innouari appellatione pendente*, secus autem est si à decreto interlocutorio appelletur, quia tunc, vt Iudicis a quo manus ligētur, aportebit Iudicem ad quem adire, & ab eo inhibitionem impetrari, eamq;
36 illi notificari, alias non obstante appellatione interposita procedere ille potest: verùm introducta causa apud Iudicem ad quem, per talem appellationem ab interlocutorio, si Iudex ad quem, cognouerit Iudicem à quo malè processisse attentata reuocabit, si verò post inhibitionē factam, atq; notificatā Iudex à quo processit ad aliquem actū, tunc ante omnia Iudex ad quem, absq; alia cognitione, attentata cassabit, vt id totum, *ex glos. d. cap. non solum* explicatur, & sequitur *Carauita in ritu 259. n. 12.*

CAPVT VI.

Intra quod tempus appellatur.

QVod ad sextum est præsciendum, appellationem tres partes continere principales, hoc est principium, medium, & finem, prima enim pars cedit ad præparatoria, vt est inter positio appellationis, & litterarum inhibitorialium,

lium, siuè apostolorum petitio. Se-
37 cunda tendit ad ipsam appellationem introducendam, vt est præsentare processum ad iudicem ad quem, & facere aperturam. Tertia, tendit ad illam finiendam, vt foret, illius prosecutio, vt habetur apud *Bald. in l. fin. C. de tempor. appell.* ideoque in hac sexta animaduersione cūctas tres partes principales tangemus.

De prima, notabis appellationē antiquitus de iure *Cod. & ff.* intra biduum
38 in causa propria, & in aliena intra triduum interponi solere *l. 1. §. biduum, & §. dies, & §. in propria. ff. quando appellandum sit*, indè verò *Auth. hodie, C. de appell.* dierum spatiū statutum fuisse decem, decurrendorum à die notificationis decreti diffinitiui *Paul. de Castr. in l. 3. C. quomodo & quando Iudex, & l. 1. §. Tutores verbo si aduersus, ff. quādo appellandum sit.*

Intra hoc idem spatium dierum decem appellari posse memento ab actis
39 extra iudicialibus, decurrendorum à scientia grauaminis, vt in *cap. non solum de appell. in 6.* quibus translactis grauatus audiri non potest, nisi per alia remedia adducta per *Abb. in cap. Bona de appell. num. 10. differentia 13.* cuius sanè remedium conceditur, etiam in con-
40 seruatorijs, quæ dantur in nostro Regno, prout quando petitur, ne aliquid innouetur virtute Capitulorum Regni incipientium. *Ad Regale fastigium, C. finis præcepti, C. omnis prædatio. & charitatis effectus, & C. ad Præsidentis*, & in huiusmodi iudicijs, & actis extra iudicialibus per extra ordinariam cognitionem proceditur *de Franc. decis. 163. & 701.* & in ijsdē officium Iudicis implorari potest, & eius protectioni se supponere Clericus, ne ab alio Clerico, aut Laicus, ne ab alio Laico molestetur, & talis recursus ferè quædam extra iudicialis appellatio nuncupatur *l. pupillo, §. si quis Prætori. Cod. de noui oper. nunciat.* aut melius dicam, vera prouocatio, secundum *glos. in d. cap. non solum* Hic verò nota, appellationem extra iudicialem directè dirigi ad partē, vt nihil innouet; iudicialem autem ad Iudi-
41 cem, vt in *cap. Bona, & c. concertationi de appell. in 6.* & illam non suspendere potestatem competentem parti, sed satis est, quod per eam defendatur appellans, nè opprimatur super id, de quo appellatur, hanc verò iudicialem vti introductam contra Iudicem, suspensiuā esse illius iurisdictionis.

In sententijs S.R.C. vbi pro appellatione reclamatio conceditur, obseruabis, quod duobus modis practicatur interpositio reclamationis. Primò reclamari potest intra decem dies à die le-
42 ctæ latæ dictæ sententiæ, & tunc reclamatio interposita impedit executionem sententiæ, donec, & quousque non præstetur cautio per actorem ad hoc, vt si fortè sententia in causa reclamationis suspēderetur, ante facta executio similiter retractaretur etiā ad fauorē fideiussoris *Auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer.* & ita dispositum est in *Prag. 5. de offic. S. R.C.* ibi *Rouit nu. 2. Guido Papa decis. 50. ibique addentes*, si verò intra dierum decem spatium non reclamatur executio dictę sententię retardari non potest, etiam cautione non præstita. Secundò, interponi potest reclamatio intra biennium decur-
43 rendum à diē dictæ latæ sententiæ, & talis reclamatio fieri potest, tam in calce mandati deparendo, vt diximus, quā supplicatione: si contra non fuerit reclamatum intra dictum temporis spatium, sententia transit in rem iudicatam, & non potest amplius reuideri, nisi iusto existente impedimento, aut protestatione facta legitimo tempore; interposita autem reclamatione reclamāti conceditur aliud biennium ad prose-
44 quendum illius iudicium, verùm hoc secundum biennium, quod datur ad prosequendum non incipit currere, nisi facta integrali executione sententiæ, vt apud *Vinc. de Franchis decis. 290.* ità vt, si executio duraret triginta annos, totidem prosecutio prædicta dormiret, vt testatur *Reg Rouit. decis. 21. num. 15.*

Nota etiam, quod si supplicatio prodicta reclamatione porrigatur pendē-
45 te executione sententiæ, tunc non committitur reclamationis causa, sed fit solita

lita prouisio *notetur dies*, *& facta executione prouidebitur*, vt stylus inoleuit; quod secus esset si sententia executioni demandata fuisset.

Quæro hic, quarè decem dies, qui dantur ad reclamandum à sententia S. C. currant à die lectæ sententiæ, tunc cum sententia ipsa non notificatur? nō-
46 nulli scio mihi responderent ex ore *Reg. Rouit. super d. Pragmat. 5. n. 3.* ex lecta lata, & promulgata sententiæ sciētiam præsumi, sed præsumptio ista vndè oriatur non legi: proferam opinionē meam, vtcumq; sit, eam à peritiorum censura non subtraham: leges inquam communes promulgatas cunctis innotescere præsumitur, nec illarum ignorantiam regulariter admitti, vt nota-
47 tur in *tit. de iuris, & facti ignorantia*: sētentiæ S. R. C. statim lectę, & promulgatæ, vt leges habentur p *Pragm. Ducis Alcalà in 1. vol. Pragmat.* immediatè post *quatragesimam septimam*, incipiētem, *Et si decreta sub tit. de offic. S. R. C.* & testatur *Afflict. decis. 169. in fine*, *& de Franchis decis.* 171. ergò à pari, sentētiæ prædictæ ignorari non præsumuntur; hinc fit, vt à die lectæ latæ dicti decem dies currant, vt supra dictum est.

48 Notabis secundò si dicto temporis spatio fuerit appellatum, aut reclamatū amplius appellationi, aut reclamationi inuito appellato, vel reclamato renunciari non posse, quia tale remediū commune beneficium est patet *tex. in l. fin. C. de appell. Afflict. decis. 173. nu. 4. Vrsill. ad eundem decis. 89. n. 3. de Franc.*
49 *decis.* 467. *&* 658. quod ampliatur etiā pro tertio, qui appallationi adhæsit *Gaill. lib. 1. obseruatione 122. num. 3. Surdus decis.* 143. dummodò tamen tertius veniēs ad causam intra spatium dictorum dierum decem illi adhæreat per *cap. cum inter extra de elect. 2. q. 6. Reg. de Ponte* decisum refert *consil. 7. num. 3.*
50 *&* 14. *Guido Papa decis. 436. nu. 87.* sic etiam tertius inherendo legitimo tempore reclamationi ab alio interpositę à reuisionibus relationum, eodem fruitur beneficio *Giurba decis. 30.*

51 Notabis tertiò decem dies concessos ad appellandum continuos esse, & de momento ad momentum currere, scilicèt à die inclusiuè, quo fuit notificatum diffinitiuum decretum, aut fuit facta lecta lata in sententia S. R. C. secundum theoricam *Bartol. in l. 1. §. dies, ff. quando appellandum sit*, *Glos. in Clement. sicut de appell.* vndè si tibi fuisset notificatum diffinitiuum decretum hac hora, qua scribo, quæ est decima quarta octaui diei Mensis Aprilis 1661. aut fuisset facta lecta lata, dilatio dierum decem expiraret decimaquarta hora decimi octaui diei eiusdem mensis, licèt in medio occurrissent dies festiui, vel feriati, vt in *l. quoniam, C. de ferijs*; *l. 1. §. dies, ff quando appellandum sit Vrsill. ad Afflict. dec. 344. idem Afflict. in constit. tempora, num. 8. Trentacinq. in suis resolut. resol. 6. n. 2, Vinius decis.* 266. quod
52 etiam locum habet cum de cursu fatalium ageretur, vt in terminis est cōtrouersia *Andreoli* 131. *num.* 2. quem terminum dierum decem, nec Iudice, nec partium consensu, vti à lege præfinitū prorogari posse probat *Borrell. in sum. ma decis. p. 2. tit. 35. de appell.*

DE INTRODVCTIONE APPELL.

Quomodò introducitur appellatio.

INterposita igitur appellatione à decretis M. C. vel aliarum Curiarum Regni petendi sunt apostoli, siuè litteræ dimissoriales à Iudice ad quem deindè eis habitis, appellans curare debet actorum transmissionem, vt causa appellationis introducatur, ideò ad secundam partem principalem deueni-
53 mus. Scias ad appellationem introducendam duo requiri. Primùm est, vt appellans petat, & impetrat litteras dimissoriales, quæ alio vocabulo apostoli dicuntur, vt textus canit in *l. Dimissoria littera, ff. de verb. signif. l. post appellationem, ff. de libellis dimissorijs*, & impetratis litteris prædictis præsentet in curia à qua, & transmissionem actorum, siuè processum causæ procuret relicta copia si suspicio falsitatis allegata fuerit, secus copia ipsorum trāsmittitur relicto originali, & deindè

acta

acta ipsa presentet ad Curiã ad quam.
54 Est hic animaduertendum, in transmissione predicta, semper integram copiam cogi appellantem transmitti facere suis expensis declarat *Constitutio Appellationum tempora*, ibi *quinquaginta dierum spatium à die appellationis interposita appellator habeat, intra quod*
55 *processum iudicij, & appellationis nostræ Curiæ præsentet*, quod etiam probat *Dom. Consil. Pratus ad Muscat. gloss. tenebitur in fine*, *Ricc. Episcopus resol. var. resolut.* 407. *in add. nu.* 2.
56 Secundum est, vt præsentatis actis fiat eorũ apertura præuia diuersæ partis citatione *Afflict. d. constit. appel. tempor. in notab.* 10.
57 Hæc duo requisita limitatum tẽpus habent, vt ea adimpleri possint, dies enim 50. qui sunt statuti, decurrunt à die post interpositam appellationem, vt notat *glos. in d. constit. Regni appellationum*, antiquitus verò triginta dierũ spatium de iure communi pr̃efixũ erat, vt in *l. iudicibus*, *C. de appellat.*
58 Hic Tyrones cautos esse cupio, etenim multi iuris profitẽtes se decipiunt, quia tenaciter tempus post interpositã appellationem concessum, dierum quadraginta esse affirmant, vt appellatio introducatur, & quod peius scriptores duos legi, qui cum vnus post alterum diebus nostris de praxi scripserit, quorum opus impressum circumfertur, in hanc ceciderunt foueam: stuporis est casus: huius erroris causa aliud esse nõ potuit, nisi quia *constitutionem appellationum tempora* nõ nouerint, & ideò eos cogitasse credo, quod secundum ius communi tot dies essent, hoc est decẽ ad appellandum, & 40. ad prosequendum, qui in vno sunt quinquaginta, tu autem supradicta pectore nota, & ne mente tua excidat, propono exemplum hodie decimaquinta die Mensis Aprilis mihi notificatum est decretum diffinitiuum, ego nunc non appello, sed decima die post notificatum dictũ decretum appellabo, cuius appellationis interpositio benè procedit, quia appellaui vltimo die decem dierũ, & sic intra spatium dierum decem, deindè post elapsum decimum diem quinquaginta dierum spatio frui possum, vt Iudicem ad quem adeam pro impetrandis litteris dimissiorialibus, & exemplari faciam actorum copiam, & exhibeã apud eundem Iudicem, vel Curiam ad quam appellaui, ibique fieri aperturam, & sic primis decem fruitus sui diebus, deindè quinquaginta, qui coaceruatim sũt sexaginta, at quia ferè semper procuratores appellantes non fruuntur integris decem diebus, quia statim, ac sit eis notificatum decretum, appellant in calce eiusdem decreti, & ideò facto cõputo non fruuntur, nisi quinquaginta diebus, & ex hoc cõputo eos puto falli, quia intra se dicunt ex his quinquaginta, deductis decem ad appellãdum remaneat quatraginta, & ideò licèt decepti, proteruia tamen affirmare audẽt quatraginta esse dies, qui ad prosequẽdum conceduntur. Hoc satis.

DE PROSECVTIONE APPELL.

Quando sit prosecutio, & intra quantum tempus.

POst introductam appellationẽ eius causę terminandæ datur opera, ideò ad tertiam partem principalem illius nosmet transferimus.
59 Erit primò sciendum appellationis causam ab apertura, quæ fit in actis transmissis incipere, vt in *ritu* 6. instantiã verò causę ipsius currere à datione termini, qui ad non posita ponendum, & ad non probata probandum impartitur, ad cuius causam incohandam libellus non est necesse, quia sufficit pro eo apertura prædicta *Carauit. d. ritu* 6. *num.* 5. & ideò nec etiam lis contestatur, vt per *Afflict. in constit. dilationes*, *num.* 39. *in fine*.
60 Sciendum est secundò, vt quis causã appellationis prosequatur eique modũ imponat, fatalia concessa fuisse, quæ secundum *Muscatell. in praxi*, tria sunt, hoc est tres anni, de primo quorũ tractat in *glos. fatale p.* 2. de secundo agitur *in glos. secundum, & glos. primum d. p.* 2. de tertio in *glos. secundi*, *& glos. causa*, quo-

quorum trium annorum spatio exerceri, & consummari licèt iudicium appel-
61 lationis, vt in *Auth. ei, qui, C. de tempor. & repar. appell.* & primus eorũ ab apertura prædicta currit, & probat *Caran. d. ritu 6. n. 6.* & licèt regulariter duo concedi soleant fatalia, tertium tamen cōceditur ex causis, aduertit *Scaccia de appell. lib. 3 cap. 2. q. 15. art. 8. nu. 9. & 32.* verum partium cōsensu prorogari pos-
62 sunt secundum notata per eundē *Scaccia d. q. 15. artic. 10. nu. 188. versu decendum, & num. 189.*

Est tertiò sciendum actus ordinatorij, quibus proceditur in prima instantia causæ, eosdem seruari in secunda;
63 verùm exceptiones dilatoriæ, quæ in prima opponuntur, in hac nō admittũtur, sed tantùm peremptoriæ, & modificatiuæ, aut anomolæ, de quibus infra tractabimus.

64 Prædicta quidem fatalia non solũ currunt in M.C.V. & alijs Regni Curijs per *Pragmaticam primam de appellat.* verũ etiā in S.R.C. testatur *Gramm. dec. 13. Reg. de Ponte cons. 63. & 62. de Frãc. decis. 646. & Vrsill. ad Affl. decis. 78. n. 2.*

Est vltimò sciendum in hac secunda instantia, ea quę non fuerunt discussa, aut non proposita, aut omissa in prima instantia causę, discuti, & proponi, &
65 probari posse ab vtraq; parte *l. eos, §. 1. C. de appell. l. per hanc, C. de temporibus, & repar. appell.* præterquam, quæ antè litem contestatam in dicta prima instãtia experiri debuissent, *Giurba dec. 370. n. 17. Dom. Consil. Pratus in suis discept. cap. 1. num. 29. tom. 1.*

DE APPELL. DESERTIONE.

Quot modis appellatio deseratur.

NOuimus, quandò, & intrà quantũ tempus appellatur, vel reclamatur respectiuè tàm in M. Curię Vicarię, & alijs Regni Curijs, quàm in S.R.C. & quonam modò post appellationē interpositam fiat illius introductio, & quid tandem fieri debeat pro eius prosecutione, & terminatione: verùm si appellatio non interponitur, aut interponitur, & non fit eius prosecutio, quid agendum esse ab actore primæ instantię, videndum est, ideò breuiter secundum nostrum institutum de appellationis desertione. Primò agemus deindè de decretis, quæ in rem iudicatam transeunt.

Pluribus quidem rationibus appellationem deseri posse practicatur. Pri-
66 mò, cum intra decem dies datos ad appellandum non fuerit appellatum à decretis diffinitiuis, tunc enim regulariter decreta diffinitiua in rem iudicatam transeunt, hoc est vires eorum consolidantur, & irreuocabiles quodãmodò fiunt, vt in *cap. quo ad consultationem de re iudicata*, ità vt ab eis appellari non liceat, *tex. est in l. eleganter*, verbo, *post rem, ff. de condition indebit. & l. res iudicata, ff. de reg. iuris.* Limitatur regula in minore, qui aduersus omis-
67 sam appellationem restituitur in integrum notabilis est *textus & glos. in l. 1. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur, & l. fin. ff. de integ restitut* ibi *Bartol. & Bal.* & ampliatur in patre nomine filij minoris, cui conceditur tale remediũ restitutionis in integrũ aduersus sētentiā diffinitiuā, *l. patri, ff. de minor. Innoc. Io: de Imola, & Panorm. in c. suscitata de in integr. restit.* & pendente restitutione in integrum petita, licèt ea non cōcederetur, nihil interea innouari potest, vt notat *Accursius in tit. Codicis in integr. restitut. postul. nil noui*, quia restitutio in integrum, est quædam species appellationis, & ideò adinstar appellationis suspendit, *l. Præses, ff. de minoribus Benintendis decis. Bonon. 85. nu. 17.*

68 Relationes verò, siuè sententiæ consultorum, & computantium, aut aliorũ expertorum in rem iudicatam non trãseunt, nisi Iudicis decreto confirmentur ex relatis per *Muscatell. in glos. demandatur, n. 57. & seq.*

Quæro hic, quare decreta diffinitiua elapsis decem diebus non iterposita appellatione transitum fecisse dicuntur in rem iudicatam, sententia verò S. R. C. licèt intra decem dies decurrendos à die lectæ latæ non fuerit reclamatum
69 transitum prædictum fecisse non dicitur?

tur? *Muscatell.* in prædicta a *glos. demādatur sub n. 32. p. 1. secunda instantia*, rationem assignat: inquit ipse à decretis prædictis cum non appellatur, presūmitur illis victum paruisse à sententia S.R.C. licèt intra decem dies non reclamatur victum parere non præsumitur, nisi post notificatum mandatum de parendo, hæc ille; sed cur talis obtēperatio non præsumitur non inueni, scias sententiam S.C. non notificari, vt
70 pluries replicatum est, & ideò non induci aliam presumptionem, & licèt presumptio scientię latæ sententiæ oriatur à lecta lata, ex tali tamen præsumptione non præsumitur, in dubio ei victum parere, & regulariter quamuis, qui tacet consentire videatur *cap. is qui tacet de reg. iur. in 6.* nihilominus regula locū habet, quando de commodo tacentis agitur secus si de damno, *l. filius famil. §. inuitus, ff. de Procuratoribus, l. penul. ff. ff. de furtis. & l. ficut, §. non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat.* & latissimè tradiderunt, *glos. is qui tacet de Reg. iuris in 6 gl. & Abb. & Felyn. in C. nonne de præsumption. Bar. & Ias. in l. qua dotis, ff. soluto matrimonio.*

Secundò, deserta dicitur appellatio cum intra decem dies fuerit appellatū, sed postea intra quinquaginta dies immediatè sequentes non fuerit introducta appellatio, vt per *Afflict. d constit.*
71 *Appellationum, post n. 35.* & *idem in decis. 175.* & sicut minor aduersus appellationem non interpositam restituitur, vt supra *n. 57.* probatum est ita etiā aduersus dictam introductionem non factam *d. l. 1. C. si sępius in integ.*

Tertiò, destituta etiam habetur appellatio cum fuisset appellatum, deindè introducta eius causa non fuisset exer-
72 citata intra primum fatale, aut intra secundum non finita *textus est in d. l. fin. §. illud, C. de tempor. & repar. appell. & Auth. eiqui, C. eodem Mattheus in addit. ad Guidonem Papa, decis. 205. Muscatell. in glos. fatale num. 20. & glos. declarabitur nu. 2.* & ante eum *Scaccia de appell. lib. 3. cap. 2. q. 15. artic. 8. n. 179.*
73 Hic vnum nota, quod postquā fuerit deserta appellatio, si quid fuisset innouatum, licèt attentata sint reuocanda, nihilominus talis reuocatio fieri non potest, nisi mediate termino ordinario præuio libello, vt cōmunis *DD.* opinio est penes *Petr. de Benintendis decis. Bononia 40. n. 3.*
74 Cum ista intercederent impedimenta, ex quibus causa appellationis finiri non possit intra primum, & secundum fatale, tunc quidem protestatio requiritur, antequam delabatur, & quęnam sint causæ, ex quibus concedatur tertiū fatale consule *Guidonem Papa, q. 213. num. 3. & q. 436. num. 109.* ibi *Ioannem de Cruce, verbo centesimo quarto, Scacciā, vbi supra, q. 15. num. 34 & 181.*
75 Si accidat, vt ob lapsum fatalium appellatio deserta efficeretur, & appellās allegaret aliquid iustum impedimentū; tunc aut illud subsistit, aut non: non potest ad ulteriora procedi, donec Iudex non interloquatur, reijciendo, vel admittendo oppositionem secundū *Scacciam vbi supra num. 29. & Dom. Consil. Pratum ad Muscat. gl. secundi, versu, est verum*, cum verò contingeret appellationem declarandam esse desertā, partis citatio expostulatur *Carauita ritu 264. num. 3. Muscat. glos. prosequendum num. 120. & glos. demandatur num. 13. & 14.*

Si de appellatione desertione disceptaretur apud Iudicem ad quem, eaq; fortè dubia foret: tunc attenta opinione *Carauita ritu 260. n. 52. & de Franchis decis. 351. num. 4.* pro appellatione esset proferendum, reiecta desertione, quod locum haberet in M.C. verum in
76 S.C. cum talis desertionis exceptio opponitur, ad merita causæ reseruatur, testatur *Dom. Consil. Pratus ad Muscat. in glos. proceditur, versu secundum excitat*, vbi practicatum, & decisum refert in S.C.

Pondero hic vnum, illud nēpè quod
77 dixit *Afflictus decis. 78. & 243.* causam non introductam in S. C. & desertam, ob lapsum dierum 50. antequam declaretur deserta semper ex stylo eiusdem reuideri: inquam quod licèt p *tex. in Auth. si appellatione, C. de tempor. appellat.* fit prouisum, quando stat per Iu-

dicem appellationis,non currere fata-
lia,nihilominus hoc non procedit, quã-
dò pars appellans promisit labi tem-
pus,absque protestatione, quia debet
appellans summa ope insistere, quod
appellatio terminetur, alioquin fatalia
currunt, absque spe alicuius restitutio-
nis, ità singulariter dicit *Alex. in l. de*
pupillo, §. si quis ipsi pratori num. 7. ff. de
operis noui nuntiatione, & in l. properan-
dum, §. sin autem vtraque parte, num. 5.
C. de iudicijs, & in cons. 72. incip. videtur
prima consideratione n. 12. & 17. vol. 3.
quem refert, & sequitur *Dec. cons. 677.*
incip. visis consideratis idem dicit *Affl.*
in constit. appellationum tempora nu. 25.
& hoc rotundis verbis aperit *tex. in l.*
fin. §. illud, C. de tempor. appell. ibi, *nisi*
ipse appellator euidentissimis probationi-
bus possit ostendere, se quidem summa ope
visum voluisse litem exercere per Iudicẽ
autem stetisse, vel aliam inexorabilem
causam subsecutam, propter quam hoc fa-
cere minimè valuit, tunc enim aliud ei
annale tempus indulgemus, & lite mini-
mè finem accipiente, cadere eum de ap-
pellatorio iuuamine disponimus, cum sit
ei apertissima facultas, & nostram adire
maiestatem, & tarditatẽ Iudicis in qua-
relam deducere, & nostro beneficio perpo-
tiri non obstat dictum *Afflict. d. dec. 78.*
quia id expressè fuit reuocatum per de-
cretum eiusdem S.R.C. facta relatione
Excellentiss. Domino, tũc Proregi sub
die 24. Augusti 1539. per quod proui-
detur seruari in S. C. Pragmaticam
Regis Ferdinãdi, quæ est prima *in tit.*
de appellatione tenoris sequentis. *Ap-*
pellationum tempora per constitutiones
sacras præfixa obseruari volumus coram
quibuscumque Iudicibus, etiam in nostro
Sacro Reg. Consilio, in quo etiam circa fa-
talia dispositionem dictarum constitutio-
num locũ habere decernimus, quod qui-
dem decretum fuit factum ne litigantes
ab inde in antea freti authoritate dictæ
decisionis Afflicti causas appellationis
non prosequerẽtur sub spe, quod lapsu
fatalium non obstante reviderentur ex
eisdem actis, ità expressè dicit *Gram-*
mat. decis. 13. num. 5. vndè cautè proce-
dere debent procuratores vtendo op-
portunis tẽporibus protestationibus, vt
ità saltem consequi possint huiusmodi
reuisiones; fatalia enim sunt, adeò ri-
gorosa, vt aduersus eorum lapsum mu-
lieres non restituantur refert decisum
78 *Vinc. de Franch. decis. 284.* & licèt semel
aliter fuisset decisum in causa Ducissæ
Termularum, vt refert *Thor. in compẽd.*
p. 3. verbo *restitutio in integrum an cõ-*
petat mulieri, hanc tamen contrariam
decisionem reijcit *Dom. Consil. Stayban.*
resolut. 198. nu. 3. de quo meminit *Reu.*
D. Car. Ant. de Luca in suis obseruatio-
nibus ad *d. Dom. de Franch. obseru. 284.*
num. 3.

Quæro si appelletur, & de nullitate
dicatur, an deserta appellatione desertã
79 dici debet causa nullitatis? affirmatiuã
tenet opinionem *Dom. Consil. Pratus ex*
authoritate Bartoli in l. si expressim nu.
10. ff. de appellat. & ex alijs apud *Mu-*
scatellum ad in glos. rescribetur circa fi-
nem, cui addo *decisionem Guidonis Papæ*
436. num 97. quod secus esse decernit si
fuerit ab interlocutoria appellatũ, tunc
causam nullitatis non deuolui ad Iudi-
cem ad quem, sed ponderato *tex. in d.*
l. si expressim cõtrarium videtur conclu-
di, ibi *Et præscriptione summotus sit, mi-*
nimè confirmatur ex hac præscriptione,
vndè potest causa ab initio agitari, &
propterea causa nullitatis, aut sit simpli-
citer appellatum, aut expressè de nulli-
tate dictum, remanere videtur, vt sentit
idem *Bartol. vbi supra d. nu. 10.* interea
tamen inquit sentẽtiam, vel decretum,
quod ad caput desertionis executioni
80 demandari, etiam si causa nullitatis
non esset deserta, dic ergò, aut princi-
paliter fuit dictum de nullitate tempo-
re appellationis, & tunc deserta appel-
latione nõ dicitur deserta causa nulli-
tatis, aut incidenter, & tunc secus est, vt
fuit decisum testatur *Thomas Alphanus*
ad Nuntium Tartaglia in practica ciuili
cap. 6. incip. Valerius, si verò in causa ap-
pellationis pronuncietur, malè appella-
tum, tunc alius est casus, vtpotè incidẽ-
ter in appellatione venit nullitas, de
nullitate amplius ex defectu iustitiæ di-
ci non potest, docet *Bartol. in d. l. si ex-*
pressim n. 3.

No-

Nota, si quis appellasset, & deindè
litteras dimissoriales impetrasset à Iu-
dice ad quem, sed non per hoc intra
81 50. dies asportasset copiam processus,
tunc deserta declarari debet appellatio
vt diximus, verum pronunciatio talis
desertionis spectat ad Iudicem ad quẽ,
quia per expeditionem, & notificatio-
nem litterarum dimissorialium, illius
causa censentur deuoluta, vt benè tra-
dit *Marantas in speculo praxis actu 2. p.
6. num. 202. de appellatione*, quod secus
esset si appellans nõ impetrasset dictas
litteras, tunc enim ad Iudicem à quo
pertineret *Muscatell. in glos. prosequen-
dum, num. 3.*

Pariter est notandum instãtiam ap-
pellationis non currere cum fuerit ap-
pellatum ad superiorem omisso medio
82 ex errore, tradit *Thesaur. decis. 10. nu. 7.*
item pluribus in alijs casibus fatalia
non currere explicat, *Scaccia de appell.
lib. 3. c. 2 q. 15 per totam* quem vide cum
*glos. & DD. in cap. ex ratione de appel-
lationibus.*

Quod in hoc particulari circa impe-
dimentũ desertionis obseruaui, in qua-
dam causa, quã curabar iuuenibus cõ-
ferre non omittam, imò, quia in ea nõ-
nulli iuris articuli erant discutiendi, in
quibus infrascripta paucula pro meis
viribus exaraui, ideò vtcumque ea sint
inutilia forè non arbitror saltem, vt pe-
ritioribus aditus pateat addẽdi, & cor-
rigẽdi, quod semper concupisco.

Annis superioribus fuit per curiam
Capuanã interpositum præambuli de-
cretum quondam Claudiæ de Sapone
communis matris in beneficium Seba-
stiani Sapij, & Ioannæ de Fusco fratris,
& sororis vterinorum, quæ Ioanna post
diuisionem bonorum hæreditariorum
inter ipsam, & dictum suum fratrẽ fa-
ctam, portionem, quę ad se peruenerat
Fœlici Guastafierro, & Victoriæ peco-
rella coniugibus donauit. Post non-
nullos annos dictus Sebastianus male
monitus surdo aure, nulla mentione fa-
cta de decreto, ac diuisione, obtinuit
in M C. V. aliud præambuli decretum
cum onere dotandi dict ã Ioannam so-
rorem: de quo cũ statim ad aures di-
ctorum coniugum peruenisset, recursum
habuerunt ad eandem M. C. instantes
ex causis in libello expressis reuocari
decretum, nihilominus me pro d. con-
iugibus interueniente, inaudito, suspẽ-
so decreto dictæ Curię Capuanę suum
M. C. confirmauit decretum, a quo cum
83 in calce ipsius decreti notificati fuisset
interposita appellatio ad S. C. & spera-
bam ad aliquid non esse procedẽdum,
etenim in decretis pręambuli, licèt per
summariam cognitionem procedatur,
non ideò interlocutoria ea sunt, quia
interpositis, nil aliud Iudici agendum
remanet per *tex. in l. Iudex postea quã,
ff. de iudicijs*, aduerti eadẽ die, quo fuit
latum decretum, fuisse notificatum, &
illius executionem diuersam partem
quærere, vndè ad cohibendam affecta-
tionem cuiusdam scribæ, (qui post non-
nullos annos subita morte præuentus
rationem reddidit Deo) applicationem
exhibui decretatione de verbo facien-
do in S. C. ob quod biennij spatio par-
tes conquieuere, post cuius lapsum an-
no 1660. dùm in dicto S. C. fiebat rela-
tio, Procurator dicti Sebastiani excep-
tionem desertę appellationis voce op-
posuit, de qua cum nulla fuisset habita
ratio, tùm quia iustum aderat impedi-
mentum, quod erat verbum faciẽdum;
tùm quia processus semper fuerat pe-
84 nes Iudicem pro dicta relatione, & sic
ex facto Iudicis fatalia, elapsa dici nõ
poterant, ad tradita per *Scacciam de ap-
pellat d. lib. 3. cap. 2. q. 15. n. 122.* aut po-
tius, & melius, quia in S. C. fatalia non
currunt, donec causa appellationis non
fuerit commissa secundum *Afflictum
decis. 78. num. 3.* ibi *Vrsill Nouar super
Pragmat. 1. de appell. num. 27 & Gramm.
decis. 13. num. 5.* fuit ideò per S. C. ordi-
natum causam committi, vt est videre
in d. proc. in banca *Mag. Lauiani* penes
scribam *Papalem.*

In eadem causa, deindè disputari cõ-
tigit de pluribus.

Primò, an frater vterinus concurrẽs
cum sorore vterina in successione ma-
tris, eam excludat.

Secundò, an possit, non obstante *Cõ-
stitutione Regni in aliquibus*, suo præla-

tionis beneficio renunciare,& sororem admittere?

Tertiò,an admissa sorore per fratrē sit deindè fratri locus pœnitentiæ ope restitutionis in integrum prætextu iuris ignorantiæ?

85 Et quod ad primum,quod frater vterinus non excludat vigore statuti sororem vterinam à successione materna in terminis tradiderunt *Soccin. sen. vol. 1. consf.*84. qui nouem argumentis prædictam conclusionē verissimam esse ostēdit, *Brunus de statutis art.12.q.18.Merlin de legit. lib.3.tit.1.q.17. num.45.* & de communi testatur *Gabriel. comm.cōclus.tit.de testam.conclus.7. num.* 78. & ex nostratibus in terminis *d.constitutio.nis*, ita firmat *Caputus ad consuetud. si moriatur p.1.§.5 n.9.*

Quorum sententia irrefragabilis redditur illo principio, quod cum constitutio Regni *in aliquibus* sit correctoria iuris communis admittentis tā masculos, quàm fœminas ad successionem

86 matris,vt in *l.maximam vitium,C.de liberis præteritis*,ità interpetranda est, vt minus lædat ius commune p *tex.in cap. Odia de Reg.iuris in 6.*& ideò illius verba accipiēda sunt in potentiori, & proprio significatu,per *tex.in l.1. §.qui in perpetuum,ff.si ager vectigal.s*,constitutio autem cōcepta per verbum *filiorum, & fratrum*, ib *si autem filij masculi*,& ibi *Dùm tamen sorores, aut amitas, fratres,&c.* At verbum *filiorum* cum possit

87 intelligi de filijs eiusdem matrimonij, & diuersi,in proprio,& stricto significatu debet intelligi nempè de filiis eiusdem matrimonij, quia maiori vinculo sunt coniuncti, vt docet *Soccin. sen. vbi sup.sub num.5.in 9.argum.* per *tex. in l. etiam ff solut.matrim.*vbi *Bartol.*& verbum *fratres* in materia statuti non verificatur in vterinis tradit *Angel. in l. 1. ff.de inoffic. testam.* quē sequitur *Brunus in cit. artic.12. q.18.nu.2.* ergò concludendum est,verba statuti ad illos filios, & fratres referri ad exclusionem sororis,qui sunt ex eodem matrimonio non diuerso.

Sed esto, quod frater vterinus sororem excluderet,saltem attenta opinione illorū dicentiū statutum prouidere voluisse sexui masculino nō autē agna-

88 tioni vt tenet *Honned. consil.1. num. 17. vsque ad 61. lib. 2. Cratian. discept. forens. cap.813.num.10.& 11.tom.5.* subintrat secundus articulus, qui similiter iura sororis ponit in tuto, cum certum sit frtrē posse sororem, & si statuto ex-

89 clusam admittere, tradit *Bald.in d.l. maximum vitium,col.8.vers.sed pone, quod frater,C.de lib.prat. Iason. & Mar. fil.* ad quos se refert *Tom. Gramm. in consuetud. Neap. si moriatur in apostilla sed an stante statuto.§.sed his permittit Prætor instituit.de hæred qualit.& different,*cum alijs penes *Afflict super d.const.in aliquibus*, vbi pluribus hanc firmat sententiam *à num.8. & sub 27.*

Quibus positis in iure, constat in facto Sebastianum Sapio sororem vterinam admisisse ad successionem. Primò, quia tàm ipse, quàm soror comparuerunt in Curia Capuana pro interpositione præābuli,& præsentatio comparitionis est facta per fratrem,& sororē principales,*fol.2. & 33.*

Secundò, quia vigore præambuli d. Sebastianus processit ad diuisionem bonorum hæreditariorum cum donatarijs prædictæ suæ sororis, vt ex fide *fol.31.* verificata in termino *super 5.art. fo.48.& 56.& aner.lit.D.& fo.51.* quod idem probatum est per testes dicti Sebastiani super *omnib.artic.fol.70.& super secundo articulo fol.71.*

Tertiò, quia exegit hucusque tantūmodò medietatem nominum debitorū hæreditariorum, reliqua verò medietas fuit exacta à dicta sorore,& pro ea à suis donatarijs, vt testes *super 7. art. fol.55.& àter. & super omnibus art.fol. 60.& àter. 58.59. & seqq.*

Cœterum admissa semel sorore ad successionem non esse amplius locum pœnitentiæ ad beneficium fratris,testatur in terminis dictæ constitutionis *P.*

90 *Molfesius in comm. consuetud. Neap. t.1. q.12.n.6.de success.ab intest.*

Nec esse locum beneficio restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ apertè conuincitur, non tantùm ex eo, quod error iuris neminem excusat *cap. igno-*

91 *ignorantia de reg. iuris in 6. l. 2. C. de iuris, & fact. ignorantia. Bartol. in l. sed & si, §. scire, nu. 3. ff. de petit. hæreditatis*, sed etiam quia minor admittens sororem ad successionem vigore statuti exclusam, non potest in integrum restitui, vt in terminis scriptũ reliquerunt *Brunus, vbi sup. artic. 12. q. 7. Cassaneus in consuetud. Burg. tit. de successione rub. 7. §. 12. vers. Adde tamẽ* in addit. *sub n. 10.*

Processus cum diutius fuisset in expeditione, & propter articulorum difficultatem retardaretur causæ decisio, propterea interim festo Diui Iuuonis Pauperum Aduocati in venerabili Ecclesia SS. Apostolorum, proposita, & relata causa ab V. I. D. Fracisco Antonio Andreasso meo Præceptore, vbi multi ex DD. Consiliarijs interfuere, & inter eos D. Antonius Florillus meus præcipuus Dominus, olim Aduocatus famigeratus, & ob eius doctrinam in Consiliariorum numerum adscitus, & nunc R. C. S. Fisci Patroni munus substinens, quem ad Reg. Cancellariæ Magistratus fastigium (vt alio fisiculaui) euectum videre exopto, fuit plenius à Magnificis Assistentibus Congregationis dicti Diui Iuuonis discussa, & vnanimiter eorũ suffragia pro meis Clientibus propalata fuere, ex quo deinde factũ est, vt per transactionem factam inter partes liti finis imponeretur.

Eodem anno euenit, vt in causa Victoriæ de Mari cum Antonino Labuzzetta idem primus, & secundus disputaretur articulus, tàm de iure communi, & dictę *Constitutionis Regni in aliquibus*, Quam etiam attenta consuetudinis Neapolitanæ dispositione pro dicta Victoria, *Dom. Franc. Antonius Andreassus Præceptor meus, & Dominus* patrocinium præstitit, qui duas pro cliente edidit allegationes, quarũ secundã vti nõ modico studio cõgestã, & aliquibus ex votantibus dignam visam hic reimprimendam esse duxi, vt in casu contingibili studiosus lector à laboribus leuationem experiatur.

DVplici ratione aliàs fũdauimus Victoriã de Mari esse admittendã ad successionem Isabellæ Parise non obstante existentia Antonini la Bozzetta eius fratris vterini, & quia regulari debet successio prædicta à iure communi: in nihilo refragante Regni constitutione *in aliquibus*, & quia stãte pacto in capitulis matrimonialibus adiecto, quod dicta Isabella disponere valear seruata forma cõsuetudinis huius Ciuitatis, regulanda est successio à consuetudine prædicta, per quam apertè disponitur, filios, & filias ex diuersis matrimonijs matri succedere æqualiter nulla habita ratione sexus, vt in *in consuetudin. si qua mulier*. Vtrumque breuiter fundare contenti fuimus, tàm DD. auctoritate, quàm ratione; nouimus tamen vtrũque ex dictis articulis impugnari.

Et quoad primum replicari vidimus, DD. sororem vterinã admittentes fuisse locutos in terminis statuti conditi fa-
92 uore agnationis, quam Regni constitutionem nullo modo prospexisse contenditur, sed tantũ sexum, vt tradit *Reg. de Ponte de Potestate Proreg. tit. success. mul. num. 26.*

Imò superadditur, quod etiã in materia statuti agnationis fauorem respicientis, fratrem vterinum sororem ex-
93 cludere substinuerunt aliqui exaduerso adducti, inter quos *Onded. consi. 1.*

Et recensentur pariter nonnulli ex nostratibus, qui tradiderunt Regni constitutionem excludere sororem vterinam, vt sunt *Molf. ad consuetud. lib. 2. par. 4. tit. de success. ab intest. q. 40. nu. 2. Larath. consi.* 8. qui etiam ità decisum scripsit adducens *Pisan. ad Afflict. decis. 160. & Reg. de Marin. tom 2. resol. 208.*

94 Quo verò ad secundum articulum replicari audiuimus, pactum de disponendo seruata forma consuetudinis nõ operari circà successionem ab intestato; eò præsertim, quia bona dotalia sũt extra districtum, quę consuetudine non ligantur ex traditis per *Vrsillad Afflict. decis. 226. nu.* 8. vel saltim prætenditur terminos non esse applicabiles, quoad bona extra dotalia dictæ Isabellę sita pariter extra districtum.

Altius propterea materiam exordiẽdam esse duximus, ne breuitatem de more satis amplexãtes iura nostræ clientis,

tis sub aliqua dubietatis ambagine residere videantur, ac in primis pro replicatione ad obiecta discutiendæ sunt rationes, quibus mouentur, qui substinēt, sororem vterinam à fratre excludi vigore constitutionis Regni *in aliquibus*, non enim à principio immemores fuimus DD. qui pro fratre in hoc articulo scripserunt, sed quia non deficiunt, qui pro sorore contrariam opinionem defendunt etiam in terminis dictę constitutionis; inter quos relegendus est, *Caput. ad cons. si moriatur p.1. §.5. nu.9.* & potest addi *Cons. Theod. alleg. 99* qui licèt dubius decisionem per modū legis desiderauerit, attamen contra sororem non fuit ausus iudicare, sed tanquā arbiter, vt partes componeret mediam viam, veluti in casu dubio, eligēdo, tertiam partem sorori debitam declarauit, idcircò cum in articulis controuersis illa opinio sit sectanda, quę fortiori ratione fulcitur, quia ratio est anima legis; discutiamus omnes rationes, quæ à DD. exaduerso allegatis adducuntur, & quidem cognoscetur tantùm abesse, vt non subsistant, vt etiam ex replicatione contraria opinio, quam defendimus, magis innixa rationibus appareat.

Sed quia interim aliquo modò vrgere videretur contra nostram sententiam exemplum rei Iudicatę adductum *à Larath.* pro fratre vterino; idcircò obseruandum est in principio, quod ad hoc fundandum *Larath.* adducit *Pisan. in additt. ad Afflict. decis. 160.* quo relecto constabit *Pisan.* neq; se somniasse, sororem vterinam excludi à successione materna, ad quod allegatur; format enim additionem ad pręcitatam decisionem, in qua agebatur paragium quantum esse deberet, cumque fuisset conclusum cum distinctione in nupta, & in nuptura, subdit hæc verba. *Dum esset lis in S. C. inter Ferdinandum, Robertum, & Hieronymam Funatam, nàm mortua Hieronyma Funata sorore vterina ipsius Ferdinandi, ipse Ferdinandus petijt paragium competens eius sorori vterinæ in dotibus maternis, tandem fuit paragium liquidatum respectu legitimæ referente Minadois.* Hęc ille; nec aliud exaratū reliquit: apparet, itaque ex facto non fuisse petitam pro parte sororis vterinæ portionē sibi tangentem, sed tantummodò paragiū in qua petitione quantum esse deberet, veniebat solummodò discutiendum, & hic articulus fuit propositus, iste decisus non autem erat discutiendus articulus, an vterina succederet, dum hoc non fuerat petitum, atq; ideò asserere, quod fuit decisus articulus contra sororem respectu successionis ex eo, quia fuit iudicatum paragium petitum esse liquidandum respectu legitimę, est contra communem DD. conclusionem attestantium non posse censeri decisum, quod nō fuit propositum, & discussum,

95 [margin, beside "lecto constabit"]

96 vt ex *Bald. in l. receptitia, C. de constit. pec.* docet *Præs. de Franch. dec. 510. n.8.* & consequenter scripta per *Pisan.* malè ad quęstionem, de qua agitur *à Larath.* applicatur, cessat exemplum rei Iudicatæ per S.C. *à Larath.* iudicatum, & superest tantùm de veritate opinionum disserere, vt exindè opinio magis iuri consona amplectatur.

Ad rationes, itaque deueniando, qui fratris vterini partes tueri conātur, asserunt ex vi verborum, quibus vtitur Imparator in Constit. Regni *in aliquibus* induci exclusionem fœminarum ob existentiam fratrum, non tantùm ab hæreditate paterna, sed etiam materna, iuxtà tradita per *Reg. Capyc. Latr. tom.2. decis. 135.* constitutio enim dictatur per verbum *parentum*, ibi *quod quidem, & naturæ dignoscitur esse contrarium, quæ parentum votis, absq; discretione sexus, tàm masculos, quàm fœminas commendauit*, & ibi *hac lege sancimus Patre mortuo, tàm filios, quàm filias ad parentum successionem, absque sexus discretione vocari, &c.*

97 parentum verò appellatione venire matrem in dubium fieri existimant, *ex tex. in l. si quis à libertis, §. siuè parens, ff. de lib. agnosc.* & addunt non posse amplius dubitari in Regno, quod frater sororem excludat etiam à materna successione; sic enim citatus Regēs decisum fatetur, & ità passim obseruatur; quo posito inferunt, quod dum cōstitu-

stitutio indistinctè præferri voluit filios in successione patris,& matris, absque alia distinctione,est obseruanda etiam ad beneficium filij ex altero matrimonio,cum,& hic propriè etiam filius appelleretur respectu matris.

98 Verùm pro contraria opinione negatur conclusio, quod nempè exclusio filiarum à successione materna ex verbis dictæ constitutionis sit introducta, constitutio enim de materna successione non loquitur, vt infra; concedimus tamen in Regno fratrem excludere sororem etiam à successione materna, vt decisum refert citatus *Reg.d. decis.*135. at hoc non ex verbis constitutionis, vt ratiocinatur *dictus Reg.* fuisse dispositū, sed à consuetudine sic generaliter introducta profectò causari, defendimus, moti authoritate *Iser.in d.constit.in aliquibus,ver.quintum decimum*, quo loco disputato articulo, an constitutio locū habeat in successione materna, refert primam opinionem peritorum existimantium non habere locum ex rationibus per eum adductis, deindè *à vers. alij sunt,qui dicunt,&c.* recēset opinionem illorum, qui substinent habere locum,etiam in successione materna, & relatis rationibus, quibus mouētur postremò subdit verba infrascripta, *& hæc vt ipsi dicunt videtur probari per generalem consuetudinem,& hoc verius est,si hic vsus, consuetudo probetur, quia moribus Ciuitatum, &c.* Amplexatur itaq; *Isern.* opinionem peritorum existimātium filias excludi etiam à successione materna, sub conditione tamen quatenus consuetudine,ità receptum reperiatur,vt apertè se declarat sub illo verbo, *& hoc verius est si,&c.* dictio enim si cōditionem importare constat,ex *Bar. in l.*1 *ff.de condit. & demon.* & hanc fuisse *Iser.* mentem patet ex traditis per eum paulò inferius,dùm indicat necessitatē probandi hanc cōsuetudinem,ibi *oportet autem probari hoc; quia ei qui dicit incumbit probatio*, & plures deindè docet modos probandi consuetudinem, itaque negari non potest *Iser.* eatenus exclusionem filiæ à materna successione admisisse sequendo opinionem peritorum hoc attestantium,quatenus cōsuetudine ità introductum reperiatur, qua consuetudine deficiente contrariā sententiam videtur amplecti.

Hanc eandem sententiam aliàs fuisse secutum S.C. constat apertè, *ex Affl.*

99 *dec.* 178. cum enim tractaretur de successione materna inter personas de Ciuitate Surrenti, in concursu fratris, & sororis refert fuisse conclusum per hæc verba, *sicut in bonis paternis filius masculus præfertur filia fæmina in successione, dum tamen sororem maritet secundū paragium, vt in constitutione Regni in aliquibus, in bonis maternis masculus præfertur sorori in successione bonorum maternorum,dummodò sororem maritet, & dotet secundum paragium, quia dicta constitutio dicit parentum,& sic intelligitur de patre,& matre,vt dicit And. in d.constit.in principio verb. parentum, & hoc est verum, quando apparet sic fuisse interpretatam dictam cōstitutionem per consuetudinem; aliàs si non apparet de dicta consuetudine filius masculus, & filia fæmina pariter succedunt in bonis maternis,& in hac conclusione residet Andr. &c.*

Quamuis verò in causa prædicta S. C. decreuerit, sororem excludi à successione materna nulla existente probatione de consuetudine, dum de hac probatione nulla fit mentio in *decis. prad.* & hinc infert citatus *Reg. Capyc. Latr. num.*24. decisionem non potuisse fundari in consuetudine huius Ciuitatis,quia casus euenit in Ciuitate Surrēti,& consuetudo non porrigit vires extra districtum, quapropter necessarium esse fateri,quod S. C. secutū fuerit opinionem peritorum tenentium vigore constitutionis sororem à maternis bonis excludi, dum nulla consuetudinis probatione concurrente fratrem admissit ad successionem exclusa sorore.

Replicare fas erit virum alioquin doctissimum non obseruasse solito more motiua decisionis prædictæ, melius enim intuenti apparebit, causam rela-

100 tam *ab Affl.* absolutè fuisse decisam attenta consuetudine huius Ciuitatis, id quod patet ex ratione,quam allegat

O idem

idem *Affl.* ibi *Vndè cum appareat consuetudo Neapolis in scriptis redacta, qua incipit si moriatur, &c. sequitur quod dicta Priscida non succedebat matri propter existentiam dictorum masculorum, &c.*

Et causam prædictam secundũ terminos consuetudinis fuisse decidendã duplici ratione fundatur; altera est, quia in casu proposito matrimonium erat contractum secundũ vsum Capuani,& Nidi, vt in facto, qui vsus non tantùm consistit in exclusione parẽtum à successione filiorum, vt existimauit *dictus Reg. Capyc. Latr.* dum citat *Camill. Saler.* sed continet etiam caput facultatis, quam mulier habet disponendi secundum consuetudinem in scriptis redactam, vt tradit *Praes. Merlin. cent.* 2. *cap.* 49. recepta est enim opinio, quod nouus vsus contineat omnia exarata, per *Affl. decis.* 273. non autem versetur tantùm in capitibus exaratis, p *Camill. Saler.* à citato *Reg. Capyc. Latr.* allegatũ: posito autem pacto disponendi secundum consuetudinẽ, vt in primis allegationibus probauimus, successionem ab intestato esse regulandam à dicta consuetudine, & si bona sita fuerint extra districtum, prout infrà etiã plenius demonstrabimus, ergò nõ immerito causa relata *ab Affl.* secundum consuetudinem huius Ciuitatis erat decidenda, quemaemodum fuit decisa, atque ideò consulto proponitur in facto per eum relato matrimonium fuisse contractum secundum vsum Capuani, & Nidi.

101

Altera ratio, propter quam attenta consuetudine huius Ciuitatis soror erat excludenda, etiam si matrimonium non fuisset contractum secundum nouum vsum, illa videtur esse præcipua, quia, & si iuxtà terminos constitutionis Regni erat necessaria probatio consuetudinis introductæ ad finem excludendi filiam à successione materna, vt testatur *Iser. & idem Affl.* quæ probatio in illa causa defecisse videtur, attamen, quia consuetudine huius Ciuitatis, quæ est caput Regni, vsu receptum est, filiam excludi à successione materna, merito ità iudicandum erat, absque alia probatione in alijs partibus Regni non concurrente alia probatione in contrarium, vt tradit *Cons. Theod. d. alleg.* 99. cui addimus *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 19. idque ex regula dictante consuetudinẽ Vrbis, quæ est caput, in omnibus alijs Prouincijs esse seruandam, *vt in l.* 1. *§. sed si qua leges, C. de vet. iur. enucl.* atque ideò *Affl. in quaest. proposita*, postquam docuerit constit. Regni nõ habere locum in materna successione, nisi quandò apparet ità consuetudine fuisse interpetratum *ex And.* quẽ allegat; immediatè posuit illa verba; *Vndè cum appareat consuetudo Neapolis in scriptis redacta, &c. sequitur dicta Priscida non succedebat matri*; ad demonstrandum, quod ratio decisionis verè fuit consuetudo huius Ciuitatis exclusiua fœminarum à materna successione ob existentiam filiorum, quæ influebat ad alias Regni partes contraria cõsuetudine non probata, non autem ipsa constitutio.

Et profectò si veritas exquirenda erit in hac controuersia, patet ex lectura *constitutionis*, Imperatorem tractasse tãtùm de successione paterna, quod primò demonstratur, quia constitutio fuit emanata ad correctionem consuetudinis, quam prauam appellat *Imperator Federicus* in præfatione, consuetudo verò, quæ corrigitur, introduxerat exclusionem filiarum à successione paterna tantùm, vt constat ex illis verbis cõstitutionibus, ibi *In aliquibus Regni partibus consuetudinem pravã audiuimus, hactenus obtinuisse, quod in bonis Comitis, Baronis, vel militis, qui decesserit filijs masculis non relictis filia non succedunt, &c.* nihil ergò apparet consuetudinem induxisse circa bona materna, atque ideò nihil circa maternam successionem ab Imperatore innouari dicẽdum est ex regula, quod lex noua corrigens debet intelligi secundũ terminos prioris legis correctæ, itaut præsupponat omnia, quæ in priori lege continentur, vt tradit *Tusc. lit. S. concl.* 259. *num.* 3. & est *tex. in l. nihil, ff. de coniung. cum emancip. liber.* vbi *Bar.* notat qualitatem dispositionis correctæ

102

cen-

censeri repetitam in lege corrigente.

Rursus hoc idem demõstratur apertius, quia dictatur constitutio per hæc verba *post mortem patris*, iterum *patre mortuo*, & in specie, quando statuit filios preferri dicit *Patri decedenti superfint*, ac in finalibus verbis subdit, *cum bonis omnibus, quæ patris fuerint secundum paragium curabimus maritare*, nec in tota constitutione verbum legitur in matre, & licèt quandocumque Imperator vsus fuerit in eadem constitutione, verbo *parentum*, cuius appellatione putant venire matrem, obseruandum est, quod Imperator vtitur verbo *parentum* in duobus locis, ibi *quod quidem, & naturæ dignoscitur esse contrarium, quæ parentum votis, absque discretione sexus, tã masculos, quàm fœminas commendauit*, & hoc in loco verbum *parentum* non ponitur in dispositiuis, sed in ratione dicti, vt aduertit *Iser.* cum enim prauam appellauerit Imperator consuetudinẽ hactenus introductam exclusiuã prorsus fœminarum, reddit rationem, quarè erat praua, quia scilicèt erat contraria naturæ, &c. secundò vtitur verbo *parẽtum*, ibi, *ad parentum successione vocari*, & in hoc loco verbum *parentum*, p necessè sumẽdum est pro patribus in numero plurali, parens enim appellatur, nedum pater, & mater, sed etiam solus pater, & quod verbum prædictum in plurali numero sit sumendũ patet, quia dicit *Patre mortuo, tã filios, quàm filias ad successionem parentum vocari*, quod si intelligeretur de successione patris, & matris sequeretur secundum litteram *constitutionis*, quod mortuo patre filij succederent in bonis paternis, & maternis, dum constitutio vocat illos mortuo patre ad successionem parẽtum, vel sequeretur, quod filij non succederent in bonis maternis, nisi patre mortuo, quod tanquam absurdum nullo iure erit admittendum, *text. in l. nàm absurdum, ff. de bonis libert.* Veritas ergò est verbum parentum sumi pro *Patribus* in constitutione prædicta, & ità declaratur etiã à rubrica, in qua cum tractetur de successione filiorum Comitum, & Baronũ in numero plurali, ideò constitutio disponens de successione illorum dictatur per verbum numeri pluralis, vt correspondèret rubricæ, sub qua situatur constitutio prædicta.

Nec potest substineri, quod saltem appellatione patris veniat etiam mater ex ratione, quòd masculinum concipit fœmininum; etenim nullibi cauetur, quod patris appellatione mater contineatur, & conclusio quod masculinum concipit fœmininum obtinet locum eo casu, quãdò statutũ loquitur per adiectiuum, siuè terminum communem, secus si loquatur per substantiuum, vt est nomen hoc *Pater*, ità *Alex. cons. 125. nu. 16. lib. 7.* insuper regula superius enunciata non habet locum, etiam in materia, in qua lata facienda esset interpetratiò, quoties tertio per huiusmodi interpetrationem præiudicium infertur, vt aduertit idem *Reg. de Marinis tom. 2. post eius resolutiones in 1. respons. num. 9.* & indubium est per huiusmodi interpetrationẽ præiudicium fieri filiabus pariter vocatis vna cum masculis ad successionem maternam ex dispositione *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* ergò neque ex verbis expressis in constitutione positis, neque ex interpetratione illorum substineri poterit filias ob existentiam filiorum excludi à successione materna, & omninò sectanda est sententia *Isern.* asserentis filiam ab hac successione excludi solum, quando consuetudinẽ ità reperitur introductũ.

Quæ omnia cum ità se habeant, prout per iuris tramites fuit demonstratum reiecta opinione contrarium defendentium, duæ ex enarratis oriuntur conclusiones ad fauorem Victoriæ
103 de Mari sororis vterinæ. Altera erit quod dum verba *constitutionis* non induxerant prælationem masculorum in successione materna, sed tantum consuetudo; talis consuetudo tantum operatur in potentia, quantum vsus ei concessit, vt p *Gratian. discept. 88. num. 18.* atque adeò cum in successione materna reperiatur practicata exclusio sororis ob existentiam fratris vtrinq; coniuncti tantùm, vt constat ex decisione relata *ab Affl. & Reg. Capyc. Latr.* neque

 pro-

probetur hanc consuetudinem fuisse etiam introductam ad beneficium fratris vterini, prætentio vterini nõ potest fundari in verbis constitutionis, quia non loquitur de successione materna, neque in consuetudine, quia non probatur introducta ad fauorem vterini, & ideò decidenda remanet quæstio iuxtà terminos Iuris communis.

Altera conclusio est, quod dum in hac Ciuitate introductum est speciali consuetudine etiam scripta, sororem vterinam nõ excludi à successione materna, sed pariter concurrere, idẽ obseruandum erit in cœteris partibus Regni, in quibus contraria consuetudo non reperitur introducta, non enim licèt à capite membra discedere, iuxtà *tex. in cap. cum non liceat de præscript.* atque ideò id, quod in hac Ciuitate seruatur respectu successionis maternæ, seruandum erit in aliis partibus Regni, in quibus non probatur contraria consuetudo introducta ex traditis *Consil. Theod. & Molin. in locis allegatis*, & quemadmodum hęc ratio alias mouit S.C. ad decidẽdum, quod soror excludatur ob existentiam fratris à successione materna, *teste Affl. in alleg. decis.* 378. qui in illa causa consuetudine aliqua non fundata pro ratione decisionis ad ducit consuetudinem huius Ciuitatis, licèt tractetur de successiune extrà districtum, ità è contra eadem ratio facit, vt stante consuetudine huius Ciuitatis soror à fratre vterino in toto Regno non excludatur.

Secunda ratio, qua mouentur sectãtes opinionem contra sororem vterinã illi principio nixa videtur, quia existimant in huiusmodi exclusione filiarum non considerari fauorem agnationis
104 conseruandæ, sed tantummodò sexus prædilectionem, vt tradit in terminis dictę constitutionis *Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. de success. mulier. nu. 26. & 17. ex Molin. de primog. lib. 1. c. 5. num. 37.* qui scriptum reliquit non posse considerari rationẽ agnationis, quoties fœminę non reperiatur in totum, ac perpetuò exclusæ, sed tantùm masculi eodem gradu præferuntur, & asserunt ex eo præsertim cognosci, quod non sit habita ratio agnationis conseruandę, quia desperati de prole propaganda, vt sunt Monachi capaces in cõmuni, non excluderent sorores, quas tamen præferri videmus, & exindè inferunt, quod cum eadem prędilectio sexus considerari valeat respectu fratris vterini, ac fratris vtrinque coniuncti; saltim ex identitate rationis idem iuris est statuendum in successione materna ad beneficium fratris vterini, per *tex. in l. illud, ff. ad l. Aquiliam.*

At pro responsione ad argumentum replicatur primò non esse admittendã rationem ab ipsis assignatam, quod nẽpè constitutio respexit fauorem sexus
105 non agnationis; etenim communis DD. schola se habet huiusmodi statuta, & consuetudines fauore agnationis censeantur introducta, vt in specie tradiderunt *Affl. in d. constit. in aliquibus num.* & alii quos citat *Gabr. commun. conclus. tit. de statu conclus. 6. num. 1. & Michelor. de fratribus p. 3. q. 9. n. 3.* qua ratione fuisse etiam introductas cõsuetudines exclusiuas fœminarum ob existentiam fratrum, docet *Gratian discep. cap.* 470. *num.* 29. & hoc maximè locũ obtinet, quando filia excluditur occasione dotationis, tunc enim dotatio facienda à patre, siuè fratre facit censeri nullam aliam fuisse rationem statuendi, quam agnationis conseruandæ ab eo, qui dotandi onus sentire debet, vt in terminis tradit *Mart. de success. legali p. 1. q. 3. art. 3. nu. 12. ex Socc. sen. lib. 1. cons.* 84. *num. 2.* omninò relegendo, cũ hic materiam tractet in terminis statuti Senensis excludentis expresè fœminas etiam à successione materna, vt constat in figuratione casus, in qua statuti verba exarata leguntur.

Et licèt aliquibus substinere visum fuit, hanc conclusionem non procedere, quando tractatur de hæreditate materna, tunc enim fauore masculini sexus non agnationis contendunt induci exclusionem fœminarum ad beneficium fratrum, vt voluit *Onded. d. conf. 1. vsq; ad num. 61. lib. 2. & Gabr. conf. 15. n. 35. lib. 1* asserentes respectu matris nõ posse

ſe conſiderari agnationem, aduertendũ tamen eſt, quod ſententia *d.DD.* eſt cõmuniter reprobata, vt teſtatur *Michelör d.quæſt.9.num 4.in fine*; qui refert ad fauorem ſororis vterinę contra opinionem, *Onded.* fuiſſe iudicatum in eadem cauſa in qua ſcripſit *Onded.* licèt de materna ſucceſſione, ibi tractaretur.

Itaque contra ſententiam illorum, qui voluerunt in ſtatuto excluſiuo filiarum à ſucceſsione materna non conſiderari fauorem agnationis, ſed ſexus, vrget communis opinio, vrget exemplũ rerum iudicatarum, nec minus vrget ratio; ſiquidem licèt in fœmina non poſſit conſiderari fauor agnationis ſuæ; quia filij non ſunt de ſua agnatione; attamẽ dubitari nequit, vt videatur ſemper proſpicere quantum in ſe eſt agnationi filiorum ſuorum, vt experientia docet, quę rerum magiſtra nuncupatur *in cap quam ſit de elect. in 6.* atque adeò etiam in diſpoſitione mulieris poſſe cõſiderari rationem conſeruandæ agnationis, admonet *Fuſar. de ſubſtitut. q. 499.nu.29. & 30. & Mantic. de coniect. lib.6. tit.10. num. 6. & 7.* ſi igitur circà diſpoſitionem mulieris eſt in conſideratione fauor agnationis, non videmus qua ratione ſubſtineri poſſit ad eandẽ agnationem non fuiſſe habitum reſpectum à ſtatuentibus, ſiuè conſuetudinẽ introducẽtibus, vt ſubſtinet *Onded.* quãdo regulare eſt huiuſmodi ſtatuta, ſiuè conſuetudines fauore agnationis cenſeri introducta, vt ſuperius fuit demonſtratum, & à diſpoſitione teſtatoris ad ſtatutum poſſe argumentari docet *Menoch.conſ.187.num.39.* qui ſtatutum vltimis voluntatibus æquiparari ſcripſit *in conſ.266.num 8.*

106 Quibus adijcitur DD. tuentes, ſexum non agnationis fauorem, conſiderari, & adduci poſſunt etiã pro ſorore vterina in terminis dictæ conſtitutionis *in aliquibus*, prout eſt *Mart. de ſucceſs. leg. in cit.p.1 q 5.art.3* qui licet ſubſtineat *à num.7.* ſtatutum excludens fœminas à ſucceſsione patris, item matris credẽdum eſſe cauſa conſeruandi bona in maſculos fuiſſe introductũ citans *Caſtr. Dec. Ondend. & alios* deindè verò volens reſpondere obiectis pro contraria opinione declarat ſe hanc ſententiam ſequi, quando ſtatutum præcisè diſponit de hæreditate materna, dum dicit DD. qui pro contraria parte allegari conſueuerunt non loqui quando ſtatutum præcisè diſponit ſuper ſucceſſione materna, ibi, *Sed quando præcisè diſponit ſuper matris ſucceſſione, non ità accipienda ſunt, quoniam nulla agnationis, ſed ſola maſculinitatis ratio habita fuit, quia ſtatuentes etiam in linea materna ſexui maſculino prouidere voluerũt, &c.* Supponit ergò ſtatutum reſpicere ſexũ non agnationem, quandò præcisè diſponit de ſuceſsione materna, at in replicatione ad primum argumentum ſatis ſuperque fundatum eſt in conſtitutione noſtra non tractari præcisè de ſucceſsione materna, ergò etiam poſita pro vera opinione *Mart.* conſtat ex traditis per eum in terminis dictæ conſtitutionis eſſe amplectãdam opinionem illorum, qui tenent fuiſſe habitam rationem agnationis, & non ſexus; dum hanc ſententiam reprobat tantum, cum ſtatutum præcisè diſponit de ſucceſsione materna, quomodò nõ diſponit cõſtitutio.

Imò ex verbis eiuſdem conſtitutionis conuincitur agnationis non ſexus fuiſſe habitam rationem, non enim agitur ibi de noua diſpoſitione introducta ad excluſionem fœminarum, ſiquidem ante conſtitutionem conſuetudine reperiebatur hoc introductum, vt teſtatur Imperator Federicus in proemio dicẽs *in aliquibus Regni noſtri partibus conſuetudinem prauam audiuimus, hactenus obtinuiſſe, quod in bonis Comitis, Baronis, vel Militis, qui deceſſerit filijs maſculis non relictis filia nõ ſuccedunt, ſed conſanguinei quantumcumque remoti maſculini ſexus*: Imperator autem reformando conſuetudinem; quã prauam appellat pro quãto fœminas omninò excludebat propter maſculos etiã remotiores, voluit fauere fœminis, ac reſtringendo conſuetudinem diſpoſuit, vt illę excludantur à filijs maſculis tantum, & in hoc ſe conformem reddit in partem conſuetudini prædictę, quæ filias,

lias,ob existentiam filiorum,etiam ante constitutionem excludebat; Disposuit vlterius, vt filijs deficientibus succederent filiæ exclusis agnatis remotioribus à consuetudine admissis, & in hoc consuetudinem ipsam reformauit, sed ratio qua reperiebatur introducta consuetudo prædicta in partem reformata certè consistit in fauore agnationis dū filias perpetuò excludebat, quo casu fauore agnationis,fœminarum exclusionem fuisse introductam non negant etiā illi,qui in terminis dictæ constitutionis contrarium tuentur: Ergò ratio constitutionis reformantis in partem dictam consuetudinem eadem esse censetur,quod nempè agnationis ratio fuerit habita ab *Imperatore Federico* dictam cōsuetudinem reformante,quia statutum nouum recipit interpetrationem à statuto reformato, vt tradit *Me-*
107 *noch. cons. 278. num. 5.* cum etiam à lege abrogata possit argumentum sumi ex ratione legis prædictæ, vt testatur *Felyn.in cap.1.de constit.à nu. 19.* & dispositio subsequens ampliatur, & restringitur secundum præfationem, vt docet *Minad.in d.constit. in aliquibus in diu. tex.num.2.fol. 55.*

Neque prædictis resistunt rationes pro contraria opinione allatę in principio huius secundi argumenti, quod enim fœminæ non reperiantur perpetuò exclusæ, sed solum fratribus existentibus,non facit quominus possit cēseri habita ratio agnationis, vt existimat citatus *Reg.de Ponte ex Molin.* quē adducit; siquidem contra *Molin.* sententiam vehementer vrgent tradita à *Peregr.de fideicomm.art.25.num.26.* qui subdit, non esse inconueniens, vt ratio agnationis videatur habita,quo ad certas personas,& certos gradus *ex Ancha. Gabr.Dec.* & alijs per eum allegatis.

Quod verò Monachi, & alij Ecclesiastici, licèt prole desperati excludant sorores vigore nostræ cōstitutionis nō
108 eueniat ex eo; quia non sit habita ratio conseruandæ agnationis,sed sexus, vt alij putant; sed ratio qua fundatur conclusio prædicta,ea est, quia Clerici vtuntur beneficio statuti ad eorum beneficium, iuxtà tradita *per adden.ad Roman.singul.446.* & alios quos adducit *Marta de success. legal.p.1. quæst.13. num.2.* & posse,vel non posse agnationē seruari per huiusmodi filios est quid accidentale, quod in considerationem esse non debet;attēditur enim communis hominum natura *per tex.in l.si quis posthumus,ff.de liber. & posth.* quemadmodum ratiocinatur *Michalor. de Fratribus d.p.3.cap.8.num.4.ex Bald.consil. 65.inter cōs.Angel.& Thes.lib.2. qq.for. q.1.num.10.*

Constat igitur exclusionem filiarum ob existentiam filiorum ratione agnationis cōseruandæ fuisse introductam, & hanc rationem considerari in terminis Regni constitutionis; parum refragantibus motiuis,quæ *Reg. de Ponte,* & alios in contrariam sententiam acclinare fecerunt.

Ex quibus insurgit tertia conclusio ad fauorē sororis vterinæ,vt cum agnatio nulla considerari valeat inter sororem, & fratrem vterinum, consequens est, vt constitutio, quæ absolutè omnia disposuit in successione paterna fauore agnationis, non possit applicari ex identitate rationis in successione materna ad exclusionem sororis vterinæ, cum ratio exclusionis in agnationis fauore consistens non vigeat in hoc casu.

Sed esto,Imperatorem fuisse motum in constitutione prędicta ad preferendum masculos fauore sexus, vt contēditur,non autem fauore agnationis, adhuc cum constitutione loquatur de successione paterna,vt plenè superius fuit indicatum,non potest ab ea sumi argumentum ex identitate rationis in successione materna; certum est enim per constitutionem prædictam corrigi *tex. in l.maximum vitium,C.de liber.prater.* & in dubium est etiam rationem, qua mouetur Imperator ad excludendum fœminas contra *text.prædictum,* saltim non esse expressam in constitutione prę-
109 dicta,quia expresse non legitur in illa, ex ratione autem legis, siuè statuti retenta in mente conditoris argumentari non posse quando statutum continet ius singulare,tradit *Niger. de Laud. tom.*

tom.1.q.45.num.38.ex Bald.in l.fin.Cod. comm.vtr.Iud.num.9. & plenius *Euerar. in topica legali, tit.à ratione l. ad extentionem ipsius à nu.*12.& signanter *n.* 14. *& num.*16. vbi loquitur in terminis statuti,ergò nullo iure substineri potest sororem vterinam excludi à materna successione vigore cõstitutionis *in aliquibus* sumpto argumento ex idemtitate rationis, vt alij existimant, & remanet decisio causę sub dispositione *d. l. maximum vitium*, qua pariter vna cũ fratre ad successionem admittitur.

Tertiò ad exclusionem sororis vterinæ ponderari solet, quod in constitutione Imperator vsus fuerit,verbo *filij*, & verbo *fratris*, ibi, *si autem filij masculi cum filiabus fœminis, &c.* & ibi, *dum tamen sorores,aut amitas fratres,aut nepotes secundum paragium debeant maritare*: cumq; filij nuncupentur etiam ex diuerso matrimonio nati,& fratres etiã qui nascuntur ex matre tãtum per *tex. in l. Iurisconsultus* 10.§.2. *gradu. ff.de grad.* inferunt exindè,quod constitutio tamquam generaliter loquens, generaliter sit intelligenda per *tex. in l.*1.§. *generaliter,ff.de l.prastan.*

Hoc tamen argumentum satis debile demonstratur ex duobus. Primò,
110 quia constitutio pro quanto admittit exclusionem fœminarum ob existentiã fratrum,dicitur exorbitans à iure communi, quasi quod videatur accusare naturam, & dispositionem *tex. in d. l. maximum vitiũ*,vt aduertit *Corn.vol.*3. *consf.*102. *num.*5. atque ideò tanquam odiosa filiabus in hoc capite restringẽda est,per *tex.in cap.odia.de regul.iur.in* 6. verba sunt sumenda in potentiori,& proprio significatu, iuxtà *tex. in l.*1.§. *qui in perpetuũ,ff.si ager.vectig.*at in potentiori significatu verbum *filij* debet intelligi de filijs eiusdem matrimonij, quia maiori vinculo inter se sunt coniuncti,vt docet *Socein.sen. d.consf.*84.*sub num.*5 *lib.*1.quemadmodum priuilegiũ filijs cõcessum in *l.etiam, ff. sol. matrimon.* nè tanquam patris hæredes pro dotis restitutione conueniantur, nisi in quantum facere possunt, non intelligitur concessum filijs diuersi matrimonij, sed eiusdem cuius occasione dos fuit consignata,vt concludit *glos.in l.sciendum, ff.de re indic.& Bart.in d.l.etiam*; fratris autem appellatione in materia statuti,in quo facienda est strictã inter-
111 petratio non venire fratres vterinos, aduertit *Brun.de statut.art.*12.*quaest.*18. *n.*2. ex traditis per *Angel.in l.*1. *ff. de inoffic. testam.*quo loco edocuit non deberi gabellã de legato ordinato ad beneficium fratris vterini, & si statutum generaliter mandet de omni legato relicto fratribus gabellam esse soluendã, igitur cũ verba illa, quibus vsus est Imperator *filij,& fratres* sumpta in potentiori,& stricto significatu, quemadmodum esse sumenda demonstratur, non possint verificari in fratre vterino, sequitur illos non esse in consideratione ad exclusionẽ sororis vigore dictæ constitutionis,cuius verba omninò sunt interpetranda ad fauorem sororum,tum ex prædictis, tùm etiam,quia constitutionem apparet fuisse emanatam absolutè ad fauorem fœminarum, vt testatur *Minad. in ead. constit. in diuis. tex. num.*3 *fol.*55.quamobrem omnis interpetratio sumenda est,qua magis augeatur fauor fœminarum, vt tradit *Alex. vol.*6.*consf.*214.*num.*12.*per tex.in l.quod fauore,C.de legibus.*

Insuper ex alio cognoscitur Imperatorem non sensisse de fratre vterino; si quidem in constitutione sunt posita illa verba, *dum tamen sorores, aut amitas fratres,aut nepotes, pro modo facultatũ*
112 *suarum, & filiorum superstitum numero secundum paragium debeat maritare*; quæ verba tanquam adiecta nouæ constitutioni,per quam adhuc correcta remanet dispositio *l.maximum vitium*, necessariò sunt sumẽda in eum sensum, vt minus lędatur ius commune,per *tex. in l.si serui, C.de noxalib.& l.* 3. §. *hac verba,ff.de neg.gest.* itã quod si duo possunt operari contra ius commune, ad vnum tantum extendantur,vt admonẽt *Cacher.decis.*167.*n.*22.*& Barz.decis.*97. *num.*48. at illa dictio *dum tamen* duplici modo sumi potest, vel quod conditionem,aut modum inducat;quasi quod frater ad successionem admissus dotare

re

re teneatur, iuxtà tradita p *Ruin. vol.* 1. *conf.* 202. *num.* 4. vel quod non importet nouum onus, sed tãtum monitionẽ, vt quis cum effectu faciat illud, quod facere tenetur, veluti quando adijcitur oneri, quod alias à iure tacitè inest, vt ex *Alex. in l.* 1. *ad l. Falcid. num.* 8. tradit *Anton. Gal. Maluas. vol.* 1. *conf.* 39. *nu.* 23. qui propterea substinet huiusmodi dictionem appositã in statuto Bononiensi per quod conceditur mulieri facultas testandi de dote, dum tamen liberis, seu ascendentibus legitima reseruetur, necessitatem non importare, sed tantum admonitionem ex eo, quia legitima descendentibus, & ascendentibus alioquin de iure debetur. Ergò cum verba accipienda sint in eum sensum, quo minus lædatur ius commune, vt supra: concludẽdum est, illam dictionem *dum tamen* in constitutione appositam stare in vim monitionis, non autem noui oneris adiecti, & proindè verba dirigi ad illos fratres, qui de iure tenẽtur dotare sorores, quos cum vocauerit ad successionem Imperator exclusis sororibus, monitos voluit, vt adimpleant onus dotandi ad quod de iure tenentur.

Videndum itaque superest, qui sunt isti fratres, qui iuris necessitate dotare tenentur, & quibus verba constitutio-
113 nis diriguntur, ac certè nõ potest intelligi de fratre vterino, cum hic dotare non teneatur ex dispositione iuris, vt est *tex. expressus in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admi. tut.* ibi, *sed nõ dabit dotem sorori pupilli ex alio patre nata, etiã si aliter eam nubere non poterit*, & est communis *DD.* sententia, vt refert *Barbos. p.* 4. *l.* 1. *ff. solut. matrim. n.* 125. quam sine cõtrouersia amplexati sunt nostrates, præsertim *Neapod. in consuet. sed si morienti, vers. fratres, Præs. de Franchis decis.* 26. *num.* 6. *ac iterum decis.* 275. *n.* 4. *Molfes. tom.* 1. *par.* 4. *de success. ab intest. num.* 4. *& Consil. Prouenz. ad consuetud. obs.* 12. *num.* 27.

Sed quoniam nouimus ab hac licèt communi opinione discessisse *Reg. de Marin. dict. c.* 208. qui scripsit nouo iure attento fratrem vterinum hoc dotandi
114 onus subire, motus auctoritate, *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 25. *nu.* 24. discutienda remanent etiam principia, quibus *Surd.* mouetur, nè quid sub dubio in hac materia remaneat, & quidem duo sunt motiua potiora, alterum, quia hodie sublata est differentia agnationis, & cognationis, & ideò cum soror vtrinq; cõiuncta, & vterina sint in eodẽ gradu, dotanda est vterina à fratre, quemadmodum dispositum est respectu consãguineæ, & vtrinque coniunctæ. Alterum est, quia frater vterinus tenetur alere vterinam, ergò, & dotare sumpto argumento ab alimentis ad dotẽ. Priorẽ tamen rationem corruere, nouerint omnes si considerent differẽtiam agna-
115 tionis, & cognationis esse sublatam nouo iure circa successionem ab intestato tantum, vt docet *Bar. in l. cum ità* 33. §. *in fideicommisso, num.* 4. *ff. de legat.* 2. *& glos. in l. fratres* 27. *vers. arceantur, C. de inoffic. testam.* Itẽ sublata est quod ad tutelæ delationem, quia tutela à iure succedendi commensuratur, vt tradit *glos. in* §. *sed agnationis, vers. adde, quod hodiè instit. de legit. agn. tutor.* nihil autem commune habent successio, & tutelæ delatio cum onere dotandi, non enim qui tutor esse potest, vel quod succedit, cautum reperitur à iure, vt dotare teneatur; Ergò corruit illatio.

Secunda ratio, quam *Surd.* adducit pro confirmatione suæ opinionis etiã confutatur ex eo, quia argumentari de alimentis ad dotem minimè licèt, exi-
116 stente *tex. in d.* §. *cũ tutor* expresè disponente contrarium respectu dotis, vt aduertit *Barbos. num.* 126. Igitur opinio *Surd.* circa hunc articulum destituta remanet ratione, est contra expressam *text.* dispositionem, atque ideò reicienda, nisi eam admittere velimus cum declaratione; quoties frater vterinus est hæres matris, in terminis tamen, in quibus mater dotare tenetur, hoc est in subsidium, vt cõciliando opiniones, aduertit *Fontanel. de pact. numpt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 3. *nu.* 17. *iuncto num.* 28. vel quando soror vterina, nec habet bona, nec alios, qui iuris necessitate dotare tenentur, quia tunc talis frater tenetur

ex

ex charitate non fecũdum dignitatem, fed fecundum menfuram alimẽtorum, vt tradit idem *Fontan.num.28. & Mantic.ne tacit.lib.12.tit.17. nu.34.* qui pariter fatentur exceptis his cafibus magis receptam effe fententiam, quòd frater vterinus nullo pacto teneatur.

Igitur patet nulla ratione fubftineri, quod frater vterinus fororem dotare teneatur ex legis difpofitione, & obligatione; cumque verba conftitutionis ftrictè, & in potiori fignificatu fint fumenda, ac in eum fenfum, vt dictio *dum tamen* monitionem importare habeat ex fuperius allegatis: hinc etiam deducitur quarta conclufio pro defenfione fororis vterinæ, vt cum verba conftitutionis licèt generalia dirigantur ad illos fratres, quibus dotandi onus lex impofuit, confequens eft vt fratres vterini non poffint eiufdem conftitutionis beneficio iuuari, qualitas enim adiecta, difpofitionem declarat, iuxtà *Imol. ad Ctrinam in l.hæred. palam.§. fi quis poft ff de teft. & Bar.in l.4.ff.de damn.infect. num.25.* & quibus non conueniunt verba legis, neque conuenit legis difpofitio, vt per *tex in l 3 § totics ff.de damn. infect.* tradit *Praf. de Franch. dec. 149. num. 11. in fine*, ac proindè foror vterina ad fucceffionem maternam pariter concurrere debet veluti admiffa, *p tex. in d.l. maximum vitium* Regni *Conftit.* non obftante.

Demum pro fratre *Reg.Confil.Theod.*
117 *in citata alleg.99.* arguendo ingeniosè perpendit, quod in conftitutione, *vt de fucceffionibus*, quæ immediatè fequitur poft conftit *in aliquibus*, volens idẽ *Imperator Federicus* conftituere indubitatum fuccedẽdi modum in feudalibus ftatuit in linea Collaterali, vt fuccedãt fratres, & addit, *fiuè ex vtroque parente, fiuè ex altero tantum*, ex quo infert *n.26* quod dum de iure conftitutionum Regni fratribus vterinis ità confulitur, vt fuccedant vterino in feudis, in quibus potiffimum agnatio confideratur, multò fortius dicendum eft in burgenfaticis maternis eam fuiffe intentionem dicti Imperatoris, vt fuccedat vterinus exclufa forore, & *à num. 23.* aliud ex eadem conftitutione deducit argumẽtum, vt cum ibi Imperator fciens appellatione fratris in materia feudali, intelligi folum de fratre defcendente ex primo acquirente per *tex. in c.1. §.his verò de fucceſs.fratr. iuncto cap.1.§ fin autẽ de his qui feud.dar.poſs.* & volens in dicta conftitutione feudalis iuris difpofitionem alterare hoc expreffit dicens, *fiuè ex vtroque, fiuè ex altero parente*, fimiliter in conftit. *in aliquibus* fciẽs Imperator, quod de iure communi refpectu matris fub verbo *filij* continentur nati ex illa, quamuis ex diuerfis maritis, & fub verbo *fratres* cõtinentur etiã vterini, vtique fi noluiffet appellatione fratris cõtineri vterinos, expreffiffet latus coniunctionis ad reftringendã proprietatem verborum de iure communi compræhendentium vterinos, quemadmodum in Conftit. *vt de fucceffionibus*, ad ampliandam difpofitionem, quæ de iure feudorum ftrictius fuiffet intellecta, expreffit coniunctionem fratris ex vtroque parente, vel altero tantum, & in fumma concludit, quod Imperator vbi neceffarium exiftimauit, & voluit, dixit, & quod conftitutio præcedens *in aliquibus* recipere habeat declarationem à conftitutione fequenti, *vt de fucceffionibus*.

118 Cui argumento, & alijs pro fratre fuperius adductis, quia nõ legimus ab eodem Regio Confiliario fuiffe replicatum, quamuis ad fauorem vterinæ inclinaffe videretur; fortaffe potius, quia per tempus non libuit, quam quod difficilis adeò effet replicatio: Idcircò operè pretium duximus etiam huic põderationi refponfionem applicare, vt quæuis nebula difficultatis, quãuis minima in hoc articulo diluatur.

Dicimus propterea non effe verum primum affumptum fimpliciter deductum ex dicta Conftitutione, *vt de fucceffionibus*; pro quantò exiftimat *Conf. Theod.* illam fuiffe emanatam ad ampliãdam difpofitionem iuris feudalis ad beneficium fratrum circa fucceffionem in feudis antiquis quinimò contrarium latiffimè cõprobatum reliquerunt *Praf. S.C. Vrfin. de fucceſs. feud. p.2.*

quæst. 2. *art.* 2. *per totum*, ac præsertim *num.* 21. *& Præs. Ganau. dec.* 1. præcipuè *n.* 28. qui fundant illa verba in cõstitutione posita, *siuè ex altero tantum* esse interpetranda iuxtà terminos *§. his verò cap.* 1. *de success. frat.* Ità quod frater eatenus succedat, quatenus coniungitur ex illa linea, à qua feudum peruenit, & in hunc sensum fuisse interpretata per Regiam Cameram patet ex traditis à citato *Præsid Vrsin. nu.* 16. qui refert in causa inter Illust. Ducem Castrisangui. nis cum Regio Fisco ad translationem fuisse deuentũ, ob plurima tamen Principis in Regẽ collata seruitia, & in alia causa de qua mentionem facit *Præsid. Ganau.* idemmet testatur, quoniam maior pars inclinauit ad fauorem Fisci, ac proindè fràter vterinus simuliter se trãsegit; itaque non est simpliciter verum assumptũ, quod in linea Collaterali succedat frater vterinus, vt intellexit *Cons. Theod. nu.* 27. per illa verba, *siuè ex altero parente tantum*, sed cum declaratione superius proposita, est intelligendum; neque vera est propositio, quod circa hoc constitutio addiderit dispositioni iuris feudalis, cum iuxtà terminos iuris feudalis constat esse intelligendã constitutionem prædictam.

Cœterum data quod sit emanata ad augẽdam iuris feudalis dispositionem; saltem argumentum à multò magis, quod desumitur ex constitutione, *vt de successionibus* palam fit non subsistere. Etenim, vt ita argumentari possit necessè est, contineatur minus sub eo, quod
119 est maius, & à quo argumentatur, tãquam species sub genere, vt tradit *Decian. lib.* 3. *cons.* 56. *num.* 19. quem adducit *Tusc. conclus.* 501. *lit. A. nu.* 7. At termini constit. *in aliquibus* tantum abest, vt non contineantur sub dispositione constit. *vt de successionibus*, vt etiam sint inter se longè diuersi; Etenim in ea tractatur de successione fratris in linea collaterali, & in feudalibus, constitutio *in aliquibus* agit de successione in linea ascendenti, etiam in burgensaticis, quæ quantum sint diuersa de se patet; ergo corruit argumentum desumptum à pretensa admissione fratris vterini in feudalibus vigore constit. *vt de successionibus*, ad prætensam admissionem eiusdem, & sororis exclusionem in bonis maternis burgensaticis.

Quod verò Imperator expresserit in constitutione, *vt de successionibus* latus coniunctionis, & non ità in constitutione *in aliquibus*, parum negotij facessit, multoties enim inculcatio verborum etiam superflua admittitur ad tollendã sophisticã malignorum interpretationem, vt tradit *Tusc. conclus.* 656. *num.* 3. *lit. E. ex Ias. in l. eum, qui ità, §. te & Titium num.* 4. *vers. sed aduerte, ff. de verbor. oblig.* quæ verborũ inculcatio videbatur quasi necessaria in dicta constitutione, *vt de successionibus*; si quidem in præfatione pollicebatur Imperator se certum modum constituturum, ità vt nulla omninò imposterũ dubietas posset oriri, ac proindè lateris coniunctionem per illa verba declarare necessarium existimauit, quod non pollicetur in constitutione *in aliquibus*.

Nisi retorquendo argumentum dixerimus, ideò in cõstitutione, *vt de successionibus* intellecta in modum, quo
120 voluit *Cons. Theod.* Imperatorem expressisse latus coniunctionis fraternæ, quia in constitutione præcedenti noluerat includi fratres ex matre tantum ad exclusionem sororis, quemadmodũ satis declarauerat, præsertim sub illis verbis, *dum tamen sorores debeant maritare secundum paragium*, quæ ad vterinos non posse referri superius demõstrauimus, ac propterea volens in feudalibus, & in linea Collaterali diuersũ statuere succedendi modum, coniunctionis latus expressit, ne constitutio sequens, *vt de successionibus* declarationem reciperet à constitutione *in aliquibus* præcedenti, & ex replicatione oritur quinta conclusio ad fauorem sororis vterinæ.

Videant, itaque Senatores amplissimi in hoc articulo quot rationibus munita conspicitur opinio sorori vterinæ fauens, quæ quidem rationes, eò fortiores sunt existimandæ, quia desumuntur ex resolutione argumentorum, quę pro contraria opinione huçusque scripta

repe-

reperiuntur ab ijs, quibus libuit fratres vterinos tueri, tanquam arma etiam contraria ad propriam defensionem cõuertentes, & hoc cognito meminisse iuuabit, non esse ità attendendum numerum DD. qui pro fratre scripserunt, vt ab eorum sententia non sit recedendum, cum etiam communis opinio, quę tanquam lex est seruanda, vt tradit *Ceual.comm.qq. in præfat.num.*31. minimè sequenda sit, quando cõtra eam est aliqua ratio, ita fortis, & fundamentalis, cui iuridica responsio accomodari nequit, vt aduertit *idem Ceual. num.* 122. *& Abb.lib.*1.*cons.*85.

Hæc præmissa volumus, quatenus causa esset decidenda secundum terminos Cõstitut. Regni, *in aliquibus*, sed quoniam magis, atque magis firmantur iura nostræ Clientis ex pacto adiecto
121 in capitulis matrimonialibus à matre de disponendo secundum consuetudinem huius Ciuitatis in scriptis redactam, propterea in primis allegationibus fundauimus successionem dictæ Isabellæ Parise matris omninò esse regulandam à Consuetudine, *Si qua mulier, ex Reg. Rouit.to.*1.*cons*.98. *sub n.*17. *&* 18. *ac Reg. Marcian. disp* 44. *à num.*8. qui in proprijs terminis ità scripserunt, & istorum sententia triplici ratione cõprobatur.

Prima est, quia stante relatione, quę fit ad consuetudinem per illa verba, *reseruata facultate testandi seruata forma consuetudinis in scriptis redactæ*, vide-
122 tur expressus in cõtractu totus tenor consuetudinis prædictæ, vt in specie *ex l.asse toto. ff de hæredibus instit.* tradit *Amat.cons.*56. *à nu.*1. allegans *Dec.cons.* 537. *aliàs* 538. *n.* 6. *&* 7. at consuetudo duo disponit, alterum quod mulier habens filios non possit disponere, nisi de decima, vt *in Consuetud. si qua moriens*, alterum quod filij ex diuersis matrimonijs æqualiter succedant nulla habita ratione sexus, ergò reseruatio facultatis disponendi per relationem ad Consuetudinem continet sub de pactũ successionis ad beneficium filiorum secũdum eandem consuetudinem; atque adeò succesio ab ipsa consuetudine regulanda est.

Secunda ratio hoc idem comprobãs ea est, quia per reseruationem testandi seruata forma consuetudinis mulier efficitur intestabilis, quo ad nouem par-
123 tes, vt post *Neapod. in d. Consuetud. si qua moriens verb. tantum*, scripsit nouissimè *Dom. Gaetanus de Affl. nunc Episcopus Cauens. controu. iur. cap.* 32. *num.* 22. atque ideò, siuè testetur, siuè non, istæ nouem partes deferuntur ad filios prouidẽtia consuetudinis, vt ex *Reg. Capyc. Latr. decis.* 117. *à nu.* 15. *Neapod. & alijs* tradit *idem Episc. Afflict.* & sic ad filios vtriusque matrimonij masculos, & fœminas pariter vocatos à Consuetudine prædicta; quæ quidem dilatio, quia fit cum qualitate hæreditaria iuxtà sentẽtiam eiusdem *Neapod.* quam secutus fuit *Præs. de Franch. decis.* 89. *num.* 2. *& decis.* 525. *num.* 8. ac iterum *dec.* 536. & à qua durum visum fuit S.C. posse discedere, vt testatur citatus *Reg. Capyc. Latr. d. decis.* 117. *sub nu.* 25. hinc sequitur, vt hæc decima pars de qua mater non disposuit spectet ad eosdẽ filios, siuè masculos, siuè fœminas, per ius accrescendi, iuxtà *tex. in l. qui totam, ff. de acquir. hæred.* dum masculus, & fœmina licèt ex diuersis matrimonijs nati in nouem partibus succèdunt æqualiter tanquam hæredes vocati à Consuetudine.

Tertiam, & nunc addimus rationem desumptam ex traditis per *Amat. d. cons.* 56. qui dicit, nouem partes delatas à
124 Consuetudine esse legitimam filiorũ auctam ab ipsa consuetudine, ex *Neapod. in ead. consuetud. si qua moriens n.*17. & sic istæ nouem partes, tanquam legitima debentur filijs vtriusque matrimonij à consuetudine pariter vocatis, absque sexus discretione in successione matris, & quia legitima debetur iure hæreditario, propterea reliqua pars, de qua mater non disposuit ijsdẽ hæredibus accresci debet; Ergò indubia sit conclusio, quod pactum de disponendo secundum consuetudinem regulare debet succesionem seruata forma eiusdem consuetudinis.

Hoc autem principio admisso facilè resoluitur oppositio, qua pars aduersa

tuetur existimans pactum de disponendo in modum prædictum non operari respectu successionis bonorum sitorum extra districtum, cum magis operari nõ possit, quam ipsa consuetudo, ex traditis per *Vrsill. ad Affl. decis. 256. à n.* 88. vel saltem inutile reddi prætentionem respectu bonorum extra dotalium dictæ Isabellæ, cum ista similiter reperiuntur extra districtum, & ideò de illis contenditur liberam disponendi facultatem habuisse dictam Isabellam non obstante Consuetudine, cui se submisit.

Siquidem, quo ad primam partem oppositionis respicientem bona dotalia obuiam fit responsio intuenti consuetudinem duo statuisse, quod nempè
125 mulier non disponat de dotibus vltra decimam, & quod eodem modo non disponat de obuentis ab agnatis, & cognatis, quibus inspectis absoltus videturhisce temporibus articulus, quod Cõsuetudini subiaceant bona dotalia, siuè sint extra, siuè intrà districtum, sic enim testatur *Molfes. ad Consuetud. p. 2. tit. de bonis, quæst.* 3. qui dicit hoc esse indubitatum teste *Præs. de Franch. decis.* 472. *num.* 7. & alios ad comprobationẽ adducit *Reg. Marcian. disp.* 65. *num.* 11. ea ratione addita, quia dos est nomen iuris, & quid vniuersale, quamobrem consuetudine ligatur, etiam si bona dotalia sint extra districtum, ex traditis p *Ann. vol.* 2. *cons.* 92. *num.* 53. atque adeò, quo ad successionem in bonis dotalibus nulla ratio dubitandi subsistit contra sororem vterinam, & hæc sufficerẽt pro defensione causæ, cum omnia bona de quibus certatur sint dotalia; licèt enim aliqua peruenerint ad dictam Isabellam post mortem Margaritæ Oliuæ matris, & Antonij Coppulæ, hæc etiam in capitulis matrimonialibus reperiuntur promissa fol. 12. H. & 13. in fine.

Sed quando in hæreditate adessent alia bona extra dotalia, siuè parafernalia ab agnatis, & cognatis obuenta, quamuis sita sint extra districtũ, adhuc successio in istis esset statuenda iuxtà terminos consuetudinis; etenim dicta Isabella se subiecit consuetudini præ-
126 dictę, à qua regulanda est successio, vt supra; non tantum, quo ad dotes, sed quo ad omnia: non enim fuit dictum; reseruata facultate testandi de dotibus prædictis, sed simpliciter reseruata facultate restandi seruata forma consuetudinis, quo fit, vt respectu dispositionis pactum simpliciter appositum respiciat non solum dotes, sed omnia bona, & sic omnia bona obuenta, ab agnatis subiecisse videtur consuetudini, vt benè aduertit *Reg. de Marin. to.* 2. *resol.* 56. *num.* 17.

Neque officit respectu dictorum bonorum, quod consuetudo loquens in bonis, non extendat vires suas ad bona extra districtum, etenim aliud est agere vigore consuetudinis, aliud vigore pacti adiecti in contractu cum relatione ad consuetudinem. Primò casu procedunt tradita per *DD.* existimantes bona extra districtum non contineri ex defectu potestatis statuentium, & in his terminis videtur loqui *Vrsill. in dict. decis.* 226. *à num.* 8. At quando mulier forensis pacto adiecto, vt de bonis omnibus disponere habeat seruata forma consuetudinis huius Ciuitatis; alia regula statuenda est ex traditis per *Reg. Marcian. disput.* 45. *à num.* 5. & præcipuè *num.* 8. & 9. qui probat concurrente pacto vltra consuetudinem; videri mulierem voluisse inducere consuetudinẽ huius Ciuitatis in territorio suo, vel bona in suo territorio sistentia huic consuetudini submittere, quę submissio nõ impeditur ex defectu potestatis; vt impediatur consuetudo; etenim quisq; rei suæ est moderator, & arbiter iuxtà *tex. l. in re mandata, C. mand.* ac proindè bona prędicta licèt extra territoriũ, remanent huic consuetudini subiecta, vt in puncto distinguentes scripserunt *Phan. de iur. dotium gl.* 9. *n.* 35. & *Giurb. omninò relegendus ad Consuetud. Messin. cap.* 1. *glos.* 7. *p.* 1. *n.* 121.

Itaque fortius locum obtinebit in præsenti causa, cum omnia bona dictę Isabellæ sita reperiantur extrà districtũ, & ideò nè pactum reddatur inutile, & superuacaneum, necessariò concludendum

dum est cōtrahentes voluisse illud operari respectu dictorum bonorum, quāuis sitorum extra districtum, vt perpēdit *Reg. Marcian. d. disc.* 45. *n.* 6.

Siuè igitur attendatur consuetudo, siuè ius Regni, constat vndique bona remansa hæreditate dictæ Isabellæ pro medietate spectare ad præfatam Victoriam filiam ex primo matrimonio natam, & proindè decretum præambuli ad eius beneficium interpositum esse confirmandum ex prædictis. *Franciscus Antonius Andreassus.*

Die 3. Martij 1665. iunctis classibus quondam Reg Cons. Io. Bapt. Iouini, & D. Blasij de Boliaga fuit per S. R. C. declaratum hæreditatem maternam spectare, & spectauisse ad dictum Antoninum cùm onere dotandi dictam Victoriam sororem vterinam, referente Domino meo Colendissimo Regio Consiliario Antonio Florillo, nunc Reg. Cameræ Fisci Patrono. Processus est in Banca Morelli, in qua adhuc pendet reclamatio interposita pro parte sororis à decreto prædicto.

Sed quidquid sit circa consuetudinē Neapolitanam, quādò dictorum contrahentium pactum non extenderetur ad casum successionis ab intestato secundum *Reg. Merlinum in cent.* 2. *c.* 49. *num.* 19. demiror cur attentis iuris cōmunis, ac *in aliquibus* cōstitutionis terminis, & dispositione, sic benè per Dominum, & Præceptorem meum trutinatis, & palpabilibus rationibus, iuribusque fultis: fugatis denique obiectionum nubibus, fuisset contra sororem vterinam decisum? videant mortales, quanta sit rerum vicissitudo: sunt fata causarum, & sententiæ, (vt dicitur) sunt casus fortuiti: vt *Reg. de Ponte exclamauit decis.* 40. *collat. consi. in fine.*

Sunt plures casus in quibus licèt sit interposita appellatio, executio tamen sententiæ, vel decreti diffinitiui non retardatur, prout ex infrascriptis paucis est videre.

Primò, in sententijs S. R. C. quarum executio non impeditur vt supra dictū est. Secundò in decretis M. C. V. diffi-

127 nitiuis citrà summam ducatorum 150 à quibus licèt sit appellatum, illa tamē executioni demandantur præstita cautione de restituendo in casu retractationis vigore *Pragmat.* 3. *num.* 3. *de offic. S. R. C. & Pragm.* 6. *de appell.* quod ampliatur etiam in decretis continentibus speciem, vel aliquod factum extimabi-

128 le infra dictam summam, vt refert *de Franchis decis.* 308. & quoties causa maiorem contineret summam ducatorum 150. tunc si creditori ipsi placuerit illud plus, quod superest ex dicta quantitate debitori remittere, pro reliquis duc. 150. executionem decreti habere potest per ea quæ tradit *Reg. Ro-*

129 *uit. in d. Pragmat.* 3. *nu.* 13. sed ego legi in libro meo Pragmaticarum ordinē Sac. Cæsareæ Maiestatis expeditum 3. Septembris 1597. inserto *Pragmat.* 73. *num.* 3 *sub tit. S. R. C.* per quem cōceditur executio prædicta, etiam decretis summam ducatorum 500. continentibus, de quo *Consiliarius Carleual. tom.* 2. *de iudicijs tit.* 2. *lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 13. accurate animaduertit, cœteros autem practicos meminisse non reperio.

130 Tertiò in decretis affirmatiuis ipsius M. C. quæ parem executionem obtinent *ex Prag.* 2. *de appell.* dummodò executio petatur, quod ad caput adiudicationis tantùm, non quo ad venditionem, secundum tradita per *Dom. de Frandhis decis.* 120. *Rouit. d. Pragmat.* 2. *num.* 4. *Nouar. super ead. nu.* 2. & 3. *San-*

131 *felic. in praxi sect.* 60. *num.* 18. At cum decreta affirmatiua super assistentia sūt miscua cum decretis condemnatorijs in actione personali, tunc si appellatur, suspenditur executio etiā, quo ad actionem realem ob mixtionem cum causa appellabili, & ideò vtraque sit appellabilis *Barbatus super Pragmatica de assistentia glos.* 1. *num.* 4. & 65. quem sequitur *Carleual. vbi supra num.* 15. *in fine*, & in decretis negatiuis an idem sit consule eundem *Carleual. eod. loco n.* 18. *& seqq.*

Quartò, in nonnullis decretis eiusdem M. C. quæ mandata dicuntur de soluendo, hæc ne mora quidem trahū-

tur

tur, quia in ijs, absque termino proceditur *Caranita ritu* 256., *Maranta in*
132 *speculo praxis p.6. vers. & demum fertur sententia num.*28. item mandata de exequendo appellatione non comprimuntur *Dom.Carleual.de iudicijs tom.2. lib.1.tit.3.disp.3.num.45.in fine.*

Quintò, mandatis de soluendo mercedem famulis, aut salaria, vel similia ex causa laborum in quibus summariè proceditur appellationem non obstare
133 *Anna sing.*42.*Scaccia de iudicijs lib.2. c.5.num.*137. imò etiam diebus feriatis eorum perficitur executio, vt per *Grammat.decis.*58.*n.*16.

Sextò, à decretis infra summam ducatorum 12; licèt appelletur, eorũ executio non impeditur etiam cautione
134 remota, sed non quod ad expensas, *Carau.ritu* 258 *num.6.Marant.vbi sup. p.6.actu 2.num.16.*

Septimò, decretorum Audientiarum Prouincialium Calabriæ Hydrunti, Barij, Aprutij, & Basilicatæ executio citra ducatorum 100. appellatione nõ retardatur, prout in decretis aliarum Pro-
135 uinciarum pro summa ducatorum 50. neque appellatio ad M.C. admittitur, sed eorum reuisio ad illarum Rectores remittitur, qui cum voto Consultoris non suspecti in causa appellationis procedunt, vt in *Pragm.*7. incipiente *Carolus de offic.S.R.C. & Muscat.glos. sententia num.*134. Item à sententia, siuè laudo in cõpromisso voluntario lato non admittitur appellatio *textus est in l.1.de arbitris*, secus in illo, quod fit ex vi statuti, quia quæ fiunt necessitate statuti non regulantur secundum ea, quæ fiunt voluntariè per partes *Bartol. in l.3.§.vtrum,ff.ad Syllanianum.*

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum est exceptio anomala, quia aliquando incidenter, & aliquando principaliter opponitur, n.1.

Et quando incidenter, & quando principaliter dicitur opposita, & quos producit effectus, nu.2.& 3.

Hæc exceptio ad quemlibet Iudicem ordinarium pertinet, nu.3.

Appellatio à denegata restitutione in integrum non retardat decreti executionem, ibidem.

Remedium restitutionis in integrum, quod est remedium speciale an cessare facit remedium ordinarium? affirmatiuè cum distinctione resoluitur, & affartur recens decisio nu.5.& 6.

In quibus casibus dici possit de nullitate, n.7. & 8.

Nullitates nõ possunt opponi contra executionem rei iudicatæ resultantes à duobus conformibus decretis, n.9.

Quæ, & quot requiruntur, vt nullitates executionem sententiæ impediant, n.10. 11.& 12.

Pauperibus non valentibus facere depositum pro nullitatibus, quomodò sit consulendum, n.13.

Hæredes cum inuẽtario, in quo bona sint descripta tenentur facere depositum, n.14.

Nullitates à quibus sint proponendæ, n.16.

Nullitates intra quantum tempus sunt proponendæ, & discutiendæ? num.15. & 17.

Et à quo die illud incipiat currere, n.18.

Nullitatem resultantem ex actis Iudex ex officio opponere potest, num.22.

Nullitas actorum opponi potest, vsq; ad sententiam exclusiuè, n.23.

Limitatur, ibidem, & n.24.

Nullitas potest opponi, & proponi, n.25.

Si per viam actionis intra decem annos proponi licèt si verò per viam exceptionis seruatur ius commune, n 26.

De exceptionibus modificatiuis nõnulla memorantur, n.27.

Exceptio quod cum eo, *n.28.*

Exceptio Senatus Conf. Velleiani, *n.32.*

Exceptio retentionis rei pro meliorationibus, *n.33.*

Exceptio discussionis inuentarij, *num.34.*

Exceptio discussionis principalis, *n.35.*

Exceptio nouæ conuentionis, *n.36.*

Exceptio cedendarum actionum, *num.* 37.

Rei non traditæ, *num.*28.

Compensationis, *nu.*39.

Executionis in bonis alienis, *nu.*40.

Quot appellationes in vna causa interesse possunt? n.42.

Quando victus condemnari debet in expensis? remissiuè n.43.

Pre-

Procuratores, & Aduocati hortantur ad bene se gerendos in muneribus num. 44.
Et mirabili casu aduertuntur, num. 45.

DE IN INTEGRVM Restitutionibus, & nullitatibus alijsque remedijs.

DE remedio Appellationis hucusq; communi actū est, nunc de duobus alijs remedijs iniquis decretis occurrentibus breuiter est differendum, quorum alterum restitutio in integrū, alterum, nullitas appellatur.

Quod pertinet ad dictā in integrum restitutionem obsesuabimus.

Primò, restitutionem prædictam exceptionem esse anomolam, quæ aliquādo opponitur per viam exceptionis, vt
1 *de Crassis in tract. de exceptionibus except. 20 n. 3. Scaccia de appell. q. 19. nu. 1. conclus. 3. num. 2.* aliquando per viam actionis, siuè potius dicam aliquando incidenter, aliquando principaliter, incidenter dicitur cum per viā exceptionis opponitur, principaliter verò per viam actionis. Cum antè executionē decreti diffinitiui, aut sententiæ opponitur, tunc nulla alia probatio requiritur, nisi illa ex eisdē actis, aut alia promptualis, exteriori & altiori inquisitione remota, secundum *Reg. Rouit in Prag. 1. num. 25. versu nos, tit. de minoribus*, & idem *in decis. 91. num. 13. Franc. Marcus decis. 53. & 54. p. 2. Carleual. de iudic. lib 1. tit. 3. disput. 16. num.* 38, quando autem requirit altiorem indaginem, tūc illius causa plenaria est, & probari debet iuris ordine seruato, & tunc dicitur
2 eam opponi per viam actionis, & in tali casu executio decreti, vel sententiæ non impeditur, & quoties impromptu causa restitutionis probaretur, sine dubio executionem impediret, vt in *l. vnica, C. in integr. restitution. postulata, ne quid noui fiat, de Franc. dec. 86. n. 8. & 9.* itaut deindè ordinariè procederetur in causa *Mysinger. singul. obser. obser.* 49.

Secundò, si restitutio prædicta tempore cursus viæ executiuæ, scilicèt post cæptam executionem decreti, vel sententiæ cum exempligratia bona subastarentur, vel fieret mandatum ad reluendum, incidenter opponeretur, &
3 eius læsio incontinenti, vel saltem per breuem terminum probaretur, aut iustificaretur, tunc sicuti solutio, vel compensatio, & similes exceptiones impedirent, ità probata lęsione, Iudex tēpore quo esset prolaturus vltimum decretum in executione, concessa restitutione liberabit reum, secus si non fuerit probata, quia tunc ea non obstante ad venditionem bonorum, & ad ulteriora procedet *Scaccia de appellat. q. 19. remed. 2. num. 87. & 109.*

Tertiò, quemlibet Iudicem ordinarium incidenter, & principaliter in integrum restituere posse, & communis *DD.* est opinio testatur, *Scaccia lib. 3. de appell. cap. 2. q. 19. remed. 2. num. 43.* delegatum verò non posse, nisi incidenter idem *Scaccia vbi supra nu. 45.* quod regulariter licèt verum sit multas tamen
4 patitur limitationes, de quibus est videre apud eundem *Scacc.* loco citato, at si accidat, vt restitutio fuerit denegata, & à tali negatiua fuerit appellatum executio nihilominus non retardatur, *Nouarius in Pragmatica 5. coll. 4. sub nu. 29. de offic. S. R. C.*

Inutue hic indagare non existimo, an appellatio, quæ est remedium ordinarium cessare faciat in integrum restitutionem, quæ extra ordinarium est remedium ? ideas secundum allegata per
5 *Dom. de Franchis decis.* 248. *sub num.* 3, dicendum videtur restitutionem prędictam non cessare, quia pinguius est remedium restitutionis, quā illud appellationis ordinarium ex doctrina *Bartoli in l. in Prouinciali*, § 1. *ff. de oper. nou. nunc* contrarium tamen disponi videtur per *tex in l. in causa cognitione la 27. ff. de minoribus*, vt etiam tenet *Bald. consil.* 441. *num.* 11. *vol.* 5. *Castill. decis Sicil.* 11. *num.* 6. sed veritas est, quando aducrsus sententiam S.C. vel decretum M.C.
6 petitur restitutio in integrum, tunc aut ex scripturis nouiter præsentatis, aut alia iusta causa constat de iniustitia sētentiæ, vel decreti, conceditur dictum remedium extra ordinnarium non obstante quod supersit appellatio, aut recla-

lamatio per ea, quæ allegat *Domin. Consil. Roccus in suis responsis responso 24.nu 14.& seq.* vbi ad hoc confirmãdum decisionẽ affert in fine, & sic etiã fuit practicatum diebus elapsis in causa Magdalenæ Bincolella matris, & tutricis filiorum quodam Dominici de Falco, & Caroli Maffucci cũ Marchione D. Caroli de Tufo, in qua cum dicti filij de Falco, & Maffuccius condemnati fuissent per sententiam S.C ad soluendum dicto Marchioni annuum cẽsum ducatorum septem (eo quod pro parte dicti de Tufo ex nonnullis coniecturis, & testibus, dictos conuentos possidere supponebatur quandam domum, quondam Stephani de Santis sitam in rure illorum *de Fonseca*) petierunt in integrum restitui pluribus ex causis, & signanter ex scripturis nouiter productis, ex quibus constabat, domũ dicti quondã Stephani à conuentis non possideri, & domum quam ipsimet possidebant non esse eandem, ac dicti qu. Stephani, nec in eodem loco, & finibus compræhensam, ex quo licèt conuentis superesset remedium ordinarium reclamationis, tamen sub diæ 12. Aprilis 1669. patrocinante Domino meo D. Ottauio Vrsino S.C. declarauit esse deferendum petitę restitutioni in integrum, verum sententia S. C. reuideretur ex eisdem actis, vt est videre in bãca de Fusco in proc. *D. Antonia Marchesia;* aut de iniustitia sententiæ non costat, & tunc restitutio nõ impedit executionem sententiæ, vel decreti, vt idem *Rocc. testatur vbi supra num.* 19. & tali casu remanet appellatio, aut reclamatio.

Quod ad secundum remedium, quod quod est nullitas est primò præmittendum, aduersus decreta diffinitiua M. C. vel sententias S.R.C. dici non posse de nullitate, nisi in duobus casibus. Pri-
7 mò cum decreta, vel sententia ipsa iuris expressum continerent errorem, vt expresè declaratur *in Pragmat.* 4. *nu.*20. *de dilationibus*, & de iure communi in *d.l.si expressim, ff.de appell.& relat. Gabriel comm.conclus.lib. 2. de sententia conclus. 7. num.* 1. ità etiam si nullitas oriretur ex defectu iurisdictionis, quę insanabilis est ex adductis per *Domin. Consil.Pratũ in suis discept.forens. c.*79. *per totum Gabriel.vbi sup.conclus.*2. *de statutis*; aut contra ius municipale lata fuissent, vt in *cap.Pastoralis*, ibi *Abbas*, *& alij de fide instr.cap. inter cætera de re iudic.* aut contra stylum Tribunalis, qui in nostro Regno pro lege habetur, & in illum iudicari non potest *Afflict. in constit. præsenti lege 4. not. & idem decis.*135. *num.*3.*Carau.ritu* 1.*num.* 23. *in fine, Dom. Regens Galeota senior respons.Fiscal. respons.*14.*num.*14.*nu.*15. *& respons.*21.*nu.*26.

Secundò, cum contra scripturam publicam in actis præsentatam decreta,
8 & sententia lata fuissent, vt in eadem *Pragmat.4.nu.20.de dilationibus.*

Huiusmodi verò remedium locum non habet cum agitur de executione
9 rei iudicatæ resultantis à duobus conformibus decretis, tunc enim contra primum decretum nullitas objici non posset, vt in *Pragmat.4.num.19. de dilationibus*, cum autem essent opponendæ ad impediendam decreti, vel sententiæ executionem, quinque copulatiuè requiruntur.

Primum est vt ante illorum executionem opponãtur *Gabriel.lib.2.tit.de*
10 *exception.conclus.4.Rouit.super Prag.5. de officio S. R. C.* ibi *Laganarius num.* 1. sed in hoc aduerte, tunc dici esse factam executionem sententię cum fuerit solutum, vel traditum actori id, ad quod reus cõdemnatus fuit, vt *Gratian. discept.forens.cap.*708.*nu.*8. itaut si sententiæ, vel decreti cæpta sit executio adhuc objici potest nullitas, quæ nulla extrinseca indigeat probatione, vt per *Carlenal.to.2.de iudic.lib.1.tit.5.disput.*16.*nu.*2.

Secundum est, vt apponantur p viã exceptionis non requirentis extrinsecã probationẽ, & in hoc casu incidẽter oppositæ dicuntur *Bartol. & Iason. in l.*4.
11 *§.condemnatum, ff.de re iudic. Afflict.decis.*283. *num.*2.*Guido Papa decis.*49.*n.*2. *Ioannes de Cruce, & Ferrerius addentes ibidem.*

12 Tertium est, vt fiat depositum; vt in

Reg.

Reg. Prag.4.n.16. de dilat. quod depositum fuit olim auctum in duplum eius, quod continebatur in *Pragmat.5.nu.3. de offic.S.R.C.* scilicet si causa esset valoris infra summam ducatorum mille depositum foret ducatorū 24. si vltra esset duc.180. *vt Dom. Prat. ad Muscat.gloss. nullitatis* vers. *debet.*

Pauperes depositum prædictum facere non valentes præuia dispẽsatione Regij Collateralis Consilij cum solita

13 decretationis forma, scilicet quod *constito de paupertate de iustitia prouideatur*, probata deindè paupertate præuia summaria informatione ad huiusmodi nullitatum propositionem admittitur, vt quotidiè practicatur, de quo *Domin. Cons. Pratus* pariter testatur *in gl. nullitatis apud Muscat.* versu *esse benè verū.*

14 Hæredes qui inuentarium confecerunt,& in eo euidenter apparet esse bona hęreditaria, ad dictas nullitates proponendas non admittuntur absq; deposito, etiam si obtinuerint dictam Regiam decretationem, vt fuit decisum p S.C. refert *dict. Dom. Consil. Pratus apud Pascalem de Patria potest.p.1.cap.2.* versu *altera quæstio*,

Quartum,& vltimum est, vt nullitates proponi nō possint à principalibus, sed eæ (si iuris dispositionem respiciāt)

16 Aduocatis proponi permittitur, vt in *Pragm.5.de dilation.*& quoties Procurator est doctoratus, opponere potest tales nullitates non obstante, quod nō sit Aduocatus, quia iura scire præsumitur *l. Diuus Marcus, ff. de offic. Præsid.*& proindè est satisfactum *Pragmat.* ibi *non conuiene, che vno, che non è Dottore, &c.* sed ego id probo dummodò talis Procurator sit iure practicus,& sciens: verum si nullitates factum, absque adminiculo iuris concernant ex actis apparentes, tunc etiam à Procuratore laurea doctoratus non insignito proponi,& subscribi possunt, quia cessat ratio dictæ Pragmaticæ, & habebit locum *Pragmat.4.num.24. eod.tit.* Est tamen aduertendum ad discutiendas nullitates præfixum esse terminum mensium duorum decurrendorum à die quo fue-

17 runt deductę, alias reiectæ intelligantur, verum si interea superuenirent feriæ æstiuæ, eæ non includuntur in dicto termino, vt est prouisum per *Excellentiss. Dom. Viceregem huius Regni D. Petrum Antoniū de Aragona sub 12. Octobris 1666.*& deindè p aliam Pragmaticam eiusdem Excellentissimi Domini Viceregis *sub die 20. Martij 1669.* declaratum est in dicto termino duorum mensium non intelligi, nec compre-

18 hendi ferias *SS. Natalis, & resurrectionis D. N. IESV Christi*, item quod terminus dictorum duorum mensium currat à die, quo fit decretum admissionis, vel exclusionis allegatæ paupertatis.

Item quod currat à die, quo fit decretū, p quod declaratur quantitas de-

19 positi faciẽdi pro nullitatibus, itē quod omnes nullitates retro tractis temporibus propositę si intra menses duos à die

20 publicationis dictæ Pragmat. non discuterẽtur, discuti amplius nō possent.

Si de alijs decretis interlocutorijs tū M.C. tùm S.R.C. de nullitate dici contigerit; tunc intra dies sex decurrendos

21 à die post notificatum decretum nullitates proponuntur, vt in *d.Pragmat.4. d.tit.de dilation.* quem terminum nullo modo per Iudicem prorogari posse etiā per viam restitutionis in integrum mādat *d.Pragmat.4.num.27.* prædicti verò dies vtiles sunt, saltem, quoad primum illorum non autem cōtinui, itaut si primus dies esset feriatus, aut festiuus non currit, vt perbellè tradit *Dom. meus Cōs. Ioannes Baptista Hodierna controu.c.48. per totum,& decisum affert.*

Non est hic omittendum, quod consulit *Dom. Consil. Pratus in suis discept. forens. tom.1.cap.30. nu.2.& 32.* hoc est quod cùm nullitates ex actis constat, licèt partes prohibente statuto eas pro-

22 ponere non possint, Iudex tamen supplere poterit, quia id à statuto non poterit prohiberi.

Si de actorum nullitate agatur, talis nullitas regulariter, vsque ad sententiā, vel decretum diffinitiuū exclusiuè opponi poterit, posteà verò prohibetur p *Pragmat.4. n.17. d.tit. de dilation.* quæ quidē regula limitatur in infrascriptis.

23 Primò, cum post decretum, vel sententiam nullitates circa acta non facta & quæ fieri debebant proponuntur, tūc

enim de actis non factis, etiam post decreta diffinitiua proponere nullitates licitum est; & in hoc dictam Pragmaticam non obstare probat *Reg. Rouit. super Pragmat.77.nu.3.de offic. S.R.C.* quē sequitur *Dom.Consil.Prat.in gl.nullitatis apud Muscat.versu ad n.* 12.

Secundò, cùm nullitates actorū opponuntur à conuento, cōtra quem fuit
24 processum in contumacia, vt per *Reg. Rouit.d.Pragmat.77.num.6.versu item est*, quæ hodie in noua compilatione est quarta *num.17.sub tit.de dilation.*

Vltra prædicta requisita circa nullitates proponendas aduersus decreta diffinitiua, vel sententias, est præterea.
25 Primò obseruandum, nullitatis remedium anomalum esse, illudque proponi,& opponi posse. Proponi dicitur,cū per viam actionis in iudicium deducitur, vt foret si nulla lite mota, aut executione sententiæ, vel instrumenti non petita à creditore, reus sententiā, vel instrumentum nullum declarari petijsset, inxtà terminos, *l.si conuendat 26.ff. de fideiussoribus*, de quibus latius diximus in additione *ad Cælinam de liquidatione instrumentorum recoll.5.*versu, *& quia sapè*, aut potius quando facta iàm executione decreti, vel sententiæ quiescente creditore, reus nullitatē sententiæ,vel decreti,aut instrumenti proponit,petens omnia reuocari debere, & tunc talis nullitas per viam actionis, & principalis petitionis, ac instructo processu aduersus executionē sentētiæ iā factā,sicut olim de iure cōmuni intra 30.annos proponi poterat,nunc verò p *d.Reg.Prag 4.n.21.de dilation.*intra decem annos permittitur,vt proponatur, sed cū in executione sentētiæ objicitur incidenter per viā exceptionis, dictum tēpus præfixum non habet locum, vt pluribus probat *Carleual.vbi sup.n.18.*

Opponi verò dicitur, cum creditore agente,& litem mouente, aut executionem decreti petente, aduersarius obijcit nullitatem,vt per *Scacciam de appellat.q.19.remedio 1. conclus.3. num.1. & seqq.& nos supra n.*10.
26 Secundò, obserua, quando nullitas notoriè constat ex actis, tunc illius exceptionem non seruari ad merita causæ, sed sententiam contra quam obijcitur nullitas,reuideri, & expediri ex eisdem actis, *Bartol.in l.expressim, ff. de appell. & l.1.C.de sent.& interlocut. omn.Iud.*

De ordinarijs, & specialibus præsidijs hucusque locuti sumus, quibus rei conuenti vti possunt ad iniqua decreta impedienda, vel reuocanda: At cum talia non sint decreta, sed tantùm ritè interposita,vt quia contineant in se iustitiā ex parte agētis, sed nō rectè, quia iniustitiam habeant ex parte rei cōuēti,alijs tunc remedijs reum vti oportet modificatiuis, quæ ex obiectione nonnullarum exceptionum modificatiuarū nascuntur, ideò nonnullas ex eis secūdum nostrum institutum retegemus.

Exceptiones sunt.

27 1 *Quod cum eo, & Senatusconsulti Macedoniani.*
2 *Senatusconsulti Velleiani.*
3 *Retentionis rei pro meliorationibus*
4 *Discussionis inuentarij*
5. *Discussionis principalis.*
6 *Nouæ conuentionis.*
7 *Cedendarum actionum.*
8 *Rei non traditæ.*
9 *Compensationis.*
10 *Executionis in bonis alienis.*

Per istas exceptiones decretum, vel sententia non in totum eneruatur, sed
28 eorum executio moderatur, & ideò modificatiuæ eæ dicuntur *DD. in l. Ex aduerso,§.fin. ff.soluto matrimonio, Riccius collect.238.* & vt admittātur,opponi debent intra spatium 30.dierum decurrendorum à die notificati decreti, vel mandati de parendo, prout etiam seruaretur si peremptoriæ essent exceptiones, vt declarat *d. Pragmat.4.nu.25. de dilation.* At si ante decretum, vel sētentiàm à Iudice fuisset impartitus terminus ad opponendas dictas exceptio-
29 nes,tūc post decretum talis dilatio 30. dierum non conceditur, *Felyn. in cap. Pastoralis,sub n.12. versu limita sec. de exception. Gratian. discept.forens. lib.3. cap.495. Surdus decis.332.n.2.in fine*, Cumque dictus terminus non fuisset assignatus, & post decretum, vel sententiam lapsi fuissent dicti dies 30.& vsque tunc non fuisset sentētia cæpta exequi,

ta-

tali quoq; casu eas opponi licèt, & oppositæ executionem illius impediunt, donec non præstetur cautio in casu retractionis, vt habetur in *ead. Pragmat. num.*5. vndè ex hoc accidit, vt in executione sententiæ, vel decreti diffinitiui duæ præstentur cautiones de restituendo vna si fuerit intra decem dies reclamatum à sententia à die lectæ latæ, altera in hoc casu.

Si quã de dictis exceptionibus probari côtigerit intra Regnum, terminus ad eam probandã, vsque ad mensium duorum spatium extenditur, eo minus quo Iudici videbitur attenta distantia locorum, si verò extrà Regnum, dilationem sex mensium excedere non potest, vt in *ead. Pragmat. nu.*26. & non
30 probantibus in terminis prædictis pœna inposita est ducatorum duodecim, & si contra probationem exceptionũ repulsa peteretur, terminus erit dierum 15. vt in *ead. Pragmat. num.*26. *in fine*, & in his terminis probationum, nec beneficia, nec restitutio in integrum conceduntur *in ead. Pragmat. d. n.*26.

Prima igitur exceptio pertinet ad filium familias, vel arrogatum per *l.* 2.
31 *ff. quod cum eo*, qui quoties tempore obligationis seorsum à patre non vixerit suis expensis, aut se obliganeri absq; patris consensu, licèt beneficium *d. legis* 2. renunciasset, regulariter opponere poterit talem exceptionem, vt per octo decisiones S.C. decisum refert *Nouar super Prag. coll.*208. *de Senatusconf. Macedon.* limitatur, & ampliatur regula pluribus modis, vt est videre penes *d. Nouar. vbi sup. n.*5. opponitur hæc, tùm aduersus sententiam, & decretum diffinitiuum, vt per *Ronit. super Pragmat. de Senatusconsult Macedon. num.* 25. & *Amatum consil* 41. & *Reg. Sanfelic. decis.* 390. *num.*6. *tom.*2. tùm etiam aduersus instrumenti liquidationem *Nouar. vbi sup. num.* 10.

Secunda mulierum beneficium respicit, & pariter post sententiam, vel diffinitiuum decretum opponitur *Bald. in l. si vxor*, 15. *C. de sent. conf. Velleian.*
32 *Nouar. coll.*109. *in Prag. de senatusconf. Velleian.* vbi plures ampliationes, & limitationes traduntur, & inter cæteras ampliationes illa potissima est, vt tale beneficium non solum ad hæredes extenditur, vt in *l. hæres* 20. *C. ad Velleian. Crass. de except. excep.* 27. *num.* 22. verum etiam ad donatarium eius, ad quam principaliter pertinebat *Andreas de Georgio in alleg.* 37. *Scaglionus in comment ar. dicta Pragm. de Senatusconf. Velleiani num.*58. *fol. mihi* 185. hęc non habet locum cum mulier pro se intercedit, probat *d. Consil. de Georgio alleg.* 32. *nu.* 2. *qui num.* 3. subdit in donando non iuuatur Velleiano; quod sequitur *Reg. Ronit. consil.*13. *num.*24. *tom.*2. reliquos si cupis casus in quibus mulier nõ iuuatur talè beneficio adi *Viscont. in suis conclus. verbo mulier. qua alienam fol.*192.

33 Tertia conceditur pro meliorationibus factis super re, donec illæ soluuntur *l. si in area, ff. de condition. in debiti*, *Capyc decis.*17. *num.*7. *Puteus decis.* 471. & 474. *lib.*2. *Episcop. Ricc. in praxi resol.* 63. *num.*1. & 3. quod est intelligendum, dummodò meliorationes essent deductæ ante sententiam, sin autem fit executio sententiæ cum fideiussione *Anna consil.*43. *Peregr. de fideicomm. art.* 50. *nu.* 1. *Dom. Reg. Capyc. Galeota controu.* 46. *n.*4. & 5.

Quarta, hæredi condemnato proficua est, confecto solemni inuentario, *Surdus decis.* 332. ibi *Dom. Consil. Hodierna nu.* 1. Ecclesia verò, si hæres alicuius esset, frui potest tali beneficio
34 etiam si inuentarium non confecisset, etenim Ecclesia nũquam tenetur vltra vires hęreditarias *glos. in cap.* 1. *de testam. Alexand. in l. fin.* §. *nouissimum, C. de iure deliberandi*, *Bartol. in l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles. de Franchis dec.*536. *in fine*, *Guido Papa decis.*171. *Ronit. super Pragmat.* 1. *n.*9. *de legatis pijs.*

Quinta, quæ est excussio principalis prodest fideiussori, & tertio possessori conuento actione hypothecaria, siuè tacita, siuè expressa sit etiam contra
35 a entem generali hypotheca *Galluppus in praxi S.C. p.*2. *cap.*9 *num.* 5. 21. & 31. cuius occasione nota, agentem speciali hypotheca, absque protesta-

 tio-

tione de generali, perdere beneficium
variandi ſuper generalitate, Puteus de-
ciſ.38. Riccius collect.73.p.1.

Sextà, quę continet nouam conuen-
tionem locum occupat in quolibet iu-
dicio, & in qualibet illius parte, etiam
poſt ſententiam, & litteras exequtoria-
les Bartol. in l.1.§. indè quæritur, ff. indè
36 quæritur, ff. de oper. nou. enunciat. ex fu-
tura enim verificatione illius partes
expreſsè recedere voluiſſe conſtat à
ſententia, vel decreto, aut ab alijs acti-
bus, & ità intelligitur Prag.44. num.2.
de offic. Magiſtri Iuſtitiarij de qua me-
minit Galleppus vbi ſupra in tit. de ex-
ception. poſt ſententiam p.3.c.3. in 4. ex-
ceptione, verum talis exceptio opponi
debet cum infraſcriptis requiſitis, vt
clara habeatur, ſcilicèt ſpecificatione
loci, & expreſsione teſtium, & tempo-
ris, vt ex mente eiuſdem Pragmaticę
huiuſmodi obſeruantia patet, quibus
concurrentibus etiam aduerſus inſtru-
menti liquidationem opponi poſſet:
tenet Bernard. Pandus de præſent. inſtr.
declar.14. p.1. quem ſequitur Galter. de
liquid. inſtr. 2. p. verbo atque in ijs diſcu-
tiuntur num.15.

37 Septima eſt exceptio cedendarum,
ad quemcumque condemnatū ad ali-
quid in quo erant alij forſan obligati
ſpectat, iuxtà textum in l. modeſtinus, ff.
de ſolution. Vndè oppoſita poſt ſenten-
tiam impedit illius executionem, do-
nec per victorem non cedātur iura ad
beneficium cōdamnati de Franchis de-
ciſ.406. & Afflict. deciſ.189. hęc etiam
inter contutores locum habet, vt idem
de Franchis deciſ.662. num.3. Surdus
conſil.336.n.10. Capyt. Latro deciſ.112.
num.4. & ſeq. Carlenal. de Iudic. tom.
tit.3. diſput.17.n.4. verum in multis ca-
ſibus non eſt ei locus, vt eſt videre Ni-
cuſantium depign. in 5. p. in 6. mem-
bro, verſu, ſed dubitatur.

Octaua quę eſt exceptio rei nō tra-
ditę pertinens ad victum, & condem-
natum ad ſolutionem pretij rei vendi-
tę, & non traditę, vt in tex. in l. ex ijs
38 prædijs C. de euictionibus, non ha-
bet locum, cum ea expreſsè fuerit re-
nunciata, vt teſtatur Vrſill. ad Afflict.
deciſ.263. num.4. & ſeqq.

Nona eſt compenſatio, quę ſolutio-
nis ſpecies eſt, vt per Guidonem Papa
deciſ.576. & Capyc. Latr. deciſ.82. nu.27.
& 28. Rouit. ſuper Pragmat.1. nu.28. de
39 cenſibus, eaque opponi poteſt non ſolū
poſt ſententiam, vt in l.2. ibi Bald. C. de
compenſat. l. ſi debitor, ff. qui potiores in
pignore, Marc' Anton. Blanc. in tract. de
comprom. tit. de exception. comprom. q.4.
num.8. verum etiam aduerſus liqui-
dationem inſtrumenti in forma came-
ræ Cæpolla cautel.121. Felyn. in cap. cum
Ioannes de fide inſtrum. Guido Papa de-
ciſ.171. Surdus deciſ.191. Hæc oppoſi-
ta contra creditorem, cuiuſcumq; ge-
neris, & qualitatis impedit: quia ſi vnū
poteſt pro alio ſolui l.2.§.1. in gloſ. ma-
gna ante mediū ff. ſi certū petatur, ergò
etiam compenſari licet; compenſatio
enim vim ſolutionis obtinet l. vel per-
mutauerit, ff. de leb. cauſ & l. ſi debitor ff.
qui potior. in pignore habeant. & l. am-
plius non pets, ibi Bartol. ff. rem ratam
haber. quod procedit in quantitatibus,
quæ inter ſe functionem recipiunt in
genere ſuo, ſcilicèt quod vna fungatur
alterius vice propter omnimodam ſi-
militudinem; vt explicat Iuriſconſult.
in l. certum in fin. ff. ſi certum petatur. li-
mitatur tamen cum creditor agit ex
cauſa depoſiti; quia tunc ex ſpeciali
priuilegio l. penult. C. depoſiti, & c. Bo-
na fides extra de depoſ. & concordat
l. fin. C. de compenſation. hæc exceptio
opponi non poteſt, tùm ob perfidiam
depoſitarij, vt in gloſ. vnica, l. ob nego-
tium, ff. de compenſ. tùm ob exuberan-
tiam fidei habitam in depoſitarium vt
tenet Iaſon. de act. in §. bonæ fidei nu.10.

Vltima, quę eſt executio in bonis alie-
nis de ea meminit Maſcatell. in gl. ſen-
40 tata p.3. num.48. ſed textum ſecundum
me punctualem exiſtimo huic excep-
ceptioni illum in l. A diuo Pio 15.§. ſi ſu-
per rebus, ibi ſed ſciendum eſt, ſummatim
eos cognoſcere debere, nec ſententiam
eorum poſſe debitori præiudicare, ſi fortè
hi dimittendam eam rem putauerunt. ff.
de re iudic.

41 Iſtæ, & ſimiles quę ſi liquidationē in-
ſtrumenti impedirent, poſſunt regula-
riter

riter aduersus executionem sententiæ, vel decreti diffinitiui opponi, ex doctrina *Bart. in l. cum vnus, ff. de bonis Auth. Iudicis possidendis.*

Finita igitur causa appellationis, si appellans vicerit, ex eadem decreti reuocatione datur altera appellatio, & in secunda appellatione si prior appellās,
42 (qui in secunda vocatur appellatus) succumbuerit, licet et secundò appellare, & non vltra; sic pariter si prior appellatus in prima appellatione amiserit causam potest bis prouocare, & ità singulis binæ conceduntur appellationes tradit *Scaccia de appell. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit 1. declarat. 7 nu. 42.*
43 An prolata sententia, vel decreto, aut pluribus super eodem, reuocantibus, vel confirmantibus, victus condemnari debeat in expensis, vide *Guido. Pa. pa q. 436. num. 56. & q. 137. & Tolosan. decis. q. 233. & Vinium decis. 47.* & an sit verum illud axioma, quod iusta causa litigandi excuset ab expensis, & vsuris, vide *tex. in l. si quis solutioni, & l. sciendum, ff. de vsuris*, & inter modernos *Reg. Merlinum controu. cap. 42. & 43. & Dom. Cons. Pratum discept. forens. cap. 1. 2. & 3.*

Iam verò post nauigationem, licet vt vela tandem contra hamus; iter quod breue vobis benigni Tyrones proposui, amplum, & planum reddet ingressum ad alia de Iudicijs practicabilia. Plura fuissem elucidaturus, nisi alibi cum res feret enodanda reposuissem; quid quid hactenus in efformando hoc praxis directorio elaboratum est, ad iuuenum captum, vsumque accommodatè attigi, opellæ pretium, fructumque nullum reposco, nec filocopus esse nolo, hoc tantum: si quid boni est, Dei, ac Fructus Benedicti Virginis Matris meæ dilectissimę Aduocatę laudi, & gloriæ adscribite: huius dūtaxat vos meminisse, vsque vixeritis nimis cupio.
44 Ensis, nisi se æqua, & euidēs causa incessat, gladium non emittit in quempiam, & cōtra faciens Deum habet vltorem, sic Procurator, & Aduocatus, cū ius non expostulat lites suadere non debet, & saepissimè si fas sit, aduertat ne vno ambulet pede *munus enim nostrum magno discrimine plenum*, audite quæso, quod legitur *in Chronicis Diui Francisci p. 2.* quidam Doctor, nomine Io:
45 Parente, cum Iudicis munere fungeretur in quadam Prouincia Vrbis Romæ, quadam die vespere facto per fenestrā suæ domus prospectabat, vidit quendā Porcorum custodem porcos in stabulo dictę domus recondere volentem, porci verò reluctantes ingredi nolebant, custos impatiens ira accensus eos verberare non linebat: en, audiente dicto Ioanne, vox audita est dicens: subulce si vis, vt Porci statim subeant stabulum, vociferare sic. Porci, Porci introite in vestrum stabulum eodem modo, quo Procuratores, Doctores, & Iudices intrant in Infernum; quarè his prolatis, illicò Porci mutuò se impellentes, absque strepitu ingressi fuerunt, ex quo Iudex magno metu perterritus derelinquens mundanum seculum ad Religionem Fratrum Minorum conuolauit, in qua deindè post obitum Seraphici Diui Francisci creatus est Ordinis Minister Generalis, & Sanctus obdormiuit in Domino.

Ruminat hoc quisquis, consulat, atque sibi.

SAN-

SANCTISSIMIS

ANGELO CVSTODI,

ET NICOLAO EPISCOPO

MIRENSI.

Gregorius Motillus Clyentulus humillimus.

AD vos Mens Angelica, & Custodiaria, ad vos Sanctissime Pauperum Pater, & Pastorum Decus supplex venio, hunc, quem priuati mei studij causa composueră Archetypũ, vobis dicaturus; non iàm vt sexcentis meis obligationibus satisfaciam, sed vt paruulum earum prabeam argumentum: en humiliter accedo pronus ad humum supplicans, hoc laboris parum suscipere dignemini, & vti vester indignus famulus, & Clyens charitati vestræ acceptum referens, rogo, atque obsecro mihi in cœno, ac luto huius vitæ versanti adeste vsque ad vltimum meæ vitæ spiritum.

DE-

DECESTASION
ΔΕΚΕΝΞΤΑΞΙΩΝ
SIVE
DECEM COMPARITIONVM IVDICIALIVM
ARCHETTPVS

Cum suis Obseruationibus, & Annotationibus.

AVCTORE

GREGORIO MOTILLO I. C. CAPVANO.

Formula petendi assecurationem per Mulierem super bonis viri etiam ad finem impediendi executionem faciendam ab eius creditoribus.

IN M. C. V. comparet Euphemia vxor Pirri dicens ad aures peruenisse multos adesse creditores dicti sui viri, quorum alij obligationum, alij instrumentorum liquidatorum, & sententiæ vigore, intendunt bona eiusdem exequi facere: & quia dictus Pirrus male incepit vti substãtia sua, ob quod ad inopiam vergit, prout se offert probare: ideò comparens, cum sit creditrix anterior pro suis dotibus, & antephato vigore capitulorum, & dotalis instrumenti, quæ inpromptu producuntur pro cautela dictæ suæ dotis, & antephati, ac etiam, vt se, & filios alere possit, petit pro illorum concurrente quantitate assecurari super infrascriptis eius bonis, instando interim ad venditionem illorum non procedi ad instantiam dictorum creditorum, & ità dicit prouideri saluis alijs suis iuribus quomodocumque, & qualitercumque sibi competentibus isto, & omni alio modo, & forma meliori, &c.

SVMMARIVM.

Iudicium assecurationis ordinarium est, n.1.

Si assecuratio petatur super mobilibus, tunc venduntur, & pretium ponitur in tuto, ibidem.

Si verò super stabilibus secus, num. 3.

Saluaguardia dotales, quando fiunt cum cautione, & quando non? nu. 2.

Affertur decisio Dom. Reg. Sanfelycij 319. *& eius intellectus, ibidem.*

Retentio, quando competit mulieri pro dotibus? num.4.

Mulier non potest petere assecurationem super bonis viri, quãdo est tanta super alijs nu.5.

Ius offerendi an detur creditoribus viri in iudicio assecurationis, nu.6.7. & 8.

Casus in quibus assecuratio peti potest demonstrantur, nu.9. & num.24. vsque ad num.27.

Mulier pro dotibus, etiam constante matrimonio poteſt cõtra posteriores creditores, vendicationis Iudicium intentare, n.11.

Sed distingue, ibidem n. 12.

Mulierem assecurationem petere posse contra virum, & interim non probata vergentia ad inopiam impedire executionẽ factam, aut faciendam ab eius creditoribus multis probatur iuribus, ex plosa opinione Barbati, *& explanata* Thesauri decis. *à nu.24 17. vsque ad 43.*

Vxor non habens instrumentum dotale, an possit assecurationem petere? ad affirmatiuam acclinat Auctor *cum* Afflicto decis. 332. *reprobata opinione* Muscatelli *non*

non rectè aduertentis decisionem Gramatici, *n.*30. *&* 31.

*Mulier licèt, absque instrumento dotali petere non possit dotem. Limitatur quando part itam solutionis dotis haberet: sed ea deficiente poterit obtinere contra heredes viri ad sibi conficiendum instrumentum, num.*32.

ANNOTATIO.

1 FRequens in nostris Tribunalibus est assecurationis iudicium, cuius angustias probare cogitur mulier cum malum habet virum, & nisi diligens, & cauta est, dotibus aliquando per varias coloratas causas exuta remanet: cum igitur sit casus illam petendi, ordinario est pergendum iudicio, aduertit *Petr. Fontanella de Pactis nuptial. clausula* 7. *glos.*2.*p.*3.*n.*19. Et ratio est, quia assecuratio peti non potest, nisi intercedat hypotheca, pro cuius actione exercenda ordinaria via agitur, vt latè *in Libello assistentia* suo loco tractabimus.

Vltra prædictum iudicium, aliud extra ordinarium remedium practicatur ꝑ modum prouisionis nemine audito:
2 comparet enim mulier suo instrumento dotali, in quo diuersa bona mobilia adscripta inueniuntur instando sup eis non molestari ad instantiam creditorũ sui viri, & quia sępius talia instrumenta in fraudem pauperum creditorum confecta esse deteguntur, ideò licèt eis expediatur saluaguardia, absq; alia causæ cognitione, tamen pro futura cautela creditorum, fuit olim per S. C. determinatum expediri saluaguardiam præuia annotatione bonorum, & cum cautione de ea non baractando, & exibendo ad omnem ordinem *M.*C. vt refert *Reg. Sanfelj. decis.*319. *in principio*, in qua etiam fuit resolutum huiusmodi cautionem post obtentam assecurationem non expirare, *ibid. n.*5. quã decissionem ego intelligo locum habere, quando pendente iudicio assecurationis petitæ, mulier peteret interim expediri saluaguardiam ne molestetur in bonis descriptis in instrumento dotali, aut quando adessent creditores viri in iudicio, qui aduersus tale instrumentum se opponerent: præter hos casus conceduntur in dies per M. C. V. prouisiones ne mulieres molestentur in bonis in suis instrumẽtis dotalibus descriptis, dummodò cum viris non sint insolidum obligatę.

Plurima in hac assecurationis materia annui possent, sed tempus non finit, propterea sit pro nunc quęsò Tyroni satisfactum hæc paucula significare. Primò, notabit, quod si bona super qui-
3 bus petitur assecuratio sint mobilia, tũc ea vẽduntur, & eorũ pretium ponitur in tuto, vt deindè in emptionem conuertatur pro securitate dotis, & antephati *Reg. Capyc. Latro decis.*42. *n.*4. *tom.*1. si verò sunt stabilia, tunc super eis fit mediante decreto diffinitiuo assecuratio pro concurrente, dotis & antephati quantitate, vt habetur in *tex. l. vbi adhuc*, ibi *nullam habeat licentiam eas res alienendi, C. de iure dotium.*

Secundò, tunc mulieri instrumẽtum dotale habenti cum clausula constituti, & pręcarij competere retentionem bo-
4 norum viri pro concurrente quantitate crediti, vt per *Bald. nouell. de dote p.*7. *priuil.*18 *&* 24. cum pendente assecurationis iudicio reperiatur in possessione illorum, vt probat *Reg. Capyc. Latro d. decis.*52. *num.*4. *tom.*1.

Tertiò, mulierem assecurationem petere non posse contra virum vergen-
5 tem ad inopiam, quando est cauta super bonis alterius, vt probat *Dom. Consil. Pratus discept forens. cap.*21. *num.*81. *tom.*1.

Quartò, in iudicio assecurationis super stabilibus, ius non concedi creditoribus offerendi mulieri creditum suũ
6 vt communi calculo receptum est penes *Afflict. decis.*199 *& de Franchis decis.*54. *in princ. & Chacheran. decis.*135. *nu.*12. limitatur tamen, cum res super qua petitur assecuratio esset maioris valoris: vt est decisum per S. C. penes *Capyc. Latro decis.* 42. *nu.* 11. & in aliis casibus quos recenset *Barbat. de restituter. interd. glos.*2. *num.*69. *& seqq.* itẽ
7 tale ius, cum agitur de assistentia pro dote, nec quidem admittitur, dummodò

dò peruenerit ad apprętium bonorum,
super quibus fuerit illa præstita, quod
intelligo secundum declarationem, &
distinctionem traditam à *Reg. Rouit. super Pragmat. de assistentia bonorum n.37.*
& 47. facto enim appretio cessat dictū
8 ius per ea quæ refert *Affl. dec.187.nn.3.*
sic etiam est dicendum si fuerit facta
datio, siuè adiudicatio insolutum, vt p
Vrsillum ibidem num.2.

Plures adsunt casus, in quibus mulier
assecurationem petere potest. Primò,
cum maritus condemnetur ad trire-
9 mes, vt per *Napodanum in cōsuetud. vbi*
dos nu.27. item si ingrediatur in aliquā
Religionem vouente vxore castitatem
l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric. item
cum male vir administrat, vt est in *d. l.*
vbi adhuc, & l. donationem, C. de iure
dotium, & præsertim *in nouella constit.*
coll.7. de æqualitate dotis, §. *nos autem*
itē cum nimium fideiubet, vt post *Bartol. & Ripam in d. l. si constante Franc.*
Stephan. decis.41. in add. & alios si cupis
casus adi *Borgnin. Caualcanum dec.21.*
num.7. p.4. P. Molphesium in comment.
consuetud Neap. tom.1. p.6. de iure dotiū,
q.5. per totam, Andream Gaill. singul.
obseruat. lib.2. obseru.83. n.13.

Nota pariter hic duas practicabiles
quæstiones, altera est an mulier suum
habens instrumētum dotale cum clau-
sula constituti, & præcarij possit ne pē-
dente assecurationis iudicio adhuc nō
probata viri inopia impedire executio-
nem factam, aut proximè faciendam
à creditoribus viri?

Altera; instrumentum dotale vxor
non habens, vtrum possit non obstante
consuetudine Neap. *Dos, & quarta* as-
securationem petere.

10 Quod ad primam plures reperi de
hac quæstione scribentes inter se tamē
dissentientes, & post omnes *Barbatum*
in d. tract. de rest. interdicto super Prag.
de assistentia glos.2. an 88. vsq; ad n.106
vbi post examinatam quæstionem suā
aperit sententiam, quam licèt commē-
do, nihilominus ex rationibus allegan-
dis non possum non accedere *Vrsill.* sē-
tentiæ *ad Afflict. decis.199. nu.2.* qua-
propter ad iuuenum leuamē liceat mihi
quoque *DD.* opiniones huc adducere
prout idem *Barbatus* attulit.

In iure certum est mulierem etiam
constante matrimonio, viro vergente
ad inopiam, vel in alijs legitimis cau-
11 sis desuper adductis assecurationē pe-
tere posse, *ex Vlpiani responso in d. l. si*
constante, ff. soluto matrim. imò vendi-
cationem contra posteriores viri cre-
ditores, tàm pro dote, quàm pro ante-
phato, vt cautū est cōdictione, siuè re-
medio *d. l. vbi adhuc, C. de iure dotium:*
hoc tamen discrimine, vt si agat contra
tertios possidentes bonorum viri, de-
beat prius discutere viri bona, & pro-
bare, alia non adesse, quę sint soluendo
per *text. in d. l. hoc si debitor, C. de pigno-*
12 *ribus,* & post *Antoninum de Phano de pi-*
gnoribus in primo memb.5. p. nu.28. Ca-
phal. cons.98. n.9. vol.1. Crot. consil.199.
vol.2. tenet *Minadous consil.18. num.8.*
si verò cōtra maritum possessorē agat:
tunc eum ad inopiam vergere probare
oportet, vt post *Barbos. in d. l. si constante*
Mastrill. decis.142. num.3. Giurba decis.
10. nu.1. interea pendente hoc iudicio
assecurationis mulier habēs instrumē-
tum dotale cum constituto, & præca-
rio, & inhærens possessioni bonorum
viri sibi obligatorum, & offerens se vi-
13 ri inopiam probare potest executionē
factam, aut faciendam à creditoribus
impedire tenuit *Baldus nouellus in d.*
tract. de dote p.7 princ.l.18. & 24.

Baldo accessit *Grammat. dec.92. n.18.*
sed non decisum refert casum, prout si
14 figurauit *Barbat. vbi supra n.88.* verum
licèt Domini de Consilio inclinauerūt
ad contrariam sententiam tamen de-
negata fuit assecuratio mulieri non
propter defectum instrumenti dotalis,
vt somniauit *Bernardinus Muscatell. in*
sua praxi glos. adiudicantur num.57. sed
propter suspicionem testium, vt ibi est
videre *sub num.23.*

Baldum, & Grammaticum secutus fuit
Vrsill. ad Afflict. d. decis.199. num.2. &
affirmando contra *Paulum de Castro in*
15 *l.1. ff. soluto matrimonio* quod mulieres
si vigore constituti, & precarij compa-
reant, viri vergentia etiam non adhuc
probata, possint interim impedire exe-

cutionem faciendā à creditoribus: adducit casum à semet practicatum, secus autē foret si remedio *d.l. vbi ageretur*, tunc enim inquit impedire non valeret, fortè quia creditores pactum, & ius executiuum habent, & benè puto di-
16 cere *Vrsillum*, quia iudicium assecurationis, vt diximus est ordinarium, & sic pactum executiuum non potest in eo casu per illum retardari, vt tradit *Consil. Carleuab. de iudicijs lib. 1. tit. 3. disp. 16. num. 2. in fine.*

Contra *Bald.* & eius sequaces sentijt *d. Paulus de Castro vbi sup.* & licèt in hanc contrariam opinionem nonnulli, & præcipuè *Barbatus sub d. nu. 92. versu contrariam sententiam* aggregare conetur *Thesaur. ex decis. 207.* egò tamē
17 ponderatis eius dictis cerno cū potius ad *Bal. & Vrsilli* opinionem accedere, quam ad contrariam partem: vel saltē ipsis non aduersari, ibi enim agebatur de muliere, quæ vigore *d. legis, vbi* intendebat creditores procedentes ad executionem bonorum viri impedire, non autem vigore constituti, & precarij, prout est casus noster, & sic non mirum esse debet, si Senatus ille contra mulierem decreuit, quoniā per terminos *d.l. vbi* nō probata exceptione, quod vir vergebat ad inopiā, nec obtenta sententia super assecuratione non poterat vxor impedire creditorū executionem, quia fortasse illi ius execu-
18 tiuum exercebant, illa verò ordinariè procedebat, nec ad cōciliandā opinionē *Thesauri* Patris mihi arridet distinctio ibi adducta per *Thesaurū filiū*, scilicèt, quod decisio patris procedat cum mulier conditione *dict. l. vbi* vtatur in odium creditorum, quia sub censura peritiorum meo tenui inquam iudicio, quod, in decisione illa mentio non fit, alia adfuisse bona viri sup quibus creditores non se direxerant, & vxorē assecurari potuisse, item, quia vxor hypothecam habens generalem non cogitur potius super vna re, quàm alia, re actionem suam experiri *l. qui generaliter, ff. qui potiores in pignore habeātur l. Moschis*, ibi *glos. in verbo possessore, ff. de iure Fisci*, vltra quod tale odiū in creditores semper præsumi potest, quoniam isti mulieri directi contradictores sūt, tùm etiam, quia ipsa scit eorum intentionem ad aliud non tendere, nisi toto conatu ad distractionē bonorum sui viri pro sibi satisfaciendo, & sic non video quod hoc odium satis sit, vt executio non impediatur, quod excogitandum alijs propono.

Cum *Paulo* sentijt etiam *Barbosa in d.l. si constante 25. n. 61. ff. soluto matrimonio* intercessit postremò, vt dixi *dictus Barbatus vbi supra sub d. n. 93. versu autem*, & sequendo *Pauli* sententiam asserit primò, quod mulier tàm si inhæreat simplici, aut expressæ hypothecæ, quam ipsi expressæ cum clausula constituti, & precarij non possit executio-
19 nem prædictam impedire, quia inquit ipse constitutum, & precarium non est specialius ius quā tacita, & expressa hypothecaria actio, cui pace sua respondeo, quod ius constituti est peculiarius, & vtilius iure actionis hypothecariæ expressæ, omissis alijs, de qui-
20 bus in *formula petitionis assistentia differemus num.* 50. quia in actione hypothecaria regulariter excussio principalis debitoris requiritur *Negusant. de pignor. p. 8. memb. 1. n. 11. & 17.* & non potest agi directè contra tertium possessorem, agenti verò vigore *constituti*, per quod transfertur ciuilis possessio, assistit remedium *l. fin. C. de acq. possess.* in quo non requiritur principalis excussio, sed agitur recta via contra tertium possidentem ad recuperandam, siuè reuocandam ciuilem possessionem, vt idē *Barbatus* affirmat in *d. tract. glos. 5. n. 1.* vndè agens vigore *Constituti* expeditū habet iter contra tertium, quod nō datur agenti iure hypothecæ tantum, & ideò in illo inest aliquod plus, quod non reperitur in isto
21 Subdit secundò *ipse*, quod clausula *Constituti, & precarij* constante matrimonio non operatur, quia pendente conditione, non est mulier in possessione bonorum viri vigore clausulæ prædictæ, quæ tūc operatur cum fuerit purificata conditio, & sic res mariti non dicitur obligata pendente conditione

suspen-

suspensiua secundum *Bartol. in l. facere ff. soluto matrim.* licèt postmodum purificata conditione retrotrahatur ad diem obligationis *l. potior cum alijs, ff. qui potiores in pignore*, cui addo *Socein. consil. 41. num. 22. lib. 4. & Neguſ. de pignor. 1. memb. 5. p. princip. num.* 11. & perconsequens cum sit contractus conditionalis *Constitutum* eiusdem sequitur naturam, vndè *num.* 103. concludit, quod prius debet fieri plena, & integra inopiæ mariti probatio, & interim succurri possit cautionis remedio præstandæ p creditorem de restituẽdo ei habenti potiora iura, itaut con. stito de viri inopia, & mulieri obtenta assecuratione, creditor teneatur restituere eadem bona hæc ille.

Prædicta quidem licèt vera videantur, nihilominus dicendum existimo, quod, & si substãtia *Constituti* propter contractum conditionalem differatur, donec aduenerit casus assecurationis, & interim nõ operetur, quod secus esset si differretur illius executio se-
22 cundum *Oldrad. consil. 114. col. vlt. vers. dico, Natta consil. 453. num. 3. Osasch. decis. 85. nu. 15. Tiraquel. de constit. 3. p. lim. 2. n.* 18. tamen creditoribus viri vrgentibus pro distractione bonorum, & vxore opponente viri vergẽtiã ad inopiam, & assecurationem petente, negari non potest, quod constitutum operari incipiat à simili eorum, quę annuit *gloſ. in l. hæres meus 78. ff. de conditionibus, & demonstrat* igitur si tunc incipiat purificari, incipit etiam effectus dicti constituti, & perconsequens translatio possessionis, ad cuius conseruationem, & defensionem non debet interim permitti, vt inopię probatione pendente, bona cum cautione ad creditores transferantur. Primò, quia ex dote alimẽ-
23 ta mulieri debentur, & pro ea sequestrum in principio litis *Bartol. in l. si cum dotem, §. si autem nu. 2 ff. soluto matrim.* & idem *in l. si constante n. 5. & 7. Petrus Garsia decis.* 10. Secundò, quia ciuilis possessio interuerteretur. Nec prodest dicere, mulieri cautionẽ sufficere, quia creditores posteriores possidendo cum cautione bona hypothecata mulieri anteriori creditrici in vim executionis, & iure pignoris nõ faciunt fructus suos per *tex. in l. 1. & 2 C. de pignor. act.* quã, cũ alijs allegat *Afflict. decis.* 358. *n.* 4. vndè obtento assecurationis decreto, tenentur ipsi bona cum fructibus restituere, quid igitur lucri faciunt creditores posteriores hac tali tenuta, si deindè restituere debeant? imò perdunt expẽsas litis, quas occasione prædicta fecerunt, ex his accedo *Vrsillo, & Bal.* locis prædictis, & concludendum puto, muliere in tali casu assecurationem petente, supersederi debere in bonorum executione pro cõcurrẽte crėdito dotali, & antephato, posthæc nimis gauisus sum me inuenisse huius conclusionis obseruantiam veram fuisse penes *Reg. Sanfelyc decis.* 131. vbi *num.* 5. vltra *Baldum nouellum, & Gramm. & Vrsill.* alij quoque *DD.* referuntur, qui hanc tenẽt sententiam.

Extendo nunc conclusionem prędictam ad sequentes cãsus. Primò, cum
24 fuerit maritus foriudicatus, & propter bannum cogeretur peregrinari, & perconsequens male vti inciperet bonis suis, secundum *Bartol. in d. l. si constante n. 20. & Crot. ibidem nu. 27. & Barbos. super ead. num. 30. vers. si vlterius*, tunc enim publicatis omnibus bonis viri ob quod maritus dicitur vergere ad inopiam ex relatis per *Mastrill. decis.* 283. *num. 3. & seq.* imò secundum *Bartol. in d. l. si constante num. 20. ff. sol. matrim.* virum esse in perfecta inopia, vxor potest petendo assecurationem impedire illorum venditionem pro concurrente quantitate dotium, & antephati.

Secundò, si accidat vt creditor vigore sententiæ, vel pacti executiui exequi faceret bona mariti, & aduersus executionem alius creditor se opponeret petens in pretio perueniendo, aut per vento ex bonis executis præferri, & vxor viri, tunc in medium prosiliret op-
25 ponens se executioni factæ petens declarari se esse præferendam pro sua dote, & antephato, tunc esset supersedẽdum in dicta executione, & interim termino ordinario esset audienda, vt probat *Consil. Carleual. de iudicijs lib. 1.*

tit.3.disp.12.num.5.& 6.

Tertiò, si maritus vnum haberet fundum, super quo facta fuisset executio ad instantiam suorum creditorum, tunc mulier licèt imprompto inopiam viri non probaret producendo instrumentum dotale, & petendo super eo assecu-
26 rari, esset interim supersedendum in illius venditione, quia si venderetur, non esset mulier magis cauta sup pretio, quàm super fundo ex traditis per *Vinc. de Franchis decis. 54. sub nu. 13. & 15.* si consignaretur creditori sub cautione, eo casu mulier interim non haberet vndè se, & filios suos aleret.

Quartò, si fuerit factus cõcursus creditorum, tunc mulier, cum pro se habeat vrgentiorem suspicionem inopiæ
27 viri propter iudicium concursus potest se interim opponere, ne ad iudicationem, aut venditionem procedatur, nisi prius graduata pro cõcurrenti quãtitate dotis, & antephati ad finem se assecurandi, secundum ea quæ refert *Castill. de vsufructu cap. 19. num. 11. & idem in 4. tom. controuers. 59. n. 24.*

Ad alteram venimus quæstionem, an vxor instrumentum dotale non habens possit assecurationem pètere? in hac discordes legi calamos scribentiũ tempore enim *Afflicti* anno 1506. pro affirmatiua inuenitur decisum in causa
28 Altobellæ Copulariæ, vt penes eũdem *decis. 332.* in qua habetur, quod vergẽte ad inopiam Stephano Follerio filio Frãcisci, Altobella Copularia sua vxor, quamuis instrumentum dotale haberet ad sui beneficium confectum ab ipso viro, nihilominus assecurari petijt super bonis Francisci, quia ipsi dotes solutæ fuerunt, & ab eodem per scripturã priuatam fuerat promissum eas cõseruare, & cautas facere, & licèt fuisset per alios filios, & cohæredes dicti Francisci oppositum bona dicti patris non esse obligata propter obligationem non secutam, & sic absque instrumento dotali dos peti non poterat secundũ consuetudinẽ Neapolitanam *Dos, & quarta* his non obstantibus in hac quæstione fuerũt per S.C. duo resoluta dubia. Primum, quod consuetudo prædicta locum nõ haberet in probatione, & assecuratione dotis, quia aliud erat petere, aliud probare, vt *Napodanus super*
29 *ead. conf. glos. 1.* explicauit 2. quod ad concomitandum instrumentum dotale etiam contra personam in eo non nominatam testes produci poterant circa plus quod in instrumento dicebatur inesse, & scriptum non erat, & propterea fuit per S.C. concessa assecuratio super bonis dicti quondam Francisci, quam decisionem secutus est *Vrsill.* ibi *sub nu. 3.* allegans *Alex. consil. 58. vol. 4.*

Ad negatiuam partem, deindè plerosque dominorum S.C. inclinasse, te-
30 statur *Gramm. decis. 92. sub n. 23.* quam anno 1548. compilauit, & omnes, qui hanc contrariam sequuntur, vt sunt addentes ad dictã cõsuetudinem, & P. *Molphes. in comment. d. conf. tom. 1. p. 7. q. 15. num. 3.* huic decisioni *Gramm.* inhærent, quoniam de *Beatrice Gattula* loquuntur, ego tamen sequor *Afflictum, & Vrsillum, vbi supra*, tùm ex iuribus, vt supra relatis, tùm etiam, quia penes
31 *Afflictum* casus fuit resolutus, & licèt *Berardinus Musc tellus in praxi p. 3. glos. adiudicantur num. 58.* dicat quod dictæ Beatricæ Gattulæ fuisset denegata assecuratio propter defectum instrumenti dotalis parcat mihi anima sua, quia ipse non benè aduertit decisionem *d. Grammatici*, etenim licèt Domini Cõsiliarij illius temporis præter *Grammaticum* ad dictam negatiuam sententiã propensi erant, tamen quia testes producti per dictam Beatricem erant suspecti, ob quod eis fides non fuit præstita, hac de causa S.C. deneganit assecurationem petitam, vt videre est *sub n. 23. versu attamen quia testes.*

Pro Corollario notabis, licèt mulier restitutionem dotis, & antephati solutionem petere; & habere non possit; absque instrumento dotali secundum *d. Consuetud. Neapolit.* nihilominus limitari quoties adesset partita Bãci publici, vt interpetratum, & decisum fuit per S. C. refert *Anton. de Alexand. in add. ad dictam consuetudinem* incipiente *si non producitur fol. mihi 267.* eaque deficiente probata dotis solutione, decretum

cretum consequi posse, per quod hæredes viri condemmnantur ad sibi conficiendum tale dotale instrumentum, vt obseruatum testatur *Camil. Salern. in add. ad d. consuetud. incip. licèt dos nō probetur, fol. mihi* 265. & hæc satis.

FORMVLA PETITIONIS assistentiæ contra tertios possessores.

IN M.C. Vicariæ cōparet Victoria Vertaldo vidua quondā Marij dicens superioribus annis contemplatione matrimonij contrahendi, & postmodum contracti cum dicto Mario, eidem soluisse ducatos mille in pecunia coram testibus numerata, quos sibi restituere promisit, tàm in casu dissolutionis dicti matrimonij per eius mortem comparente superstite, quàm in alio casu à lege permisso, cum obligatione omnium eius bonorum, & cùm clausula constituti, & præcarij, & pro eis fuit sibi constitutum antephatum seruata forma Reg. Pragmaticæ, vt id, & alia liquent ex instrumento dotali producto, & quoniā factus est casus tā dict. restitutionis duc. mille, quàm solutionis dicti antephati per mortem ipsius Marij, intendit etiam vigore Regiæ Pragmaticæ pro cōcurrenti quantitate sui crediti acquirere possessionem dictorum bonorum tempore dictæ obligationis possessorum per dictum quondam suū virum, & impresentiarum ab infrascriptis possessoribus detentorum; quapropter recurrit ad dictam M.C. & petit, tā pro dictis ducatis mille, quam antephato, eorumque interesse decurso, & decurrendo, vsque ad integralem satisfactionem cum omnibus damnis, & expensis, assistentiam præstari cum facultate vendendi, vel adiudicandi in forma super dictis bonis inferius describendis, & ità dicit prouideri saluis alijs iuribus, &c. omni modo meliori.

SVMMARIVM.

Clausula constituti secundum aliquos transfert in creditorem titulum, & naturalem possessionem bonorum obligatorū, num. 1.

Et secundum alios ciuilem tantum, num. 2.

Clausula prædict. secundum Ioannem de Rogerio *vim habet transferendi non solùm ciuilem, verum etiam naturalem possessionem, n. 3. & 4.*

Quoad ciuilem, dumtaxat tenet Reg. Rouit. *num. 5.*

Sed cum vtraque distinguendo pertransit Auctor, *nu. 6.*

Precarij natura, & constituti, qua sit explicatur, n. 7. & 8.

Ciuilis possessio quomodo interuertitur per debitorem exemplificatur, n. 9. & 10.

Hypotheca oritur ex speciali, & generali obligatione bonorum debitoris, n. 11.

Et ab ea dependet facultas vendendi, vel adiudicandi, ibidem.

An pactū de ingrediēdo possit creditor exercere propria authoritate? distinctione declaratur, n. 12.

An pacto de capiendo possit idem creditor capere omnia bona debitoris explicatur, num. 13.

Ad explicationem interdictorū, quæ creditoribus competūt tres Auctor *distinguit casus, num. 14.*

Quomodò, & quando creditor reuocare possit præcarium, & adipisci naturalē possessionem bonorum sibi obligatorum, num. 15.

Et quo remedio sit ei tūc succurrendū? ibid.

Saluianum interdictum, quid operatur, & quantum differat à remedio actionis Seruiana, num. 16. 17. & 20.

Illud Saluiani intelligi debet de directo, quod non conceditur contra tertium, ibidem, & n. 18.

Contra verò extraneum vtile Saluianum interdictum requiritur, ibidem.

Istud vtile Saluianum datur tàm in locatore, quàm in creditore, discrimine tamē probationis reiecta opinione Thesauri decis. 176. *ibidem & n. 19.*

Vt vtili Saluiano obtineatur, quid probandum sit? aperitur, num. 21.

Deijcitur Scaccia, *ibidem.*

Huiusce remedium etiam fideicommissarijs particularibus competit, ibidem.

Remedium possessorium adipiscendæ possessionis exemplificatur in tribus num. 23. & 24. vsque ad num. 29.

Remedium possessorium recuperandæ, alíud est

ANNOTATIO.

ASsistentiæ iudicium frequentissimū esse videmus in hoc Regno, vndè pro Neotericis hæc pauca ex pluribus, quę de ea à varijs, aut fusè, aut confusè tradita sunt, breuiter, in vnum redegimus, vt labore exonerati, alios valeant colligere fructus.

Quotidiè venditiones fiunt annuorū introituum à debitoribus super fructibus rei stabilis, quā ex forma *Bullæ Pij V.* obligant cum omnibus alijs suis bonis ad beneficium creditorum cum potestate ingrediendi, & capiendi propria authoritate, & cum clausula constituti, & precarij pro pretio, de quo inter se partes conueniunt, ideò principaliter clausulas prædictas sigillatim explicabimus vt de earum virtute cognoscere, deindè possimus remedia, quæ iure præstantur ijs, qui tales habent in instrumentis clausulas.

Obseruabis *DD.* in explicandis clausulis constituti, & precarij in varias, & obscuras incidisse sentētias, adeòut vix verus earum intellectus cerni possit.

Quidam voluerunt, quod per clausulam constituti debitor transferat in creditorem, vel in alium contrahentem
1 titulum, & naturalem possessionem bonorū obligatorū, (licèt traditio ficta sit, *l.certè, §.1. ff. de precario*) & quod in hoc

hoc casu penes debitorẽ remaneat detẽto tantũ illorũ, vt tenet *Scaccia de iudicijs lib. 1. cap. 62. sub num. 24. versu si verò loquamur.*, *Menoch. de recuper. possess. rem 14. n. 25.*

Alij dixerunt, quod per clausulam precarij idẽ debitor transferat in creditorem ciuilem possessionem per *d. l. cer-*
2 *tè, §. quæsitum* (ibi) *mihi.* (ideſt creditori) *videtur verius precarium consistere in pignore, cum* (respectu) *possessionis rogetur, non* (respectu) *proprietatis, ff. de precario. Bartol. & alij in l. creditores sub num. 19. & 25. in fine, C. de pignoribus.*

Ioannes verò de Regerio, cuius sententiam transcripsit *Horatius Barbatus* suus alumnus in præfatione sui tracta-
3 tus *de restitutorio interdicto super Prag. de assistentia, num. 7. & 55.* tenet, prout etiam sentijt *Menoch. de recup. possess. d. rem 14. nu. 24. & 25.* quod per dictam clausulam Constituti transferatur non solum possessio ciuilis, verum etiam naturalis, & vtraque deindè penes eundẽ debitorem maneat possessio propter vnanimem consensum existentem in ipsum debitorem, & creditorem, & licèt dictæ suæ sententiæ obstare videatur regula illa, scilicèt duo non possunt
4 eandem rem insolidum possidere, ex *textu in in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. possess.* eam tamen non obstare respondet, ex mente *Sabini* in precaria possessione, quia in contextu *d. l. 3.* sic dicitur, *Qui precario dedit, & ipsum possidere, & cum qui precario acceperit*, ly *dedit* refertur ad creditorẽ, ly *acceperis* ad debitorem, atque adeò vtrumque possidere videtur dicendum.

Quidquid ergò sit de his, & alijs opinionibus, quæ passim penes scribentes inueniuntur, nos inhærentes *Reg. Rouiti* sententiæ super *Pragmat. 1. de assistentia n. 21.* dicimus quando quis cõtrahit, & pro obseruantia promissorum obligat bona sua cum potestate ingrediendi, & capiendi propria authorita-
5 te, & constituit se precario nomine creditoris, vel alt rius contrahentis eadẽ bona obligata possidere, tunc ex hac forma verborum oriri constitutum per quod in creditorem transfertur ciuilis possessio dictarum bonorum, & penes debitorem naturalem remanere possessionem, vt exemplificat *Tyraquell. in tract. de iure constit. possess. num. 3. & 4.* per totã primam partem, ad quod facit *tex. in d. l. certè, §. enim qui precario, ff. de precario, & l. quod meo nomine possideo possum, & alieno nomine possidere, ff. de acq. vel amitt. possess. & l. & habet, §. eum qui precario. ff. de precario. Bartol. in l. iter dum num. 1. ff de acq. possess. & idem in l. 3. num. 11. C. de pignor.* sed melius dici puto si diceremus per constitutum vtramque possessionem trãsfer-
6 ri in creditorem, & eodem tẽpore post actum eãdem naturalem possessionem dimitti per creditorem ad beneficium debitoris ab eo detinenda, aut precario nomine ipsius creditoris, aut ad preces debitoris, (quoniam vtrumque dici potest, vt colligitur, & sæpiùs penes *Menoch. de recup. possess. d. rem 14. num. 42.* ibi *precario tantum nomine creditoris*, sed veritas est, vt ad preces debitoris res obligata tradatur debitori ad vtendum, vt bonus, & clarus *textus est in l. cum, & sortis 35. §. pignus ff. de pignorat. act.* & huiusmodi naturalis dimissione concedi perceptionẽ fructuũ ad proprium commodum ipsius debitoris cum alijs dependẽtibus ex dominio, vt explicat *Barbatus in dict. præfat. sub num. 57. versu His, itaque*, cui addo *Menochiũ d. tit. de recuper. possess. d. rem. 14. num. 37. & 42.* & rursus *num 43. in fine* sic punctualiter dicentem. *Considero enim ciuilem possessionem esse penes hunc creditorem, qui naturalem precario ipsi debitori concessit*, & hòc adeò verum est, quatenus natura precarij con-
7 sideretur, etenim precarium in hoc cõsistit, vt id quod conceditur vtendum, duret, tamdiù, quãdiù velit qui concessit *l. 1. ff. de precario*, vndè ex hoc mouentur *DD.* ad affirmandum, quod creditor vltra ciuilem possessionem habeat etiam veram, & naturalem possessionẽ nascentem, aut ex simplici cõstituto nõ associato cũ precario per *tex. in l. quod meo in princ. ff. de acq. possess.* aut à precario secundum terminos *l interdum, ff. eod.*

tonib

ff.eod. Regens Merlinus contrnu. tom. 1.
cap 88. *num.*12.nec in tali translatione
possessionis ciuilis vigore dictæ clau-
sulæ *Constituti* est facienda considera-
tio aliqua,circa clausulam precarij,quę
complicari,& coniungi solet cum ipso
constituto, quia licèt per precarij clau.
sulam debitor posfideat nomine credi-
toris, discussio tamen ipsius principa.
8 lis debitoris non est necessè,cum ipse
debitor talem possessionem naturalem
transfert in tertium , etenim tunc sem-
per præualere clausulam constituti ad
fauorem creditoris,& precarium non
obstare est dicendum attenta *d.Regia
Pragmat.1.de assistentia*, & eiusdem in-
ueterata praxi:testatur *d. Barbat. in d.
præfat.num.*57. & nos clarius in fine.

His præmissis erit primò sciendum
cum debitor qui precario nomine cre-
ditoris posfidet, bona obligata in ter-
9 tium transfert , tunc interuertere , siuè
surripere dici à creditore ciuilem pos-
sessionem illorum , quæ tempore dicti
constituti,vel precarij in ipso creditore
remansit,secundum *glos. in l. fin. verbo
generetur in fine, C.de acquir. possess.&
Ripam in rubrica,ff.de interdict. num.*5.
& seq. qui huiusmodi interuersionem
oriri inquit, quia ciuilis possessio cre-
ditoris , siuè rogati , siuè constitutarij
10 quiescit super naturale possessione
debitoris,siuè rogantis,siuè constituen-
tis,propterea translata possessione in
tertium , translata etiam dici debet ci-
uilis , & perconsequens interuersa , &
surrepta à creditore : caue igitur *à Me-
nochio de recup.possess. d.rem.14.nu.*44.
qui prius *sub nu.9.versu, nec aduersatur*
dixerat quod creditor per alienationē
rei sibi obligatæ à debitore factam,& si
amittat naturalem , retinet tamen ciui-
lem possessionem, & quod per hanc ci.
uilem facilè posfit authoritate Iudicis
recuperare naturalem, nos verò sequē-
do, & *glossam prædictam* , *& Ripam vbi
supra* admittimus per traditionem na-
turalis possessionis factam à debitore
ciuilem interuerti possessionem credi.
toris, quæ quomodò sit acquirenda in.
ferius dicemus in secundo casu *nu.* 35.
& seq.

Erit secundò sciendum quod credi-
tor vltra clausulas,quas diximus,habet
etiàm hypothecā expressam, quæ quasi
seruiana dicitur, vt per *Iason. in tit. de
action.§.item seruiana n.* 70. hæc nasci-
tur ex speciali, & generali obligatione
bonorum debitoris, vt habetur *in tot.
tit.ff.& C.de pignoribus* , & huic hypo-
thecæ inhæret pactum illud de ingre-
11 diendo,& capiendo bona propria au.
thoritate, testantur *Regens Rouit. super
dicta Pragmat.1.nu.*23. *& Barbat. in d.
tract.glos.1.nu.* 10. vigore cuius conce-
ditur creditori facultas vendendi , vel
sibi adiudicandi tot bona debitoris ,
quot sufficiunt pro satisfaciendo suo
credito;vndè quoties creditor pro exe-
cutione dictæ facultatis vult exercere
pactum ingrediendi,& capiendi, vt tu-
tius procedat , institutum est assisten-
tiæ iudicium , quæ nihil aliud est , nisi
imploratio Iudicis officij ad hoc,vt ca-
pturæ possessionis assistat vigore dicti
pacti de capiendo, canit *tex.in l.* 3. ibi
*attamen authoritate Præsidis possessionē
adipisci debet* , *C. de pignoribus* , modò
occasione prædictorum querimus pri-
mò , an pactum de ingrediendo posfit
creditor exercere propria authoritate,
prout à debitore conceditur ? respon-
demus,quod si creditor agit in debito-
12 rem suum posfidentem eadem bona
obligata,potest,& de hoc non inquiri,
nec amittere creditum secundum *edi-
ctum diui Marci*,vt in *tex. in l.extat , ff.
quod met cauf. & in l. pen. C. de pigno-
rat. action.* licèt cautius ageret si iudi-
cijs officium imploraret, prout *glos.*ibi
in *textu prædicto* exponit : si verò agit
contra tertium posfidentem bona de-
bitoris sibi obligata secus est , quia
pactum illud non afficit, vt *eadem glos.*
explicat in verbo *non videtur* in fine ,
sed tunc omninò recurrendum est ad
iudicis officium.

Secundò, quærimus an vigore pacti
de capiēdo posfit creditor capere om-
nia bona , quæ fuerunt sibi obligata ?
replicamus , quod creditor licèt facul-
tatem habeat bona debitoris vendendi
vigore pacti , non ideò oritur ; quod si
13 plus debito uendantur illud plus cre-
ditor

ditor sibi lucretur per *tex. in l.3. C.de pignoratitia actione*, sic ex argumento eiusdem, quamuis creditor pactum habeat de capiendo bona debitoris, non ideò extẽditur pactum illud vltra quãtitatem debiti, sed pro concurrenti illius quantitate: & hoc procedit in adiudicatione vigore Pragmaticæ de assistentia. Secus autem est, quãdò ageretur vigore Saluiani interdicti directi contra debitorem pro sola detentione rei, vt mox inferius dicemus, *num.15. & seq. & num.20.*

Nouimus ergò quid *cõstituti, & precarij clausula* operetur, quomodò possessio ciuilis translata in creditorem interuertatur? vndè *hypotheca* nascatur? & cui pactum de ingrediendo, & capiendo inhæreat? & cur assistentiæ iudicium sit inuentum? sed quia diuersæ sunt actiones, quę ad diuersa tendũt, & pro diuersis diuersa introducta fuere remedia, ideò modò quæramus, quæ sint remedia, siuè interdicta ad creditores pertinentia in varijs casibus, tùm contra principalem debitorem, eiusque
14 hæredes, tùm contra extraneos bonorum possessores creditoribus obligatorum, pro quorum intelligentia, sequẽdo modum, quem tennit ipse *Regẽs Ronitus super d.Pragmat.1.* tres constituemus casus. Primò, cum debitor deficit ab annua solutione promissa ꝑ continuum tempus in cõtractu expressum, aut cum pacta in eo nõ seruauerit, aut cum creditor alia legitima causa precarium reuocare intendit.

Secundò, cum debitor ipse, aut sui hæredes bona obligata creditori alienant extraneo, qui ab ipso debitore, siuè hęredibus causam immediatam habet.

Tertiò, cum creditor pro recuperando credito suo agit contra tertium, qui causam remotã habet à principali debitore.

In primo casu, quia tempore constituti de quo supra, in creditorem ciuilis possessio remansit, naturalis verò per precarium debitori fuit dimissa ad eã detinendam nomine ipsius creditoris, propterea creditor in hoc casu reuocando precarium potest adipisci dictã
15 naturalem possessionem rei sibi obligatæ, quæ penes se non extitit, sed penes ipsum debitorem suo nomine, pro qua naturali possessione adipiscenda remedio interdicti Saluiani succurritur, cuius iudicium est merè possessorium, vt in *l.p.ff.de precario, & cap.fin.extra de precarijs, & l habet summam, ff.eodem,* hoc enim remedium non fundatur in
16 proprietate, & dominio rei, sed in possessione ipsius debitoris, aut sui hæredis, & in eo agitur de quasi pignore, & hypotheca in sola possessione pignorantis, & non pignore, & hypotheca super re, tradit *Negusant. de pignoribus memb.1.num.6.cu 3. different.* & hac de causa DD. dicunt, quod huiusmodi remedium Saluiani vtilius sit remedio actionis seruianę, quia actione seruiana antiquitus, antequam saluianum fuis-
17 set introductum agens aliquando dominium probare oportebat, siuè directum, siuè vtile fuisset, aut quasi dominium, & sic bonam fidem, & titulum, in saluiano verò solam possessionem probare sufficiebat, vt probat *Iason de action. §.item seruiana num.85. & sub num.93. versu retenta,* & signanter *numero 102.*

Est tamen aduertendũ hoc quod diximus de Saluiano, intelligi debere de directo, quod creditori conceditur cõtra debitorem, & suum hæredem tantùm, vt in *l.1.C.de precario, & saluiano interdicto*, ex quo fit, vt cum creditor illo vtatur, necessè non habeat probare dominium rei obligatæ, sed solam possessionem, quam adipisci intendit, vt apud *Viuium decis.416. nu.11.* sed an contra tertium creditor hoc eodem directo vti possit? negatiuè respondet *Reg.Ronit.super d.Pragmat.n.29.* qui li-
18 cet de saluiano loquendo non explicat de quo interdicto loquatur, an de vtili, an de directo, tamen de directo intelligendus est secundum *Bartol. in l.1.ff.de saluiano,* & clarius *Ripa in rubr. de pignor.num.19.* cum verò contra extraneum vult creditor agere, tunc vtili saluiano iuuatur, dummodò hypothecam habeat per *tex.in l 1.ff. de salu. in-*

terd.& ità tenet *Ripa*, *vbi supra*, *& Viuius d.decis.*416.*num.*14. *Statil. Pacificus in tract. de saluiano interd. insp.* 1. *cap.*1.*nu.*9.*&* 10. *& signanter insp.* 3. *cap.*1.*num.*3.& licèt *Thesaur. dec.* 176. *num.*9. referens opinionem *Bartoli*, *& Ripa* cum aliis, alleget contrarium sentientes, ibi *numero* 10. qui volunt, quod effectus saluiani procedat in locatore, contra conductorem, & non in creditore: tamen vera, & receptior est illa *Ripa*, & sequacium, dummodò interueniat in hoc vtili remedio contra tertiũ probatio dominii debitoris circa rem obligatam, & ab ipso extraneo possessam, vt declarat *Vuescembec.* & alij adducti per ipsum *Thesaurum vbi sup.* quibus addo aliud requisitum, scilicèt creditum cum hypotheca *Rota dec.*591. *penes Sanctissimum Pont. Greg.XV.* nec

19 huic repugnat opinio ipsius *Thesauri*, ibi *in fine* dicentis, quod declaratio prædicta si vera esset inutilem redderet cautelam DD. dicentium melius esse, & vtilius agere saluiano, quam hypothecaria, quia DD. sic loquentes intelligi debent de saluiano directo, non vtili, nec aliter potest intelligi eorum dictum, quia probatio, quæ fit in vtili interdicto, fit etiam in hypothecaria,

20 vt suo loco dicemus. Vndè concludimus, quod quando remedium saluiani directi petitur, nil aliud conceditur, nisi immissio sola in possessionem rei obligatæ per debitorem possesse ad eam detinendam, donec ex fructibus ipsius fuerit creditori satisfactum, postquam fuerit immissus in possessionem rei nõ potest eam distrahere, tùm quia ei nõ datur retinenda loco pignoris, tum etiã in hoc saluiano directo non discutitur de validitate crediti, vt *Rota diuersor. dec.*43. *in causa Romana fructuũ* 50000. *sub num.*4.*p.*1. & ideò est merè possessorium iudicium, vt in § *interdictũ inst. de interdictis*, *& l. interdictorum*, *§. adipiscenda*, *ff. de interdictis*, *Bartol. & alij in l.*1.*ff.& C. de salu. interdic.* & quia est possessorium non admittit appellationem *l. vnica Cod. de momentan. possess. Thesaur. decis.*175. *n.*3. & ex hoc oritur, quod in aliis Regnis ad euitandam appellationem creditores petunt potius hoc saluianum, quam pactum de ingrediendo, & capiendo cum adiudicatione crediti, quod idem esset, ac assistentia cum appretio, vt per *Barbat. de restitut. interd. glos.*1.*n.*31 *in fine.*

Quando verò agitur dicto vtili saluiano interdicto, vbi etiam immissio in possessionem bonorum peti potest cõtra tertios possessores cũ distractione, tunc extrema dicti saluiani vtilis pro-

21 bari debent, quæ quidem huiusmodi sunt, scilicèt creditum cum hypotheca. Secundò possessionem debitoris tempore obligationis. Tertiò possessionẽ detentoris cõtra quem dirigitur actio, quibus concurrentibus, etiam per viã sustentationis litis, vt probat *Burattus decis.*693. *num.*3.*&* 4. conceditur dicta immissio, prout in terminis extat decisio *dict. Viuij* 416. cui addo *decisionem S. R.R. coram Eminentissimo Cardinali Ottobono die* 10. *Maij* 1649. de qua habetur apud *Salgadum in laberintho creditorũ decisionum centenaria decis.*33.*n.*1. cessante verò hypotheca, cessat rememedium dicti vtilis saluiani, vt resolutũ fuit in *d.R.R. corã Eminentiss. Cardinali Corrado penes eundẽ Salgadũ vbi sup. decis.*19. *nu* 3. cuius vtilis saluiani remedio vti potest fideicõmissarius etiã particularis in ipsa re fideicõmisso subiecta *Gabriel. consil.*44.*num.*1.*lib.*2. *Seraph. decis.* 828. *n.*1.

Est tamen cauendum *à Scaccia* circa requisita probationum, qui *lib* 3. *de appell. cap.*2.*q.*17.*lim.*6. *memb.*9. *num.* 89.

22 tenet, quod tàm in directo, quàm in vtili saluiano sufficiat probatio possessionis tantùm, ego tamen non recedo *à Iason. de actionibus d. §. item seruiana num* 92. moueor etiam, quia quæ dixit *Scaccia* intelligi debent de remedio saluiani, quod de eius propria natura, respicit locatorem non creditorem, sed quando hoc interdictum alij, quam locatori conceditur, nõ est mirum si suos terminos excedat, vt in simili explicat *glos. in l. dutius, ff. depositi.*

Alia adsunt remedia in iure, quæ summo digiti tangemus, vt tyrones nõ tanto fastidio affecti, assistentiæ termi-

nos

nos breuibus degustare possint.

Scias igitur inter interdicta, siuè re-
media potissima huic subiecto accom-
23 modata, vnum est illud possessorium
adipiscendæ possessionis, de quo supra
diximus, & habetur in §. *sequens instit.*
de interdictis, & hoc exemplificatur
etiam in tribus, nempè in titulis, *quorũ*
bonorum, quorum legatorum, & Saluiani
24 *interdicti*, quibus alia duo adduntur,
scilicèt remedium *l. fin. C. de edicto Di-*
ui Adriani tollen. & l. creditores 3. C. de
pignoribus; *quorum bonorum* interdictũ
competit, tam filio præterito contra
hæredem scriptum possidentem bona
hæreditaria, vt in *l. 1. eod. tit.* quam hę-
redi ab intestato contra iniustos posses-
sores bonorum eius, cuius est heres, vt
25 in *l. 2. C. eod. Quorum legatorũ* remediũ
competit hæredi scripto contra lega-
tarios, qui ante aditam hæreditatem
legata occupauerunt, vt in *l. 1. C. quorũ*
26 *legatorum*, *Saluianum*, verò competit
locatori pro rebus tacitè obligatis con-
tra colonum, & inquilinum, vt supra
etiam retuli. Remedium *l. fin. C. de edi-*
27 *cto Diui Adriani*, cõpetit hæredi scrip-
to, & successoribus tantum ex testamẽ-
to pro immissione bonorum hæredita-
riorum, vt plenè habetur penes *Pere-*
grin. de fideicommiss. artic. 48. nu. 2. & 8.
28 ibi *Censalius fol. mihi* 478. remedium
l. 3. C. de pignor. competit creditoribus
vt supra *num.* 13. diximus, adest etiam
interdictum *retinendæ possessionis*, quod
29 huc non spectat, sed de eo habetur in
tit. ff. vtrobi, & vti possidetis.

Alterum est remedium, quod vocã-
tur *possessorium recuperãda*, quod com-
30 petit ei, qui vi, aut violentia fuerit de-
iectus, vt habetur penes *Menoch. de re-*
cup. possess. rem. 14. *num.* 24 *& seq.* hoc
quidem remedium *recuperandæ*, potest
respectu violentiæ considerari duobus
temporibus. Primò, scilicèt principio
veræ expulsionis, ac tempore occupa-
tionis possessionis. Secundò, ex post
facto, scilicèt, quando post occupatam
possessionem, licèt non ex vi, sed im-
pediendo, vel non admittendo Domi-
num possessionis, repellendo eum in
iudicio, quo casu etiam vis dicitur fie-
ri, & ideò in hoc secundo casu interdi-
ctum conceditur ipsi domino contra
spoliatorem, vt in *l. non abs re, C. vndè*
vi, l. vltima, versu, & contra, ff. de preca-
rio, & sic duobus temporibus duo con-
ceduntur interdicta recuperandæ, quo-
rum vnum est directum, aliud vtile: di-
rectum vendicat sibi locum in primo
casu, nempè cum ex vera vi fuerit ex-
31 pulsus à possessione, & tũc subministra-
tur remedium *all. in tit. ff. de vi, & vi*
armata, & C. vndè vi, & ff. de vi publica,
& priuat. & cõpetit tam domino si ipse
vim passus est, quã suo colono, inqui-
lino, seruo, vel procuratori, si fuerint vi
expulsi *l. 1. § quod seruus, & §. non alij*
autem, ff. de vi, & vi armata, competit
etiam vsufructuario, & ciuiliter possi-
denti, vt est videre penes *Barbatum de*
restitutorio interdicto, in præfat. nu. 25.
& 27.

Vtile verò remedium possessorium
recuperandæ occupat locum in secun-
dò casu, scilicèt post occupatam posses-
sionem, aut quando suspicatur posse re-
32 pelli, & tũc isto remedio succurritur, p
l. fin. C. de acquirenda possess. & l. clam.
possidere, §. quid ad nundinas, ff. eod. ex-
plosa contraria sententia eorum, qui
tenent quod dispositio *d. l. fin.* extendi-
tur etiam ad interdictum directum per
ea, quæ annuit *Barbatus in d. præfatione*
num. 29. Hoc vtili remedio non vtun-
tur detentores, qui causa custodiæ de-
tineant, vt esset depositarius, vel com-
modatarius, sed benè hi tales vti pos-
33 sunt iudicis officio, vt declarat *Meno-*
chius de recuper. poss. remed. 10. *num. 25.*
& num. 26. Hoc idem remedium vtile
34 pertinet ad dominum, non solũ quan-
do suspicatur posse repelli, aut post oc-
cupatam possessionem, verum etiam cũ
seruus, colonus, inquilinus, aut pro-
curator derelinqũt possessionem domi-
ni, aut quãdo data opera, vel dolo pos-
sessionem deserunt, siuè tradunt, vt ha-
betur in *text. d. l. fin.* de primo ibi *dere-*
linquunt, de secundo ibi *dolo prodide-*
rint.

Venimus nunc ad secundum casum,
scilicèt quando debitor bona obligata
in tertium transfert, siuè alienat, & cre-

ditor vult agere cōtra dictum tertium
possidentem, & causam habentem ab
ipso debitore, tunc quia ipse creditor
per talem trāslationem bonorum ami-
sit ciuilem possessionem quàm habebat
vigore constituti, propterea ad acqui-
rendam hanc ciuilem possessionem in-
diget alio remedio, siuè interdicto,
quod reuocatorium appellat *Barbatus*
contra *Gaytum*, & alios, qui recuperan-
35 dæ remedium dicunt *d. præfat. num.* 58.
sed veritas est, quod quando creditor
agit contra debitorem suum, tunc dici
potest, quod tale remedium appelletur
vtile possessorium interdictum recupe-
randæ, si verò contra tertium, tunc il-
lud nuncupetur reuocatorium à quo
nō recedit idem *Barbat. d. præfat. n.* 64.
versu est verum, hoc quidem casu huiu-
smodi reuocatorium remedium credi-
tori præstatur *l. fin. C. de acq. poss.* de
quo tractat *Menoch. de recup. poss. d. re-
medio* 14. *nu.* 24. *& seq.* & sicut credito-
36 ribus succurritur per actionem Paulia-
nam in factum pro alienatis in fraudē
ipsorum, de qua actione in factum ha-
betur *in toto tit. ff. & C. de his, quæ in
fraudem creditorum*, ità pariter adin-
star illius actionis cum debitores pre-
cario nomine rogantes tradendo alteri
rem obligatam afferunt creditoribus
suis præiudicium, meritò succurri de-
bet hoc reuocatorio interdicto pro re-
uocanda possessione translata, vt satis
probat *Barbat d. præfat. num.* 60.

Fuit olim disceptatum stante natu-
rali possessione translata per debitorē
in tertium, ex quo non poterat per cre-
ditorem exerceri pactum illud sibi à de-
bitore concessum de capiendo propria
authoritate, an de iure communi posset
idem creditor illius exercere prædi-
ctum remedium vtile recuperatorium
ex *d. l. fin.* contra tertium non obstante
dispositione *tex. in l. hoc si debitor, C. de
pignoribus*, per quem disponitur fieri de-
bere prius principalis debitoris discus-
37 sionem, & deindè ad tertium deuenire?
& in hoc varias fuisse DD. sententias
ostendit *Barbatus in d. sua præfatione
num.* 44. *versu, aut quarto & num.* 48. &
ante eum *Menochius de recuperand. pos-
sess. d. rem.* 14. *à num.* 34. *& seq.* & ideò
ad tollenda dissidia opus fuit particu-
laris lex, quæ fuit *d. Reg. Pragmat.* 1. *sub
tit. de assistentia bonorum*, per quam nil
de nouo additur, sed declaratur, credi-
tori instrumentum habenti cum clau-
sulis, de quibus supra disserimus posse,
absque discussione principalis debito-
ris agere contra tertios possessores,
prout prius de iure communi permis-
sum erat vigore *d. l. fin.* quod probat
Marcell. Marcian. consil. 65. *nu.* 10. *to.* 2.
itaut si quis velit obtinere assistentiam
38 & appretium, scilicèt adiudicationem
per viam assistentiæ mediante appre-
tio contra tertium possessorem non di-
scusso principali debitore, oportet ha-
bere nempè pactum de capiendo, obli-
gationem bonorum, & constitutionem
præcarij cum aliis concurrentibus de
iure, tàm in assistentia, quàm in hypo-
thecaria hoc dicit pragmat. ipsa, prout
explicat etiam *Barbat. vbi sup. glos.* 2.
in princ.

Tertius casus est, quando creditor
agit iure assistendi contra tertium,
39 qui causam immediatam non habet à
debitore, sed ab alio extraneo forte
virtute cessionis, aut alia causa, tunc ip-
se, quia non ex dolo, vel opera sui debi-
toris priuatur sua possessione ciuili suc-
curritur remedio actionis hypotheca-
riæ, quæ est actio in rem, & sequitur
possessorem *l. pignoris* 18. *C. de pignor.*
videamus quæso, quæ sit actio hipothe-
caria? vndè nomē hypothecæ deriuat.
& quæ requiruntur, vt ea haberi possit.

Scias actionem hypothecariam idē
esse, ac quasi seruianam, vt explicat *Ia-
son. de action. §. item seruiana num.* 10.
& per eā ratione iuris hypothecæ auo-
cari possessionem per *tex. in l. si cum
venditor* 66. *in princ. ff. de euiction.* & cō-
cedi etiàm ad prosequendum pignus,
& pro rebus inquilini in prædio vrba-
no inuectis, refert *Thesaur. d. decis.* 176.
num 7.

Hæc quidem actio nascitur ex obli-
gatione omnium bonorum cum pote-
state capiēdi, vigore cuius creditor fa-
cultatem habet, aut vendicandi domi-
nium rei pignoratæ iuxtà remedium,
l. ve-

l.vetustissimam.C.de iure dominij impetrando, aut vendicandi possessionem tātùm rei, si voluerit inniti dictę actioni hypothecariæ vigore saluiani vtilis interdicti, vt per *Barbatum in d.praef.n.*4. & in hoc proposito obiter significare nō omittam, quod mulier si constante matrimonio fundum, vel domum viri iure familiaritatis possideret, soluto matrimonio mutare potest causam possessionis, & eadem bona vigore suæ hypothecæ generalis retinere, donec sibi de dote sit satisfactum, vt communis est
40 DD. conclusio demōstrat *Andreol.cōtr.* 12.*n.*1.& facit *tex.in l.*1.§.1.*ff. vti possideitis*, & *C. licèt causam de probat. Signorol.cons.*259.& id procedit licèt fundum, vel domus maioris valoris esset mulieris credito, quia quanti maioris valoris rem mulier sua hipotheca auocat, eò citius satisfit suum anterius creditum cum fructus suos non facit; sed computat in sortem, vt per *Caroccium decis.*21. *num.* 36. & 41. verum in casu retentionis constante matrimonio ob viri vergentiam ad inopiam secus est, quoniam diuersus est casus, declarat idem *Andreol.vbi sup. nu.*18. & ex ista obligatione manat *hypotheca* nomen, quod Grecum est, & deriuat ab *ipos*, idest *sub*, & *theca* idest *repositorium*, scilicèt *obligatio*, & sic illa suppositio, quæ fit a debitore de bonis suis, dicitur *hypotheca*, hanc, vt creditor dicatur habe-
41 re, duo requiruntur. Primò, vt pro suo credito expresśe, vel tacitè habeat obligata bona debitoris, alias non habebit hypothecam *l.* 1. & *seq. ff. de pignoribus*, & *hypothecis*. Secundò, vt creditum sit purum, & consequenter, quod nata sit actio, etenim si esset creditor in diem, vel sub condıtione, non posset ante diem, vel conditionis euētum agere; sed quid dicendum, si debitor ante conditionem purificatam bona obligata alienaret? distinguendum erit cum *Negusantio de pignoribus in* 3. *memb.* 8. *part.princ.num.*1 *ao*.6. *p.*1. aut hypotheca procedit ex contractu in ta-
42 li casu non euanescit, sed retro trahitur ad diem contractus, aut ex ex alio quasi contractu puta ex legato, aut vltima voluntate, & tunc non retro trahitur ad diem mortis testatoris, sed solū ad diem existentis conditionis legati, idem *Negus.in d.tract. memb.*1. 5.*p.nu.* 20.*vers.sed difficultas*, & *memb.*2.*nu.*10. & 24.*Rota decis.*760. *num.*6. *p.*2. vndè purificata conditione legati ex tūc bona testatoris fiunt tacitè obligata pro legato, dummodò talia bona reperiuntur penes hæredem, alias si fuerint elienata, siuè hypothecata pendente conditione legati, præferri debet emptor, siuè creditor, cui hæres obligauit *Negus. d.memb.*1.5.*part.num.*22.*Bald. nouell.in tract.de dote p.*10.*num.*40.& 41. *tom.*9. & ità iudicatum fuisse testatur *Scaccia de sent*, & *re iudic. glos.*14. *q.*7.*sub num.*11.

Est notandum, quod hęc actio hypothecaria, licèt exerceatur contra tertiū extraneum, vt supra diximus, potest nihilominus exerceri contra ipsum principalem debitorem, hac sanè animad-
43 uersione, vt si contra tertium, tunc regulariter antequam in eum dirigatur, bona principalis debitoris excutere oportet, ex *Auth.hoc si debitor post l.*24. ibi *Cyn;Bald* & *aly num.*2. *C.de pignoribus*, & *hypothec.* limitatur tamen quoties per debitorem fuerit beneficio *d. Auth.* renunciatum, quia tunc talis excussio non requiritur, vt per *Negusant. vbi sup.d.memb.*1.*p.*8.*num.*14. *vsque ad num.*33. *tom.*6.*p.*1. Secundò, oportet etiam in termino probare non solum dominium bonorum possessorum p dictum tertium, fuisse penes debitorem tempore contractæ obligationis, vt per
44 *Reg. Rouit.vbi supra num.*32. & *Negusant.d.tract.*1.*p.*8.*memb.*3. *num.*8 & 9. & ante eos dixit *glos.in l.rem alienam in glos.*1.*ff.de pignorat. act.* secun um *Dynum* relatum *à Iasone in d.* §. *item serniana num.*89. verum etiam probare hodiernam possessionem eorundē bonorum obligatorum esse penes dictum tertium possessorem.

Aduerte hic, quod licèt mihi contra debitorem m um cōpetat aliquod directum interdictum pro auocāda pos-
45 sessione, non idcò creditori meo, cui obligaui omnia mea bona illud ipsi

etiam

etiam conceditur contra dictum meũ debitorem, sed benè verum vtile interdictum contra illum, tradit *Iason. d. tit. de action. d. §. item seruiana sub num. 89. in fine, versu aduertite, & num. 91.* & in hoc casu fieri debet probatio, prout dixi *n. 49.*

Si autem agat contra debitorem tũc possidẽtem, in electione creditoris est,
46 aut probare dominium, & possessionẽ, aut allegare tantum dominium, & probare possessionem penes ipsum debitorem, quia ex ipsa possessione probata, resultat præsumptiuè dominij probatio, secundum *Bartol. in l. alienam nu. 6. vers. non dico, ff. de pignor. act.* & alios, quos allegat *Dom. Reg. Rou. super dicta Pragmat. num. 31.* sed secundum *glos. in l. cum res in glo. fin. C. si aliena res alien. pignori data sit*, sufficit probare tantum possessionem; est obseruandum proba-
47 re rem fuisse in bonis, & de bonis debitoris, nil aliud importare, nisi ipsius debitoris dominij probationẽ, vt aduertit *Dom. Reg. Rou. super d. Pragmat. num. 32.* & ante eum plenius tradidit *Iason. de action. in d. §. item seruiana n. 87. & in §. item iste num. 8. & 9.*

Sunt duo præterea notanda. Primũ cuius speciei sit iudicium hypothecarium? Secundum, in quo differat hoc hypothecæ remedium, ab interdicto acquirendæ possessionis ciuilis, de quo supra actum est.

Quod attinet ad primum, nota iudicium hypothecarium, esse petitorium,
48 & ordinarium, *l. pignoris, ff. de pignoribus, Bartol. in l. 1. sub num. 1. vers. quaero quid differt, C. de precario, & saluiano interd. Rota diuersorũ dec. 43. n. 3. p. 1.* & huic simile est iudicium rei veudicationis, per quod auocatur tã possessio,
49 quàm detentio dominij *l. officium, ff. de rei vendicat.* & quia in hac actione hypothecaria bona dantur loco pignoris, & creditor potest obtinere, vt ea distrahantur pro sibi satisfaciendo, & ideò antecedenter necesse est de validitate crediti discutere, in qua discussione debitor audiri debet, vt possit opponere vtrum constet de credito: & hac de causa necessariò deuenitur ad petitorium, & ad ordinarium iudicium *Rota d. decis. 43. nu. 4. versu neque constat.*

Quod ad secundum, nota remediũ actionis hypothecariæ in multis differre à remedio *d. l. fin. C. de acquir. possess.*
50 Primò, in hac hypothecaria regulariter excussio bonorum debitoris requiritur *Neguz. de pignor. p. 8. memb. 1. n. 11. & 17. in fine*, & non potest agi directè contra tertium possessorem possidentem, & in remedio *l. fin.* non requiritur excussio debitoris, sed agitur directè, ac iudicio possessorio ad reuocãdam ciuilem possessionem, vt supra dictum est.

Secundò, in iudicio huius actionis datur appellatio, & in illo *l. fin.* non datur, probat *Scaccia de appell. lib. 6. mẽb. 39. n. 92.*

Tertiò, Actio hypothecaria præscribitur spatio 10. vel 20. annorum, condictio verò, ex *d. l. fin.* non præscribitur, nisi spatio 30. annorum *Menochius de re cup. poss. d. rem. 14. in fine quæst. 19. num. 68.*

Visum est supra *nu. 15. & seq.* quomodò naturalis possessio debitoris acquiratur à creditore, quoties reuocatur precarium: deindè *sub num. 35. & seq.* quomodò creditor ciuilem acquirat possessionem amissam per traditionem factam à debitore: denique in quibus casibus necesse sit actio hypothecaria tractatum est, nunc verò pro corollario hæc pauca notabilia subnectemus.

Primò, quod si obligatio bonorum fuit generalis, quia ius hypothecæ est
51 indiuiduũ secundum *Crauett. cons. 190. num. 44.) & add. ad Gizzarell. decis. 50. num. 76. Cyriac. controuers. 193. Polydor. Ripa de indiuid. sect. 4. num. 44. & sect. 22. num. 4. Giurb. obser. 12. num. 54.* quod intellige in casu de quo loquitur *Scaccia de sent. & re iudic. glos. 14. q. 12. sub num. 50.* tunc exerceri potest super quacumque re debitoris, si verò specialis, & generalis simul, tunc regulariter esset facienda discussio prius super re speciali, & deindè super aliis rebus secundum terminos *l. 2. Cod. de pignoribus*, sed hoc limitatur primò, quando in contractu adesset clausula illa, vt spe-

specialitas generalitati non deroget,& è contra, tunc enim esset in electione creditoris vigore illius agere, vt decisũ refert *Dom de Franchis decis. 5. & Cacheran.decis.159.* Secundò, cum agere-
52 tur contra principalem debitorem, qui non potest opponere, vt prius excutiatur speciale corpus, & deindè ad generalem deueniat hypothecam *Surdus decis.44.num.10. & 11.*

Secundò, si pacto de dote restituenda apponatur precarii clausula, facto casu restitutionis mulier per dictã clau-
53 sulam potest ingredi possessionem illius rei, quam in dotem dedit, probat *Bald. in l. pen. C. de pignorat. act. Boerius, q.200. circa medium.*

Tertiò, quoties agitur contra tertium possessorẽ pro capitale consequẽdo ex contractu annuorum introituum cum principale debitore confecto sem-
54 per requiritur rescisio contractus, vt per *Reg. Ronit. super d. Pragmat. num.4.* cui addo *Barbatum d.glos.2.num.18.19. & 20. & Thorum in supplento compendij decisionum, verbo creditor rum constituto fol.mihi 129. col.2.*

Quartò, si duo heredes conuenirentur actione hypothecaria, quorum vnus esset laicus, alter Clericus, tũc cum res
55 obligata esset diuidua clericus remittitur, & laicus retinetur in foro laicali *Capyc.decis.137. Vrsill. ad Afflict. decis. 213.ibi Pisanel.*

Quintò, vt clausula constituti possessionem transferat in eum, cui fit donatio, necessè est, vt constitutarius sit
56 præsens, aut postea statim acceptat, vt est videre *Decium consil. 226. num.5.* & alios quos refert *Tiraquell.in tract. de constit.in 3 p.limit.30.nu.1.& seqq. Thesaur.decis.70.n.7.* etenim donatio facta absẽti, donec nõ acceptetur est reuocabilis, tradit *Molin. de primog. Hisp.in 6. p.lib.4.n.64.& seq.* sed an donatio facta absenti, & notario pro eo acceptãti reuocari possitẽ magna est controuersia, vt obseruatur penes *Dom. de Franchis decis.339.& Thesaur. decis.114.* sed communis opinio est, quod sit irreuocabilis, vt demonstrat *Fab. Turrett.consil. 60.vol.2.& Roland. à Valle consil.19.per totum vol.1.& decisum habetur penes, Surdum decis.111.& 206.num.4.& seq.* vide tamen *Montan. in tract. de regalibus tit.de regal.offic.num.36.*

Sextò, an clausula constituti deficiẽs
57 in instrumento, censetur apposita de stylo, & de consuetudine? respondetur, quod si viget consuetudo eam opponendi, prout est cõsuetudo totius Italiæ, censetur apposita, & deficiens præsumitur omissa à notario, tenet *Soccin. consil.55.nu.11.4.vol.& consil.131.n.16. & Alexand. cons.170. sec.vol. Paul. de Castr.cons.10.in p.p.num.3.* & hoc verũ, quatenus notarius consueuisset illam in alijs suis instrumentis apponere, ità tenent innumeri DD. relati per *Tyraquell.in tract. de constit. p. 3. limit. 31. num.5.& 9. Vrsill.ad Afflict. decis. 139. num.6. Surd. decis.223. de Franchis decis.302.num.4.* & postremò *Reg. Merlinus controu.forens.centur. 1.cap.35. quod vide.*

58 Septimò, an hypotheca, quæ competit mulieri super bonis viri cõpetit etiã ipsius mulieris creditoribus? dic quod non secundum *Angelum in Auth. vt ex actione instãte dotis prima in fine principij collat.7.*

59 Octauò, an frater obligare possit rẽ communem alteri fratri eo inscio? pulchra est quæstio, sed nè alienos videar transcribere labores, vide *Barbatum de restit.interdicto glos. 12.num.194.& seq.*

FORMVLA PETITIONIS in gradu appellationis, etiam per viam electionis fori.

SAcræ Reg. M. Supplicat humiliter Petrus Curcius Curator Angeli de Vinea, dicens Susannam Brocardam viduam quondam Mercurij de Vinea ad præsens vxorem Lanspergii Mellis in Curia Ciuitatis Suessanæ, pro suis dotibus duc.300.& antephato duc.100. eorumque interesse, & expensis, atque nonnullis mobilibus dotis nomine cõsignatis, assistentiam petijsse in forma super bonis dicti quõdã Mercurij possessis per dictum Angelum suum, & di-

cti

cti Mercurii filium, & instructo processu p dictam Curiam diffinitiuum obtinuisse decretum, per quod sibi præstita fuit assistentia prædicta nō solum pro dictis dotibus, & antephato, ac mobilium restitutione, aut illorum valoris duc. 187. verū etiam pro alijs duc. 203. pro eorum interesse ad ratione duc. 7. pro centenario à die mortis dicti Mercurij, & pro aliis duc. quatuor ex interesse dicti antephati, tunc cum S. M. attentis tabulis nuptialibus, & dotali instrumento, & probationibus in iudicio deductis non poterat assistentia concedi, nisi pro dote, & eius interesse tantū, quia pro antephato iam pactum erat inter contrahentes ipsos, dictam Susannam, si soluto matrimonio superstites nō fuissent filij ex ipso matrimonio, lucrari potuisse ducatos centum, at mobilia, quia non fuerunt æstimata, eorum valorem dictus Angelus soluere non tenebatur, & dotes ipsę, quæ erant restituendæ conuerti debebant in tutam emptionem, quia dictus Lanspergius vergebat ad inopiam: quare grauatus appellauit à decreto dictę Curiæ, prout ad præsens etiā appellat ad S.C. quod in suum forum eligit etiam perhorrescendo partis aduersæ potentiam; supplicat M. V. causam prædictam committere vni ex vestris Regijs Consiliarijs, qui jus, & iustitiam supplicanti ministret omni modo meliori.

SVMMARIVM.

Lucrum respectu mulieris post mortem viri, idem est, ac antephatum, n.1.

Bona mobilia tradita viro inæstimata, vt reperiuntur post eius mortem vxori sunt restituenda, nu.2.

Limitatur, ibidem.

Dotes soluto matrimonio patrimonium mulieris efficiuntur, n.3.

Dote restituta dotis priuilegia cessare videtur, num.4.

Sed contrarium tamen probatur ex causis, ibidem num. 5.

Et decisione confirmatur, n.6.

OBSERVATIO.

IN hac supplicationis forma pro meritis causæ plura obseruabis. Primò, quod decretum latum per dictam Curiam non omni parte executionem merebatur. Primò, quod ad antephatum, quia in capitulis partes conuenerunt, vt post mortem viri non superstitibus filijs vxor ducatos centum lucraretur, & licèt specificè de antephato mentio facta non fuisset, tamen non purificata conditione per mortem viri cū filiis nō poterat vxor petere d. duc. 100.

1 Supponendo aliud esse antephatum, quām dictum lucrum, illud enim verbū lucrari post matrimonij dissolutionem non poterat in alio verificari, nisi circa dictum antephatum, quod aliud non est, nisi lucrum teste *Reg Capyc. Latro in consult.* 138. *num.* 33. *tom.* 2. & ideò malè attento pacto præd cto iudicauit Curia prædicta, prout in simili quęstione iudicauit S. C. 13. Nouembris 1613. in causa Lucretiæ de Pelle cum Mario Petrogne Curatore Angeli Petrogne, referente *Reg. Consil. Ioannes Andr. de Georgio* penes Anell. Mondellum Actuar. cuius tenor inferius describetur.

Secundò, quia corredum, siuè bona

2 mobilia, quæ inæstimata consignata fuere, de eorum pretio nulla mētio apparebat, sed ea communibus vsibus destinata, atq; consumpta erant, & ideò viri hæredes valorem soluere non cogebantur, verùm ea restituere, prout reperiebantur, vt optimus est *tex. in l. plerunque* 11. *ff. de iure dotium*, *Cassaneus in consuet. Burg. le feme*, §. 26. *fol.* 202. *num.* 6. *Afflict us. decis.* 247. *in prine.* limitatur tamen quando maritus bona prædicta viuente vxore vendidisset ad sui commodum, & pretium sibi applicasset, tūc enim mulier recuperare posset secundum *Paul. de Cast. in l. æstimatis ff soluto matrim.*

Tertio, quia soluto matrimonio, licèt dotes sint restituendæ, & tunc eæ patrimonium mulieris efficiantur dotis nomine delato, vt per *Gratian discept. forens.*

forens.cap.427.nu.18. glos. in l. in rebus, ff. de iure dotium, de Franchis decis.161. num.5. ex quibus facta restitutione cessare videatur dispositio *l.1.ff. solut. mat.*
4 quia dote restituta omnia dotis priuilegia cessãt *Thesaur.sun.lib.3.quæst.72. n.15.* nihilominus ex pluribus talis dos in emptionem conuerti debet. Primò, vt conseruetur dispositione *tex.in l.1.ff. sol.matr.* ibi *dotis causa semper, & l.2. ff. de iure dotium,* & tunc conseruatæ dicuntur dotes cum in emptionẽ annuorum introituum, vel stabilium conuertantur. Secundò, nè dissipetur, & vt ex eius fructibus se, & filios alere possit. Tertiò, vt filiorum pauperies euitetur,
5 vt probat *Thorus in supplem. compend. decis. verbo dos promissa,* vbi attentis his refert iudicasse S.C. & in præfato casu magis vrgebat emptio facienda de dotibus, quia ex actis constabat secundũ virum præmortuarum vxorum dotes dissipasse. Vndè meritò S.C. in causa dictæ Lucretiæ de Pelle sequenti modo iudicasse legi ex processu mihi accommodato ad finem, vt hæc pauca exarassem.
6 *Visa supplicatione appellantis, &c. visis denique videndis, &c. Per hanc nostrã diffinitiuam sententiam dicimus, pronũciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus bene fuisse, & esse per Curiam Ciuitatis Lauelli in fauorem supradictæ Lucretiæ iudicatum quoad dotes, verùm tempore executionis nostræ diffinitiuæ sẽtentiæ ponantur in emptionem tutam consulto dicto Nostro S.C. salua nobis, & dicto Nostro S.C. prouisione facienda, quo ad interesse ipsarum, & insuper declaramus bene fuisse, & esse ad Maiestatẽ Nostram, & dictum Nostrum S.C. pro parte prædicti Mary Patrogne, nomine ante dicto appellatum, quoad antephatum prædicta Lucretia, ex causis in processu deductis neutram, &c.*

Quod ad interesse dotis fuit deindè explicata prouisio, & fuerunt condemnati conuenti ad interesse liquidandũ, vt in dicto processu penes dict. Actuar. *Mondellum.*

FORMVLA PETITIONIS, vt petens declaretur esse comprehensum in legato, & illud sibi soluatur.

SVpplicat humiliter Victoria de Saluia filia legitima, & naturalis quondam Santilli iunioris filij quondã Io: Petri filij quondam Santilli senioris filij quondam Bartholomei de Saluia, dicens, die 20. Ianuarij 1586. Antonium de Saluia A.M.D. suum vltimum condidisse testamentum in scriptis clausum, & sigillatum manu Alphonsi Fontana, in quo Venerabilem Ecclesiam, & Hospitale Sanctissimæ Annuntiatæ Ciuitatis Neapolis suum hæredem instituisse, & eiusdem Gubernatoribus mandasse, vt de tota sua hæreditate, ac bonorum facultate Mons fundaretur, & annuorum introituum, qui ab eo perueniebant duæ fierent partes æquales, quarum altera ad beneficium ipsius Ecclesiæ, & Hospitalis remaneret, altera verò quotannis erogaretur pro maritandis Virginibus puellis sibi coniunctis ex consanguinitate, vel affinitate, & singulis earum ducati centum soluerentur in subsidiũ earum maritagij: verum in earum cõcursu dependens ex consanguinitate, illis, quæ ex affinitate descẽderent præferretur, inspecta quoque ætatis prærogatiua, itaut cõcurrentibus pluribus, ætate maior minori præferretur, & quod instrumenta dotalia conficienda pro dictis maritagijs confici deberent secundũ vsum Ciuitatis Neapolis, vulgò dictum *alla vecchia maniera:* vt hęc & alia clarè patent in testamento producto in processu illorum de Papale cũ dicto Sacro Hospitale penes Actuarium de Fusco. Cumque S.M. supplicans sit descendẽs à consanguineis collateralibus dicti quondam Antonij, & ex pluribus decretis ipsius S.C. constat dictos suos ascendentes esse consanguineos dicti quondam Antonij: ideò intendens supplicans declarari facere ipsam vti consanguineam dicti testatoris fuisse, & esse comprehensam in

 lega-

legato prędicto, cum iàm nupta reperiatur, & proindè condemnari Gubernatores dictæ Ecclesiæ, & Hospitalis nomine prædicto ad sibi soluendū dictos ducatos centum. Propterea recurrit ad M.V. eique supplicat causam prædictam committere eidem Vestro Regio Consiliario N. N. Commissario, alias dato pro causa dicti legati, vt supplicanti ius, & iniustitiam ministrare valeat omni modo meliori, &c.

SVMMARIVM.

Legata pro maritandis puellis pia dicuntur, num.1.

Et fauorabilia alimentis existimantur, n.1.

Hæredes testatoris an in legatis pro maritandis puellis apponere possint conditionem, vt ijs decedentibus sine filijs legata reuertantur ad ipsos hæredes? negatiuè decisum demonstratur, nu.3.

An medietas legati ducatorum centum relictorum per quondam Antoniū de Saluta A.M D. ad beneficium puellarum sibi ex consanguinitate coniunctarum, decedentibus illis sine filijs spectet ad Sacram Domum Sanctissimæ Annuntiatæ Neapolitanæ sua hæredis negatiuè conconcluditur.

Dote legata à testatore puellis de sua linea, si eueniat, vt aliqua ex eis nubere non possit, vtrum debeatur tantum pro alimentis, quantum pro dote? affirmatiua probatur, n 5.& vsque ad n. 12.

Legatum prædictum pro maritādis puellis, debetur tam pro matrimonio carnali, quā pro spirituali num.13.

OBSERVATIO.

1 Legata quæ fiunt pro maritandis puellis, pia dicenda veniuntur, *l.cū 15. § si mulier.ff.de condition.in debiti, Hippolit.in pract.crimin. §.nunc videndum, num.14.* quia non dos, sed paupertas est causa pietatis, *Alexand.cons.121. incip.viso processu, col.fin. vol.1. Cornelius Benincasa in tract.de paupertate, quæst.9. specul.6.num.17.q.5.per totam,* & legatū in casu proposito dici potest pium inspecta qualitate personæ secundum *Angelum in l.cum hi, §.si in annos,*

2 *ff.de trāsact.* quarè fauorabilius alimētis existimatur, vt probat *P. Molphesius in comment. consuetud.Neap. tom.1. p.5. q.11.num.18.* sed in huiusmodi legatis à dicto quondam Antonio relictis, vtrū per eius hæredes apponi possit conditio, quod dicti ducati centum reuertātur ad testatoris hæredem decedētibus

3 puellis sine filijs, negatiuè fuit decisum in simili refert, *Thorus in supplemento decisionum in verbo legatum simpliciter relictum.* Secus autem, cum à testatore fuerit ordinatum; & licèt in legato puellarum dictus quondam Antonius ordinasset, quod instrumentum dotale confici debuisset secundum vsum Ciuitatis Neapolis, vulgò dictum *alla vecchia maniera* in scriptis redactum, per

4 quem disponitur muliere decedente sine filijs, medietatem dotis disponere posse in vltima voluntate, aliam verò medietatem ad dotantis proximiores reuertere, vt *in consuetud & si testator,* quæ locum habet, tàm in masculo, quā in fœmina, cum sit eadem ratio, vt ibidē explicat *Neapod.in verbo relinquere sub num.1. de Ponte cons.9.nu.14.& in consuet ud.si qua moriens,* vbi omnes, & postremò perspicacissimus Montanus, quem noui, & viuens paucis notus, *controuersia 1.num.20.circa medium:* tamē talis medietas, de qua non potest disponere prouisione dictę cōsuetudinis, ad beneficium dictorum proximorum non autem dictę hęredis acquiritur.

Occasione prædictorum quærimus, testatore legante dotem puellis pauperibus de sua linea, si eueniat, vt vna ex eis, cui dos debetur virtute prædicti legati, nubere non possit ex naturali defectu sui corporis an debeatur tantùm pro alimentis, quantùm debetur pro dote? puto, quod sic: probo ex pluribus,

5 Primò, ex doctrina *Baldi in l.pactum num.15 & 20.quæst.C.de collat.* vbi dicitur quod stante statuto, quod filia non succedat, sed tantùm dotetur, si filia nolit nubere debetur ei tantùm, quantùm nomine dotis erat sibi præstādum, hoc fortius procedit in dicta puella, quæ nō potest nubere, ideò alenda est in cœlibatu

batu,qui est dignior matrimonio.

Secũdò, ex alia doctrina eiusdẽ *Bal.*
6 *in l.fin.C.de dotis promiss. nu. 6*, vbi dicit,quod dos succedit loco alimentorũ, ideò danda est ei hæc dos,vt se alat:cõfirmat hoc *Iason.in l. 1. ff. solut. matr. num. 25. verbo confirmo fortius*, vbi probat,quod alimenta facilius debentur,quàm dos, ideò si ex dispositione testatoris debetur ei dos, tanto magis alimenta,nec est curandũ de illius verbis dicentis,quod ei detur dos,nàm id fecit ad subleuandas suas consanguineas pauperes, quæ magis leuãtur alimentis, sine quibus opperecerent, quàm dote,& enimuerò si testator esset interrogatus, quid faciendum in fœmina matrimonium contrahere non valen-
7 te, vtique verisimiliter dixisset, quod ei tantundẽ detur,vt se alat, ideò vbi habemus mentem testatoris,de verbis nõ est curandũ,inquit *Imperator in l.si quis filium,C.de lib. prater.*, & vbi manifestissimus est sensus testatoris, verborũ interpetratiò nusquam tantum valet,vt melior sensus existat, & non est nouũ, vt legatum relictum ad vnum effectum applicetur ad aliud, etenim ex *Baldo habetur in l.dictum,Cod de condit.ion. ob*
8 *caus.num.6.*quod legatum pro constructione Cappellæ, quæ ob aliorum impediemtum non possit construi, debet conuerti in alium vsum; igitur eadem ratione hoc legatum dotis potest conuerti in alimenta,quorum causa potior est, quam dotis vt probauit *Iason. in d. l. 1. in d. versiculo confirmo fortius*
9 Præterea similis casus deciditur per *Alexand.in l.si mater,C.de instit.& substit.* quã legem summat,dicens institutionẽ collatam in vnum casum extendi ad alium similem, & nõ refert,quid ex æquipollentibus fiat: deindè ponit casum, si testator reliquerit filio familias,sub conditione, quando pater ipsius legatarij moreretur, deindè ille legatarius si fuerit à patre emancipatus, debetur ei legatũ post emancipationem etiam viuo patre per illam legem, & ra-
10 tio est,quia testator non credebat patrem emancipaturum esse filium, ideò conditionem adiecit in morte patris,
11 nàm si esset interrogatus, nùm absque morte patris,si eueniret legatarium fore sui iuris,debeteur legatum?vtique affirmatiuè respondisset.

Item ponit alium casum si testator legauit vxori suæ fundum sua vita durante dummodò non transeat ad secũda vota,& post mortem præfatæ vxoris eũdem fundum legauit Titio: deindè vxor transit ad secundas nuptias, nũ prædictus fundus debeatur Titio, ex eo die,quo prædicta vxor trãsit ad secũda vota; an potius debeat expectari mors ipsius vxoris iuxtà verbũ legati? & respondit nõ esse expectandam mortem, ex quo testator ideò in morte vxoris voluit fundum dari Titio, quia cogitauit eam ducturam esse vitam in vidui-
12 tate,ideò in hoc casu dicendum est,eatenus testatorẽ posuisse cõditionem sui legati in casu matrimonij contrahendi, quatenus cogitasset omnes puellas nubere velle,& cum ista nubere non posset,nõ est credẽdum testatorem voluisse eam excludi, & mendicari. Hæc sũt de mente *Bartoli in l.Gallus, §. & quid si tantùm,ff.de lib. & posthum. post nu. 2. in 2. oppos.* & ibi *Soccin.* tenet quod dispositio facta in vno casu,per modum conditionis, extenditur ad alium,quia testator censetur cogitasse magis effectum,quam modum, cum voluntas testatoris sit,quæ hoc operatur.

Additur tandem, legatum relictum pro maritandis puellis deberi non solùm pro matrimonio carnali,sed etiam
13 pro matrimonio spirituali *DD.in l.Titio centum, §.1. ff.de condit. & demonst. Matthesilanus sing.52. Roland. à Valle cons. 35 num. 16. & 17. cap. 3. Ferrar. cautel.9. Campeg.de dote p.1.q.50. Boer. decis.3. num.14. Alberic. in 2. p de Statutis, quæst. 104. Simon de Petris de interpetr.vltim.vol.lib.4.dubit.5.solut.5. an 1. vsque ad 19. Surd.consil.192. n.20. Mastrill.decis.153. nu.9. Ancheran. Reginensis,quæst.familiarium lib.2.q.10.*

FORMVLA PETITIONIS ad obtinendam hæreditatem vigore fideicommissi.

S. R. M.

SVpplicat humiliter Michael de Cherubin frater consanguineus quondam Raphaelis de Cherubin, dicens annis elapsis dict. Raphaelem testamentum condidisse, & Petrum suum filium legitimum, & naturalem instituisse heredem cum nonnullis substitutionibus, nempè, quod si ab intestato, vel sine liberis legitimis, & naturalibus, aut ab intestato decessisset, eo casu in sua hæreditate succederet Natalis de Cherubin suus frater cõsanguineus, qui si tunc inter viuos non reperiretur, eiusdem Natalis hæredes, & de familia ipsius testatoris, voluit, vt per fideicommissum succederent; dictus Petrus euenit, vt se Deo, ac Religioni B. Ioãnis de Deo dicauerit, & in ea professionẽ emiserit, renunciatione tamen præmissa ad beneficium supplicantis seruata forma S.C.T. Cumq; per mortem ciuilem dicti Petri ab intestato, & sine liberis sint conditiones verificatæ, & atque adeò sit factus casus fideicommissi in supplicantis beneficium, vti descẽdentis de domo, seù familia dicti Raphaelis testatoris; Propterea intendẽs de suis iuribus experiri, prouisa prius de curatore hęreditate prædicta, eamq; declarari facere ad supplicantem spectare, & spectauisse vigore dicti fideicommisi, tanquam consanguineum fratrem dicti Raphaelis, eiusque proximiorem de familia, & stipite ipsius testatoris, excluso, ex iuribus suo loco proponendis, tàm Monasterio prædicto, quàm Mauritio de Cherubin succedere prætendente, tùm vti filio ex filia dicti Raphaelis, tũ vti de domo prędicta; Recurrit ad M.V. eique supplicat huiusmodi causam committere vni ex vestris Reg. Consiliarij, &c.

SMMARIVM.

Monastirium habetur loco filij, sed fictè, n.1.
An idem substitutum excludat, ibidem.
Legis fictio non operatur, nisi in expressis, num.2.
In casu in formula proposito monasterium non habetur loco filij, & quarè n.3.
Dom. D. Octauij Orsinus *Auctoris amicus commendatur, ibid.*
Ad exclusionem Monasterij coniectura magis tuta adducitur per Auctorem, n.4.
An si quis antequam professionem emittat, renunciationem faciens attentis requisitis S. C. T. *testamentum confecisse dicatur? num.* 5.
Concluditur negatiuè explosa per Auctorẽ Farinaccij *opinione, num.6.*
Æquiparatorum talis est natura, vt aqualitas inter ea sit seruanda, n.7.
Vbi non militat eadem ratio, neque eadem legis dispositio, num.8.
Testamentũ fieri nõ valet per cõtractũ, n.9.
Vbi plura adducuntur discrimina, quæ inter vtrunque sunt.
Affertur opinio Reg. Cons. Ioannis Baptistæ Melioris *contrarium sentientis, & ea refellitur, nu.10.*
Conditio in fideicommissis apposita in forma specifica nõ potest adimpleri per aquipollens, nu.11.
Eaque quoad mentem, & verba testatoris est attendenda, ibidem.
Duo contraria non possunt esse in eodẽ subiecto, num.12.
Facta electione de vno reuocabili, alterum irreuocabile non admittitur, n.13.
Dictio vel *in substitutionibus poni debet disiunctiuè, n.14.*
In alternatiuis sufficit vnum extare, aut vnum factum esse, quod procedit, tàm in conditionibus affirmatiuis, quàm negatiuis, nu.15.
Disiũctiua dictio quando resoluitur in coniunctiuam, num.16.
Testatoris affectio consideratur in filijs, & quanta virtutis sit ostenditur, nu.17.
Hæres cui cõditiones data sunt coniunctim, eas omnes adimplere tenetur, n.18.
Decisionem Dom. de Franchis 150. *in casu de quo agitur non obstare indicatur, numero 19.*
Vna, & eadem res, licèt regulariter non possit diuerso iure censeri, limitatur, cum adest diuersa subiectorum ratio. n.20.

Te-

Teſtatoris dilectio licèt ſit maior erga inſtitutum, eſt tamen ordine ſucceſsiuo conſideranda in ſubſtitutum, nu.21.

Ponderantur deciſiones Dom.de Franchis, & Reg.Sanfel. *n.22.*

Quarè fauore ſubſtituti eſt interpetranda voluntas teſtatoris, vt extraneus excludatur? nu.23.

Effectus clauſulæ omni modò meliori *ad plures modos extenditur vltra ſpecificata, num.24.*

Appellatione familiæ venit agnatio, & agnatio, & familia, idem ſunt, nu.25.

Agnati appellatione includitur maſculus, & fœmina excluditur, ibidem.

Filij ex fœminis non ſunt in earum familia, num.26.

Teſtator cum vocat illos de ſua familia, intelligi debet de illis deſcendentibus de ſuo ſtipite, nu.27.

OBSERVATIO.

EN ſpectas benigne Iuuenis, quomodò ſit formanda petitio, circa propoſitam actionem: modò nõ aſpernẽdum duco, ſi de eadem obſeruemus, quid iuris actori foueat; ad cuius notitiam accedimus ſi ſequentes quatuor articuli breuiter examinentur.

Primò, an Monaſteriũ loco filij habeatur? Secundò, an inſtitutus per renunciationis contractum antequã profeſſionem emittat, teſtamentum confeciſſe videatur? Tertiò, an conditiones illę *ab inteſtato, vel ſine filijs* conceptæ in dicta dictione alternatiua *vel* poni debeant disiunctiuè, aut copulatiuè? Quartò, an in caſu mortis ſubſtituti, eius hæredibus vocatis per fideicommiſſum de domo, & familia ipſius teſtatoris, ij, qui non deſcendunt ab eodẽ ſtipite teſtatoris licèt ſint de eius familia poſſint ne excludi?

Quod ad primum videtur diſtinguẽdum, aut agitur de diſpoſitione vltimæ voluntatis, ſiuè de teſtamento, & tunc monaſterium licèt verè filius non ſit, ſed fictè, quia aliquando pro filio habetur, prout loquitur, *tex.in c. præſen-*
1 *tia de probationibus* tamen fauore Religionis loco illius exiſtimatur ad excluſionem ſubſtituti, ſtatuit *Iuſtinianus Imperator in Auth.de Santiſſ.Epiſcopis, §.ſed.& hoc, &* facit *tex.in l.2.ff.ad Tertull.* & quam plures auctoritates congeſtæ per *P.Molpheſ.in comm.conſ.Neapol.tom.1.p.4. de ſucceſſ. ab inteſt. q.65. num 7.& ſeq.* licèt ſecundum *Ioannem Andrea*, vt notatur in apoſtilla ad *gloſ. d.cap.in præſentia authentic.* ſiuè dicta *Conſtitutione de Sãctiſs. Epiſcop.* non habeat locũ cum teſtator de ſe loquẽs apponeret cõditionẽ *ſi ſine liberis*, quia tunc de veris filiis intelligi debet, aut agitur de diſpoſitione inter viuos, ſiuè in cõtractibus, tũc verba illa ſcilicèt *ſi ſine filijs*, vtpotè ſint accipienda ſecũdum proprium ſenſum, monaſterium nõ habetur loco filij, explicat poſt *Bal. in l.filium 6.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Tiraquell.in l.ſi vnquam, verbo ſuſcepit liberos, num.40. C. de reuoc.donation.* & ratio eſt, quia legis fictio nõ operatur, niſi in caſibus expreſ-
2 ſis *Bald.in l.ſi qua mulier num.3. de Sacroſ.Eccleſ.& Iul. in actionibus, ff.de his, qui not.infam.* & licèt iſtorum opinionibus, & diſtinctioni non deſint contradictores, nihilominus in præſenti caſu, vbi de filijs legitimis, & naturalibus agitur, in eorum defectu, nullo modo monaſterium illorum loco haberi poteſt, ſecundum æquam, & ma-
3 gis receptam ſententiam, & in Supremis Tribunalibus ſæpius deciſam probat Dominus meus, qui laudibus nunquam ſatis efferri poteſt *Dom. Octauius Orſinus V.I.D.* in quadã ſua erudita allegatione *pro D.Frãciſco de Capua Duce Miniani, cũ Ven. Monaſt. Sãcti Pauli, ac Ill.D.Dominico Maria de Capua Principe Chonchæ*, ex auctoritate *Cardinalis Franc. Mantica de coniect. lib. 11. tit.7 num. 20. in fine Menochij de præſumpt.præſumpt.83, num.35.lib.4.Peregrini de fideicomm.art.28.num.78. Borgnini Canalc.deciſ.1.nu.7.& 12. p.3. Cacherani deciſ.126.num.34. Intrigliol.de ſubſtit.cent.3.q.63.num.32.Dom.Conſil. Staiban. reſol.51. an 3.vſque ad 6* quibus addo (*Gam. deciſ.6. Martam conſil. 141.Fuſar.de ſubſtitut.q.313.& Leluum*
4 *Altogradum conſ.96.*) Imò in hoc parti-

ticulari articulo illa mihi, videtur validissima coniectura ad exclusionẽ Monasterij, quæ sæpissimè recepta est, quoties fideicommittens vult bona, vt conseruentur, & perpetuentur in tali fami-
5 lia excludendo etiam fœminas, tunc enim Monasterium etiam capax esset excludendum *Sfortia Oddus in tract. de compendios. substitution. p.6. q.2. art. fin. versu legitimi tantum num.26. & in tract. de fideicom. q.36. num. 67. Couarr. lib.1. var. cap.19. num.11. Pancirol. conf. 154. num. 5.* & cum ista opinione pertransijt *S.C.* penes *Dom. de Franchis decis.29. num.7. Rota Romana apud Puteũ decis.53. num.3. p. 1. Senatus Flandriæ teste Chrystinæo decis.243. n.8. tom. 1. Senatus Lusitanus penes Gamm. d. decis.6.* & in hoc casu non desiderantur *DD.* nõ paruæ æstimationis, tenentes talem exclusionem, etiam in vita Monachi grauati locum habere vltra *Couarr. c. 29. num.1. lib.1. Peregrinum, & Intrigliol. vbi supra,* & alios adductos per *dictum Dom. D. Octauium vbi supra,* scripsit *Pater Molin. in tract. de iustitia, disp.623. num.4. vers. 4. quoniam,* licèt aduersus eos vrgeant aliæ adductæ opiniones p *Molphesium d. q.65. nu.17.*

Quoad reliquos articulos conferunt adamussim exarata per eundẽ *Dominũ Orsinũ in præfata alleg.* in qua huiusmodi cõtinẽtur casus *D. Franciscus de Capua Loffredus instituit sibi hæredem D. Carolum suum filium, eoque moriente, tã in pupillari ætate, quàm maiori perfectaque ætate sine filijs legitimis ex legitimo matrimonio, vel ab intestato, voluit vt in sua hæreditate succederet Excell. D. Ioannes Baptista de Capua Princeps Gaspuli suus frater, qui si tunc fuisset præmortuus, successissent hæredes d. Principis de Domo de Capua, & eo casu grauauit dictum suum hæredem, & substituit dictum Principem fratrem, siuè dictos suos hæredes, vt succederent ex fideicommisso, & omni alio meliori modo.*

Probatur enim ex illa secunda parte cõditionis alternatiuæ scilicèt *ab intestato* dici non posse dictum D. Carolum institutum, per renunciationem factã ante professionẽ testamẽtũ cõfecisse, (& est quod ad sec. attinet articulũ) quia magna disparitas intercedit inter contractũ renunciationis, & testamentum. Primo, quia renunciatio, quę fit per Nouitium in Religione, fit attẽta dispositione *S. C. T. sess.25. de regul. cap. 16.* qua monialis renunciotioni, aut obligationi, etiam factæ cum iuramento abrogatum est, præterquam si ea fieret cum licentia Episcopi, seù Vicarij infra duos menses proximos ante professionem, tradit (*Prosp. Farinacc. in declarationibus d. S.C.T. d. sess. 25. c.16. vers. nisi cum licentia*) *vltra Molphes. super consuetud. Neap. p.4. q.64. nu 6. de renunciat. & q.16. num. 25. & seqq. & Dom. Consiliar. Staiban. resol.25. num.1. & seqq. in d. alleg. adductos.* Secundò
6 quia testamenta, aut aliæ vltimæ volũtates non cõpræhenduntur in dispositione d. S.C. T. (quidquid dicat *Farinacius vbi supra, versu, aut obligatio antea facta,* nõ obstat, quoniam, sic interpetrasse *S. Congreg.* fundat *Reg. de Marin. tom.3. resol. alleg.96. sub num.3. ex Azon. lib.2. instit. moral. p.2. cap.20. & Guttierez lib.2. Canonic. qualt. cap.1.* & tenet etiã *dictus Molphesius in commẽt. super consuetud. Neap. p.4. tit de renunciation. q.16. n.36. & 37.* & cœteri congesti *DD.* per *Cancerium tom.2. var. resolut. tit. de renunciat. p.3. cap.15. n.217.*
7 Vndè fit vt si renunciatio, & testamentum esset idem, quod in vno eorum per *S.C.T.* est dispositum, attenderetur in alio: æquiparatorum enim natura est, quod inter ea non detur dissimilitudo, sed æqualitas in vtroque sit seruanda, *l.1.* ibi *DD. ff. de legatis 1. Amat. resol.1. n.79.* cum verò nõ sint idem, quidquid vni competit ad alterum non pertinet,
8 & sic vbi non militat eadem ratio, neq; etiam eadem legis dispositio procedere debet, vltra *Barbos. Axioma 197. n.3. & 7. tract. varij,* (addo *tex. in l. Papinianus 21. ff. de minor. & l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. possess.*) Tertiò, quia renunciatio, seu donatio inter viuos facta per dictum D. Carolum professum fuit præuio contractu, & testamentum hæreditatem tribuens fieri
9 non potest per viam contractus, *l. hæreditas*

ditas

ditas,*C.de pactis conuent.l.licèt,& l.pactum, quod tali Cod. eod.* etiam si iuramentum concurrat, *Bartol.consil.* 212. *Honded.consil.*30.*num.*13.*vol.*1.quos sequitur *Marta consil.*25. *nu.*47. Quartò, quia prædicta renunciatio, & donatio fuit stipulata interuentu trium testium secundum dispositionem *Constit. Regni instrumentorum robur.* per cuius cōtractus speciem nuda illa voluntate renunciantis non fit actualis institutio, secus in testamento, cuius constitutio regulatur secundum formam traditam *in l. consultissima,C.de testamentis*, quā validè prosequitur *Bottiglier.de success. ab intest.Theorema* 42.*sub nu.*25. & 26. & solemnitates,quę seruantur in testamento,non requiruntur in donatione, quæ sola voluntate,& consensu perficitur *toto tit. ff. de donat.* cui accedit *Angelus in l.*1. *num.*1. *ff. de pignor. action.* vndè cum talis renuciatio non mereatur nomen,nec diffinitionem,& substātiam testamenti, ex defectu partium, quæ testamentum constituūt, nè rationem quidem, quæ militat in testamento: meritò contractus dictæ renunciationis non est appellandus nomine testamēti, & vbi non conuenit diffinitio, nec regulariter diffinitum conuenire debet *l.si seruum.§.non dixit, ff. de acq. hæred.l.*4. *§.toties, ff. de damno infecto*, *Surd. dec is*274. hactenus Dominus D. Octauius.

10 Nec obstat, quod dixit *Consil. Ioannis Baptista Melior, Regens Ronit. consil.* 128.*num.*11.*tom.*2.nempè quod dispositio,quæ fit occasione professionis, licèt sit actus irreuocabilis,ea tamē sequitur naturā dispositionis vltimæ voluntatis, quoniam si professio non esset valida, aut monialis exiret à claustro superioris licentia,aut alio modo,talis dispositio nō valeret,& fieret reuocabilis,pace tamen tātorū virorū inquā donationē, siuè renunciationem factam à Nouitio, seruata forma *S.C.T.* non sequi naturā vltimę voluntatis,eo quod possit reuocari post professionem si legitima causa ille à Religione discedat: sed ratio ea mihi videtur, quia donatio,siuè renunciatio quę fieri solet à similibus personis ante professionem semper reputatur conditionalis, scilicèt si permaneat in Religione,probat *Maranta controu.*46.*nu.* 14. & sic contractus inter viuos factus à Nouitio nunquā testamentum appellari potest, tā ex iuribus adductis,quàm ex alijs differentijs, quæ inter vtrumque adsunt, de quibus

11 est videre *Donadeum de renunc. lib.* 2. *cap.*8. *num.*6. & *seq.* quod magis confirmatur,cum ex verbis,& mente testatoris conijcitur, conditionem *ly ab intestato* fuisse appositam in forma specifica,quæ tūc,nec quidem per æquipollens adimpleri valet *l. qui hæredi*, & *l. Manius, ff. de condition. & demonstrat.* secundum *Roman.cons.*6.*num.*92. *Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.*3. *tit. p.*81.& ratio est, quia uoluntas testatoris cum sit concepta sub voluntaria dispositione, non solùm attendenda est quod ad mentem,verum etiam quoad verba *l.qui plures in princ. ff.de vulgar. & pupill. & l.si ità quis eod. tit. Ancheran.cons.*396.*Soccin.senior.cons.*51. *n.*2. & 3. *vol.* 1. Additur præterea quod si per renunciationem diceremus conditionem illam *ab intestatò* expiratam esse: necessarium absurdum sequeretur, quoniam testatoris voluntas inducta forma specifica non adimpleretur,licèt per contrarium modum adimpleta videretur: etenim si testator ei iubet adimpleri per testamentum, quod est reuocabile, quomodò igitur per renunciationem,quæ de sui natura est irreuocabilis,adimpleta intelligatur testatoris voluntas? quoties ergò reuocabile, & irreuocabile sunt inter se contraria, &

12 simul,& semel stare non possunt in eodem subiecto *l.mutius,ff.pro socio,l.*1.*C. de furtis,l.vbipugnantia, ff.de regul. iur.* necessariò consequens oritur, vt in cōtrariis, facta electione à testatore de vno reuocabili, quod est testamentum, de altero irreuocabili admitti debet

13 exclusio,*l.cum Pretor., ff. de iudicijs Regens Merlin.tom.*2.*controu.cap.*49.*nu.*7. *Regens de Marinis tom.*2.*contron.c.*106. *num.*2.

14 Quod ad tertium pertinet articulum, communis est *DD.*resolutio *vel* in substitu-

ſtitutionibus poni debeat disiunctiuè
quia de ſui natura eſt disiunctiua l. cum
ità, ff. quando dies legati cedat, l. ſi illud,
ibi Bald. ff. de leg. 2. & l. ille, aut ille in
princ. ff. de leg. 3. & in cap. 1. tit. de eo,
qui ſibi, vel hæredibus ſuis, & tenet poſt
Bartol. in leg. hæres mei, §. cum ità, ff. ad
Trebell. Gabriel. concl. 3. & 4. tit. de ſub-
ſtitut. & ex eis ſatis erit ſi altera ſit ve-
ra, leg. fin. §. ſi autem ſub conditione, Cod.
comm. de legat. leg. planè; §. penult. ff. de
legat. primò leg. quicumque, Cod. de
ſeruis fugitiuis, Pariſius conſ. 47. nu. 3.
vol. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſūp.
83. num. 66. Amat. conſ. 15. num. 6. & cæ-
teri quamplures apud Barboſam tractat.
varij dict. 415. n. 3. vndè infertur, quod
in alternatiuis ſufficiat partem vnam
alternatiuæ extare, nè diſpoſitio ſub
vtraque alternatiua compræhenſa ad-
mittatur ſecundum regulam 70. incip. in
alternatiuis de reg. iuris in 6. & caſum
figuratum in cap. inter cæteras 4. de re-
15 ſcriptis, & l. ſi quis ità ſtipulatus fuerit
129. ff. de verb. oblig. quod locum habet
tàm in alternatiuis affirmatiuè, quàm
negatiuè conceptis affirmat Gratian.
tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 70. num. 54. Ca-
ſtill. lib. 5. controu. cap. 136. num. 60. exē-
pli gratia, cum dixerit ſi munus mihi of-
ferat ur, aut Franciſcus Magiſtratus effe-
ctus ſit, tunc vnum verificatum ſufficit;
contra verò ſi dicas ſi Petrus non vene-
rit, aut Franciſcus Magiſtratus non
erit effectus, eo caſu vnum non factum
ſatis erit, vt ſubſtitutio locum habeat
ſecundum Calder. conſil. vlt. incip. quidā
ædificauit de iure patronatus Rot. p. 1. di-
uerſor. decif. 122. nu. 1. & plurimos alios
DD. penes Marantam p. 4. controu. reſp.
14. num. 1. & reſp. 45. nu. 43. & ſeq. Bar-
boſ. tractata. vari. dict. 46. num. 1. & ſeq.
Seraphin. deciſ. 1165. num. 8. Tuſcus, t. 2.
litt. D. concluſ. 244. num. 8. cumque di-
ctio vel ſit disiunctiua, in præfato caſu,
ſatis erit ſi altera d. alternatiuæ ſit ve-
ra, & dato, & non conceſſo, qod dictus
Petrus de Cherubin inſtitutus teſtamē-
tum confeciſſet, licèt quoad partem (ab
inteſtato) verificata non diceretur ſub-
ſtitutio ad beneficium ſubſtituti, tamē
extare dicendum eſt dictam ſubſtitu-
tionem, quoad aliam partem alternati-
uam nempè ad ly ſine filijs, quia in his
conditionibus alternatiuis ſufficit, vt
dictum eſt alteram contigere, vt probat
tex. in l. ſi hæredi plures 5. in fine, ff. de
condict. ſon. inſtit. Bald. in l. filia, Cod. fa-
mil. Hercisc. §. ſi plures inſtit. de hæredib.
inſtituend. l. cum pupillis, §. disiunctiuo
modo, ff. de condition. & demonſt. d. cap. in
alternatiuis, ibi DD. l. generaliter, C. de
inſtitut. & ſubſtitut. Oltradus conſil. 89.
nec huic obſtare videtur tex. in l. gene-
raliter, C. de inſtitut. & ſubſtitut. & l. ſi
hit, qui ducenta, verſu ſi pater, ff. de re-
bus dubijs, in quibus patet ex coniectu-
rata mente teſtatoris disiunctiuam re-
ſolui in coniunctiuam, ſiuè copulatiuā,
itaut vna ex eis adimpleta, ceſſare fa-
16 ciat ſubſtitutionem, vt obſeruat Man-
tica de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit.
11. num. 29. & deciſ. 247. & de Franchis
deciſ. 150. quia licèt tàm dictorum iu-
rium diſpoſitiones, quam præfatæ de-
ciſiones ex intrinſeca ratione procedāt
fauore liberorū, vt deciſum refert Re-
gens Sanfelic. deciſ. 198. tom. 2. nihilomi-
nus, quia in illis id diſpoſitum eſt fauo-
re filiorum ex præſumpta mente teſta-
toris, cuius voluntas magis attenditur,
quàm verba teſtamēti Mantica de con-
iect. lib. 3. tit. 5. num. 1. & 7. Ratta conſil.
45. num. 5. & talis voluntas ex teſtatoris
affectione eſt interpetranda l. capienda
de reg. iuris, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de
legat. 1. l. Aurelius, §. Titius de liberat.
legat. probat gloſ. in l. ille à quo, §. ſi te-
ſtamento ad Trebell. Simon de Petris de
interpetrat. vltim. volunt. lib. 1. fol. 5. fol.
62. Menoch. lib. 4. præſumpt. 16. in princ.
quem ſequitur Marta de ſucceſſ. leg. p.
17 4. q. 10. art. 2. num. 1. & huiuſmodi af-
fectio conſideratur in filijs ne teteſta-
tor ſuis videatur extraneos antepone-
re, l. cum acutiſſimi de fideicomm. & l. cum
Auus de condition. & demonſt. & ea eſt
tantæ virtutis, vt recedatur à genera-
litate, & proprietate verborum expreſ-
ſorum in teſtamento, vt probat Dem.
Conſil. Staybanus reſol. 59. nu. 16. & vin-
cat legis affectionem Bald. in l. precibus
in fin. C. de impub. ſubſtit. & propter te-
ſtatoris affectionem, etiam à regulis
iuris

iuris communis recedatur, *Decius in l. si actionem in princ. C. de pactis*, propterea cessante, tam legis ratione, quàm dicta coniecturata mente testatoris fũdata in illa conditione (*si sine liberis*) arg. *l. Lucius, ff. de hæred. instit* cessabit pariter dictarum legum dispositiones, vti exorbitantes à iure secundum *Alexand. in cons. 28. nu. 10. versu non obstat, vol. 3.* & proindè non erit extendenda vltra casum, & rationem sui constituti. ua m, atque adeo quoties in præfato casu non adsunt filij, vt aderant in casibus in quibus disiunctiua resoluitur in coniunctiuam secundum *dict. l. generaliter* in illis verbis (*cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidẽ non fecerit, posteritatem autem habuerit propter huiusmodi verborum angustias omni penè fructu paterno defraudari*)

Optimo iure deficiente persona, quę ex verisimili mente defuncti substitutũ excludit in successione, substitutus admittitur: probat *Bartol. in l. hæredes mei §. cum ità sub num. 3. vers. sed hic existit, ff. ad Trebell. Gabriel. comm. concl. lib. 4. tit. de substitut. concl. 3. num. 4. 9. & 15.*
18 cessante ergò fauore filiorum sunt obseruandi termini, *l. si hæredi plures in fine, ff. de condition. instit.* ibi *si hæredi plures conditiones cõiunctim datæ sunt, omnibus parendum est, quia vnius loco habentur: si disiunctim cuilibet, & l. cum pupillis 77. §. disiunctiuo modo, ff. de condition. & demonst.* quarum dispositione sufficit in casu prædicto, vt supra dictũ est ad disiunctiuam veritatem alteram ex duobus euenire, huiusce sententiæ testatores fuere *Capra cõsil. 44. Carant. resp. lib. 7. cap 162. Sessa decis. Aragoniæ 264. num. 6. tom. 3.* & decisum refert in Cappella Tholosana *Mainard. dec. 38 lib. 5.* de quo meminit, & fusè sequitur *Fontanell decis. 493. & 494.* per totam vbi decisionẽ *de Franchis* 156. in terminis trutinat, & respondet.

Ad prædictorum confirmationem subdimus primò, quod in casu dictę decisionis *de Franchis* erat controuersia substitutionis, & institutionis inter ipsosmet filios testatoris, fauore quorum
19 alternatiua poterat resolui in coniunctiuam, vt latè *Caualcanus dec. 25. n. 29. p. 3.* Secundò, quod quando non est filiorum fauor, ex allatis rationibus, eliditur principalis contrariorum ratio, euitatur absurdum, quod contra hunc casum adduci posset, nempè, quod eadẽ res, diuerso iure censeatur, & sic eadem dictio *vel* modò coniunctiua modò disiunctiua æstimaretur contra *l. cũ qui ædes, ff. de vsu c.* & alias adductas p *Dom. de Franchis d. decis. 150.*

A nostro casu alienum est, & parum refert, vnam eandem rem non posse diuerso iure censeri, quia hęc regula vindicat sibi locum respectu earundẽ per-
20 sonarum eiusdem rei, & non verò cum diuersa est subiectorum ratio, fundat *Anton. Monacus decis. Florentiæ 28. nu. 12. ex d. l. cum, qui ædes, ff. de vsu capion. & l. ergò 30. §. 1. ff. de acq. rer. domin. l. cũ filio fam. 11. de leg. 1. Iason. in l. iàm hoc iure nu. 10. ff. de vulgar & pupill. Thesaur. decis. 163. sub num. fin. Surd. decis. 266. num. 8. & cons. 127. num. 69.* & probatur *in tex. l. si quis proferendum 35. §. fin ff. de furtis*, ibi *Bart. Tiraquell. de retract. lignag §. 1. glos. 18. n. 25.* & tandem communis etiam sentẽtia est vnã, & eandem determinationem respiciẽtem plura determinabilia posse difformiter determinari, si adest diuersitas rationis, tradit *Philipp. Maxim. iur. select. distin. cent. 1. distin. 23. per totam, & Coras. in l. 2. C. de impub. & alijs subst.* & facit *l. cohær. §. qui discretas, ff. de vulg. & pupill.* etenim eadem dos respectu mariti, est titulus onerosus, respectu verò mulieris lucratiuus, *l. ex promissione, ff. de action. & oblig. l. vlt. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* vna, & eadem donatio facta filio, est quandoque propter nuptias constante matrimonio, pro reliquo verò tempore simplex, *Oltrad. cons. 151. num. 1.* ius in hærede quandoque mutatur, vt pro vno tempore sit hæres voluntarius, pro alio necessarius *l. 3. §. vlt. de hæred. instit. l. pater seuerinam, §. conditionẽ ad l. falcid.* & sic in plurimis casibus, de quibus est videre *Cassaneum cons. 45. num. 263. & seq. Tiraquell.* obiectioni satisfacientem *decis. 494. n. 9. & 10. Sotoma de vsufructu cap. 45. Mon-*

tcr.decif.Aragonia 10.*num*.33.

Ex his igitur nil contradictionis fer-
rę debet interpetratio voluntatis teſta-
toris vno modò ſi adſint filij, & alio
modò ſi filij non adſint, vt in caſu pro-
prio, quoties ratio diuerſorũ ſubiectorũ
& qualitatum in diuerſis caſibus con-
currat, nec propterea voluntas teſtato
ris dicitur eſſe in ſuſpenſo, in abſtracto,
& diuiſa ex euentu ſecuto, quia à prin-
cipio ſemper fuit vnica, & certa diſpo-
ſitio in concreto fundata in vnica ra-
tione dilectionis defuncti, quæ dilectio
de ſui natura ſpecialiter poteſt eſſe ma-
ior in vno, & minor in alio fundat *Me-
noch.de præſump.lib*.4.*præſump*.16.*ſub n*.
4.*verſ.tertia eſt cõiect*. & ſignãter in vl-
timis volũtatibus maior eſt dilectio, er-
gà inſtitutũ, quã in ſubſtitutũ, & deindè
21 illius diſpoſitio ordine ſucceſſiuo cõce-
pta, conſideranda eſt, primariò quidem
ergà inſtitutum ſecundariò in eius fi-
lios, & gradatim illis deficientibus er-
ga ſubſtitutum, alternatiua ex vi vo-
luntatis teſtatoris, ſub qua eſt ordinata,
exuit ſe ſua natura, & aſſumit potentiã
coniunctiuam, fundat *Soccin. ſenior.
conſil*.52.*lib*.1.*num*.8.*&* 9. itaut ſecun-
dariò, & ſucceſſiuè, quandò non extant
in concurſu filij inſtituti magis, & pri-
mariò dilecti, tunc ſubſtitutus agnatus
ſuccedere debet, abſque conditione, vti
ſecundario dilectus a teſtatore, & dicta
obſeruatiua conditio in fideicommiſſis
conditionalibus neceſſitate expoſtulã-
te non debet ſuam naturam disiuncti-
uam deponere, ſed neceſſariò eam reti-
nere, ſi enim deficit dilectio teſtatoris
in primo caſu, verificari debet ſaltem
in ſecundò in ſubſtitutum ex præſump-
ta mente teſtatoris, adhoc, ne daretur
caſus quod ſubſtitutus, licèt ſecunda-
riò dilectus excludatur ab extraneo nũ-
quam dilecto contra mentem defuncti.

Obſeruatur præterea in vtroque ca-
ſu relato nonnulla quæ non adſunt pe-
nes *de Franchis d.decif*.150.*&* *Dominũ*
22 *Reg.Sanfel*. Primò, Monaſterium con-
currens contra ſubſtitutionem eſſe ex-
traneum, & ſubſtitutum eſſe germanũ
fratrem teſtatoris, & ſucceſſiuè agnatũ
decadem familia, quem contemplauit
expreſsè teſtator in ſubſtitutione in il-
lis verbis *ſi ſine filijs ex legitimo matri-
monio*. Secundò, ſubſtituente teſtatore
expreſsè ſuum fratrem primogenitum,
& deindè eius hæredes de ſua familia,
& omni alio meliori modo, cum aga-
tur in fideicommiſſo conditionali præ-
ualet primò ſola voluntas teſtatoris, ex
*d.l.in conditionibus primum locum, ff. de
condit.& demonſt.Reg.Rou.conſ*.40.*lib*.1.
num. 22. & ſi eſſemus in ambiguis, vo-
luntas teſtatoris conſideranda eſt talis,
qualis eueniente caſu, ſi fuiſſet interro-
gatus reſpondiſſet ſe velle *Fontanella
decif*.494.*n*.11.*Gamma decif*. 206.*n*.12.
Roman.conſ.95.*n*.132.

Vndè in caſibus prædictis ſi teſtator
interrogatus, quem vellet admittere ad
23 ſuam hæreditatem ſubſtitutum ne ſuũ
germanum fratrem de familia, an verò
Monaſterium extraneum; certè in am-
biguis ex dicta præſumpta affectione
ergà ſuũ agnatum ſubſtitutum de fami
lia diceretur, teſtatorem (ſi illud ei vi-
detur, quod prudens homo ſentire de-
bet) reſpondiſſe, volo vt ſubſtitutus
præferatur monaſterio *Mantic. de con-
iectur. vltim. vol. lib*. 3. *tit*. 2. *num*. 5.
ſemper equidem dilectio proprietati
ſermonis præferenda eſt *Menoch. lib*.4.
præſump.16. *num*. 1. quia ex ea poten-
tiſſimè teſtatoris voluntas ſumitur, latè
Marta p.4. *de ſucceſs.leg.q*.10. *artic*. 2.
num.1. *Afflict. decif*.44 *num*. 21. *&* 27.
& ſignanter in terminis *d.l.cum acutiſſi-
mi*, §.*de fidecomm.& l.cum Auus ff.de cõ-
dition.& demonſt*. quarũ diſpoſitio pro-
cedit, etiam contra piam cauſam *Soc-
cin.iunior.conſ*.125.*vol*.1.*nu*.21. *Capra
conſ*.18.*num*.5.*Rota Rom. apud Gratian.
cap*.306.*& Reg.Merlin.cent*.1.*controu.
cap*.5. *num*.34.

Poſtremò ſi attẽdatur virtus clauſu-
24 læ illius, ſcilicet *omnimodo meliori* per
quam actus valet eo modò, quo valere
poteſt *Bald.in c.cum ſup.n*.11.*de offic. de-
leg.Soccin.conſ*.173.*nu*.4. *lib*.3. certum
eſt non reſtringi ad ſpecificata tantum,
ſed extendi ad omnem alium modum
magis vtilem *Riminald. iun. conſ*. 181.
num.36.*& conſil*.215.*num*.126.*Marta
de clauſul.clauſula* 1. *nu*. 81. vndè ſi po-

teſt

test facere actum validum; & facit inualidum per dictam clausulam æque, videtur, ac si validum fecisset *Ripa in l. 1. § si quis ità num 95. ff. de verb. oblig.* & hæc satis quoad tertium.

Quartus superest articulus, qui ex illis verbis testatoris dependet, scilicet *si fortè tunc inter viuos non extaret dictus suus consanguineus frater, eiusdem Natalis hæredes, & de familia ipsius testatoris voluit, vt succederent*, & quia huic similis est ille de quo *d. Dom. Orsinus* in prænarrato casu disputauit, ideò eadē iura per ipsum allegata huc adducemus: est igitur videndum, an dictus Dominus Mauritius de Cherubin nepos ex filia dicatur hæres de domo de Cherubin dicti quondam Raphaelis, aut potius dictus Michael frater, tàm dicti testatoris, quàm dicti natalis?

Est verum in iure, appellatione familiæ agnationem venire *glos. in l. vlt. ff. de capit. dimin. Marta consil. 60. num. 4.* & pro agnatione domum, latè *Anchar. consil. 152. num 4.* & alios quos re-
25 fert *Peregr. de fideicomm. art. 22. nu. 27. Menoch. lib. 4 præsump. 88. nu. 12. & 20. vers. his intelligimus*, & quod agnatio, & familia sint idem, probant tàm præcitati DD. quam *Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 24.* vndè quādo testator vocat agnatos, certum est masculos includere, & fœminas excludere *Bartol. in l. 2. §. videndum num. 2. ff. ad Tersull.* cuius sectatores fuere *Corneus consil. 133. nu. 9. vol. 2. Soccin. cons. 81. num. 3. vers. secundum quod, & num. 4. vol. 4. Ruin. cons. 205. num. 4. vol. 2. & in cons. 107. n. 2. vol. 3. Paris. cons. 23. n. 24. vol. 2. Soccin. iunior. cons. 20. nu. 10. vol. 8.* & post innumeros *Marta cons. 60. nu. 5.* igitur filius ex fœmina per verba testatoris tanquam exclusus non potest venire, neque dici potest de descendentibus aui materni, tenet *Fusarius de substit. q. 352. nu. 54. ex l. pronunciatio, §. fin. ff. de verb. signif.* & facit *tex. in l. familiæ appellatione 196. ff. de verb. si-*
26 *gnif.* patet enim fœminarum liberos in familia eorum non esse, quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur, secundum tutam opinionem *Bartoli* communiter sectatam, tàm à *Baldo*, & cœteris *in l. fin. C. de verb. sign.* quàm à *Decio consil. 7. nu. 30.* agnati verè ij dicuntur, qui per virilem sexum descendunt *l. 2. §. 1. ff. de suis, & legitim.* & ideò dictus Mauritius, tanquam nepos ex filia non est comprehensus in dicta substitutione, atque adeò successio per fideicommissum in hæreditate dicti testatoris patefit dicto Michaeli consanguineo fratri, tàm dicti Natalis, quàm ipsius fideicommittentis.

Et quatenus obijceretur, dictum Mauritium, licèt vti descendens ex fœmina non sit de familia aui materni, neque testatoris agnatus, tamen tanquam de domo de Cherubin vocari ad fideicommissum, & bona fidei-
27 missata hoc casu peruenire dici posse ad heredem de familia: respondetur sub nomine domus, siuè familiæ, venire agnatos testatoris, & quia familia prolificisci potest ex multiplici colōnello, & stipite, ideò cū testator vocat illos de sua familia, intelligi debet de familia, & stipite ipsius proferētis fundat *Barb. tract. var. appellat. 44. num. 37.* & latè *Parisius cons. 51. lib. 2. num. 5. & 10. & seq.* ibi *ad fideicommissum veniunt illi de familia testatoris qui sunt potiores*, imò idem *Parisius cons. 1. tom. 3. n. 58. vsq. ad 61.* in causa illorum de Palmerijs similem casum examinando suam propalat sententiam contra filios Petri de Palmerijs viri Hippolitæ de Palmerijs, quæ fuit neptis ex filio instituto hærede quondam Gottofredi de Palmerijs fideicommittentis; vt est ipsum videre. Hæc autem tyronum studio collegi, vtcumque sint, boni consulant rogo.

FORMVLA PETITIONIS in iudicio relaxationis bonorum vigore fideicommissi.

IN M.C. Vicariæ comparet Reuer. D. Ioannes Bernardinus de Sorbis, dicens anno 1602. Hectorrem de Sorbis suum vltimum confecisse testamē-

tum, in quo infrascriptos suos filios legitimos,& naturales instituit hæredes Ioanné Alphonsum, Decium, & Franciscum, & Ioannem Baptistam comparentis patrem, quibus præcepit disponere non potuisse de tota portione ad quemque ipsorum spectante, præterquam de ducatis quincentum, vt bona sua in familia remanerent; verum cum disponere vellent inter ipsos fratres, tali casu vnumquemque ipsorum disponere potuisse de duc. mille, & hoc, vt bona conseruarentur in dicta familia,& casu quo matrimonium essent cõtracturi, quemlibet cautas reddere potuisse dotes,ac iura dotalia vxoris suæ proportione hereditaria, pro qua tantum causa singulis tribuit liberam potestatem; euenit, vt post mortem dicti Hectorris dictus IoannesAlphonsus vti tunc natu maior, nulla facta bonorum diuisione, ac patris fideicommisso floccipenso,nedum suæ substantiæ dilapidauerit portionẽ,verũ etiã cœterorum partem distinxerit maiorem; & quoniam factus est casus obitus ab intestato dicti Ioannis Baptistæ sui patris, eiusque portionem bonorum hæreditariorum dicto fideicommisso subiectam ad comparentem spectare, & spectauisse per dictam Magnam Curiã declaratum est, quæ ad præsens indebitè, & minus iustè cum reuerentia ꝑ infrascriptos possessores detinetur, propterea recurrit ad eandem M.C. & petit eos cogi,& compelli ad sibi relaxandũ dicta bona per eos respectiuè possessa vna cum fructibus respectiuè perceptis,& lite pendente percipiendis,citra præiudicium omnium; & quorumcumque iurium,saluis alijs iuribus &c. omni modo meliori.

SVMMARIVM.

Fideicommissum,quid sit,n.1.

Prohibitiones quæ sepè esse solent in fideicommissis quotuplices sunt, nu.2.

Ea explicantur,ibidem.

Et ibidem restringuntur in duo genera,n.3.

Prohibitio realis quæ sit,num.4.

& quænam personalis,n.5.

Quando prohibitio est realis,tūc omni alienatio est prohibita,n.6.

Prohibitio sub nomine appellatiuo, adiecta generali ratione est realis,n.7.

Fideicõmissum triplex est,nudum, simplex, & duplex.

Declaratur nudum,nu. 8.Cuius casus adducuntur, num. 5. vsque ad 12. Et illud vestiri posse indicatur. nu.13.

Simplex fideicommissum exemplificatur, tàm in casu alienationis, quàm contrauentionis à num. 14. vsque ad nu. 19.

Duplex fideicõmissum varijs exemplis proponitur, n.20. & 21.

Prohibitio realis facilè admittit extensionẽ de persona ad personam vi comprehensionis,n.22.

In dubio semper fieri debet interpetratio in extensionem Fideicommissi,nu.23.

Fideicommissum cũ ad certas personas, vel gradus restringitur vltimo illorum poterit alienare, n.24.

A fideicommisso excluduntur fœminæ extistente statuto ad illarum exclusionem, num. 25.

Fideicommissum familiæ, vsq; ad decimum gradum extenditur,n.26.

Limitatur,n.27.

Prohibitio alienationis extra familiam cũ causa,si fuerit impersonalis non extēdit quartam generationem,n.28.

Quid si fuerit facta filijs,ibidem.

Quando in fideicommissis sit locus subingressioni,num.29.30.& 31.

Monasterium an præferatur substituto remissiuè,n.32.

OBSERVATIO.

CVm huiusmodi formulæ casus euenerit, nulli dubium est in tali dispositione fideicommissum adesse, probatur primò per *tex. in l. fideicommissa, §. hac verba,ff. de leg.* 3. vbi licèt verba deprecatiua adiecta legantur de curandis bonis,vt possint ad filios peruenire fideicommissum adesse respondit *Vlpianus*; quod magis in casu prædicto procedit, ex verbis quibus vsus est dictus Hector, nempè *(vt conseruentur, & remaneant in familia,)* quæ perpetuitatem important, vt per *Cuman.*

man.in l.2 num.4.& in l.cum ita,§.in fideicommisso, ff. de leg. 2. quem sequitur *Petrus Placent.de fideicomm.prohib. q.5. num.* 13.& quod verbum (*remaneant*) inducat fideicommissum docuit *Bart. in l centurio, ff. de vulgar. pupill.* cuius doctrinam communiter receptam esse inquit *Curtius iunior consil.* 115.*num.*5. *versu confirmantur præmissa*, cum igitur ex coniecturis fidecommissum inducatur, satis hic inductum esse dicitur nedum ex mente coniecturata, sed ex verbis expressis, etenim non potuissent bona in familia conseruari,& in ea remanere, nisi ex vi fideicommissi, vt argumentatur *Decius consil.23. nu.3. versu ex his enim verbis*, quem post *Parisium consil.41.nu.18.lib.2. & consil. 66. num.26. lib.* 3. sequitur *Menochius consil.197.nu.9.*

Secundò, ex prohitione alienandi valida, quam in hoc casu adesse nō dubitatur, & ex ea fideicommissum oriri traditur omnium vtriusque iuris interpetrum consensu, ad quod fundandū consulendo breuitati iuxtà meum institutum iura, & authoritates, vtpotè satis nota omittuntur.

Tertiò, licet in hac re nonnulli *DD.* loquantur de verbis dispositiuis, prout est *Roland consil.23. num.11.vol.4. Decius consil.38. num. 1. & 2.Berous consil. 176.num.57.vol.2. Petr.Placentini de fideicomm.prohibit.d.q.5. num.42.* tamen iure exploratum est, etiam per verba enunciatiua induci fideicommissum, tantomagis verba in formula nostra, (*vt in familia remaneant, & in ea conseruentur*) ex præcedentibus apparent relata ad personam grauatā, & sic stant dispositiuè *l.vnum ex familia,§.vltimo, ff.de leg.2 l.Pamphilo in princ.ff.de leg. 3.Decius consil.38.num.2.Iason.* qui voluit nullam esse differentiam inter clausulam (*quia volo bona conseruari in familia*, & (*vt bona conseruentur in familia*, quē testatur *Menoch.d.cōs.197.n.22.*

Plura alia casus expeteret, quæ consulto omitto, sed ne sicco pede pertransire videar beneuolis incipientibus pro meis viribus breui temporis curriculo hæc paucula ab auctoribus excerpta subnectam notabilia fideicommissorū subiecto collineantia.

ANNOTATIO.

1 Fideicommissum est legatum, aut relictum, quod hæredis fidei cōmittitur, vt ab eo illud alicui detur, *instit.§.quibus enim de fideicommissarijs hæreditatibus*, itaut inter vtrūq; nulla adesse videatur differentia *instit.de legat.§.sed non vsque.*

In fideicommissis, vt disponentis voluntas suum sortiatur effectum pręsepè alienationis prohibitiones copulari solent, propterea duo principaliter notanda censeo.

Primùm est, quod tales prohibitiones licèt in quatuor diuidantur genera
2 secundum *Capyc.decis.108.nu.2.& Gabriel.commun.concl. lib.4. de fideicomm. concl.9.nu.46.Fusar.de fideicomm.alien. probib.q.685.n.1.* ea nempè sunt,

1 *Impersonalis*, 2 *Personalis*,
3 *Personalissima*, 4 *Et realis.*

Exemplificatur sic prima. *Prohibeo alienare bona mea, sed in familia remaneant.*

Sic secunda *Instituo Caium hæredem eius prohibeo ne possit alienare aliquid ex bonis*, aut potius, *instituo filium meum, & volo quod non possit alienare, sed hæreditatem restituat filijs meis.*

Sic tertia, *Prohibeo bona mea alienari, quia volo, vt conseruentur in familia velut de gradu in gradum ad proximiores deueniant*, vt habetur penes *Capyciū vbi supra n.3.*

3 Nihilominus ad duo restringuntur, scilicèt *ad personalem, & realem*: personalissima enim in *personali* compræhenditur, *impersonalis verò sub reali*, vt explicat *Barbat.de fideicomm.c8. n* 10.

Retēta hac restrictione, ponitur pro regula ex cōmuni *DD.* sententia, quod
4 prohibitio, tunc dicitur realis, cum non fuerit adiectum nomen eius cui fit, sed verba testatoris referuntur ad bona, quæ simpliciter alienari prohibentur, vt per *Mastrill. decis.Sicil.266.num.56.* vt patet ab exemplo præscripro, & ita *Bartol.in Rpeto,§.frater,ff.de leg. 2.*

Per-

5 Perſonalis quidem eſt cũ fuerit facta
certæ perſonæ nominatæ, vt ſupra de-
mõſtratum eſt *tex in l.pater, §.quinde-
cim,ff.de leg.3.*

6 Eſt circa prædicta aduertendũ. Pri-
mò,quod quando agitur de reali pro-
hibitione,tunc inductam eſſe ſcias pro-
hibitionem omnis alienationis, tùm ex
teſtamento,tùm ab inteſtato,ſiuè ſit vo-
luntaria, ſiuè neceſſaria conſuluit *An-
charan.conſil.381. Burſat.conſil.37.n.4.
Riminald.iun.conſ.370.n.35.*& ita com-
muniter ſentiunt *DD.* teſtatur *Peregin.
de fideicomm.art.14.num.5. Marta de
ſucceſs.legal.p.2.quaſt.3.art.1.n.6.*

Secundò, quod cum prohibitio ſit
7 ſub nomine appellatiuo,videlicèt pro-
hibeo hæredes meos alienare bona
mea, & poſtea adijcio cauſam,ſiuè ge-
neralem rationem, quæ talis eſt,*quia
volo ea perpetuò manere in familia*,tunc
attenta dicta generali ratione,licèt pri-
ma facie prohibitio videatur perſona-
lis efficitur tamen realis, ità vt prohi-
bitio prædicta extenditur ad alias per-
ſonas,vltra expreſſas nominatas, vt ad-
uertit *Barbat.vbi ſupra num.7.& 9.&
ſub nu.25. Dom.Petra de fideicomm.q.5.
num.10.& ſeq.*

Secnndum eſt notandum, quod fi-
deicommiſſum triplex eſſe poteſt,nem-
pè,*nudum,ſimplex,& duplex,ſiuè purũ,
& abſolutum.*

8 Nudum tunc dicitur,cum in eo nuda
fuerit facta prohibitio alienationis, &
omni ratione,& cauſa, ac fauore deſti-
tuta,quia ſi dictum fuerit,*Prohibeo bona
mea alienari*: tũc enim concludunt *DD.*
tale fideicommiſſum infringi poſſe à
perſona cui fuit prohibitum alienare,
eoque caſu non cenſeri inductũ fidei-
commiſſum, tàm in caſu alienationis,
quàm in caſu mortis, *ex tex. in l.filius
famil.§ diui il 2. ff. de leg. 1. Cenſalius
ad Peregrin.de fideicomm.ad art.14.in
princ.*

Sunt alij caſus in quibus nuda etiã
interpetratur prohibitio alienationis,
tunc cum teſtator diceret,*vt talia bona
remaneant in familia*,item cum *nec ad
ſuos poſteros,& deſcendentes perueniant*
9 item cum nec aliqua pena fuerit adie-
cta, vt exemplificat *Gratian.diſcept.fo-
renſ.cap.280.num.1.* ex eo, quia tali nu-
do præcepto non impeditur tranſlatio
dominij per *tex. in l.quidam 62. ff. de
acq.rer.domin.Theſaur. filius, quaſt.fo-
renſ.lib.3.q.117.num.3.Pereg.vbi ſupra*
10 *artic.14.ſub n.1.* limitari tamen poſſet,
cum prohibitio fuerit facta pluribus,&
& abſque cauſa,tunc enim contempla-
tione aliorum non alienantium facta
videretur refert *Mantica de coniect.vlt.
vol.lib.7.tit.5.num.16. Surd. deciſ.238.
num.18.Gratian.vbi ſup.cap.280.nu.15.*
verùm ſi filijs hæredibus teſtator pro-
hibuerit bonorum alienationem, & di-
ſpoſuiſſet,quod in perpetuum vadant
de hęredibus in hæredes, tunc receptũ
11 eſt apud omnes inter eos inductum eſ-
ſe videri reciprocum fideicommiſſum,
cum de deſcendentibus intelligendum
ſit,tradit *Mantica vbi ſupra verſu illud
verò*, ſed ſi prohibitio fuerit facta in
beneficium hęredum tantum non indu-
citur fideicommiſſum *l. pater filium,§.
penult.ff.de leg.3.Alciat. conſil.483.Pe-
tra de fideicomm.q.1.num.44.* verũ, quã-
12 do quis vult ſuccedere inſtituto debet
eſſe eius hæres *Capyc.Lat.cõſuls.80.n.7.*
item cum in caſu alienationis abſque
cauſa,hæredis fauore tantum appoſitæ,
tunc enim nudum dicitur per *textum
in l.Pater 38.§ fundum,& d.§ quinde-
cim.ff.de legat. 3.* huiuſmodi fideicom-
miſſi nuditatem verum eſt; quod mul-
tis, ac varijs modis veſtiri poſſe tradit,
13 *Fuſar.de fideicomm. alien. prohibuit q.
685.Barrius de ſucceſs. teſt.& inteſt.lib.
8.de ſubſtitut.fideicomm.tit.de fideicom.
quod inducitur ex alien.prohib. nu.4. &
ſeq.* quos vide.

Simplex verò fideicommiſſum dici-
tur cum in ſolo caſu, tàm alienationis,
quàm contrauentionis tantùm opera-
retur prohibitio alienandi, pono exẽ-
plum in caſu alienationis tantũ vt ſi di-
cerem prohibeo alienationem meorũ
bonorum, quia volo ea conſeruari in
familia,at in caſu neceſſitatis liceat illa
alienari in familia, tunc quidẽ ſimplex
erit fideicommiſſum; in dicto caſu alie-
nationis inductum, vt deciſum penes
Surdum dec.ſ.238.& Chacheran.dec.49.

quod

quod secus esset si dixissem prohibeo alienationem bonorum, statim adiectis verbis, *extra familiam*, vel *in familia*, vt bona in ea conseruarentur, tunc purum, & absolutum censetur inductum fideicommissum *Gabriel.comm.concl.tit.de fideicomm. conclus.9. num.33. Peregrin. de fideicomm.art.14. nu. 18. Intrigliol. de subst.cent.3.q.72. num.55. Menoch. consil.327.n.96.* & in casu mortis, etiam haberet locum *Cacheran.decis.49.n.14.* item in casu alienationis nō in vniuer-
15 sum inductum dicitur, cum fuisset apposita pœna priuationis bonorum alienari prohibitorum *Fusarius vbi supra q.688.n.101.* item cum prohibitio non simpliciter, sed limitatiuè fuerit facta respectu certarum personarum, etiam si fuisset adiuncta ratio, vt bona in familia conseruarētur, vel agnatione, vt in exemplis exceptis *in l. peto, §.fuisse, ac l.cum pater 79. §. libertis, ff.de leg.2.* quod etiam extenditur in contractibus secundum *Bartol.in l.qui Roma, §.coheredes, ff.de verb.obligat. Berous consil.84. nu. 1.* item cum testator dixisset prohibeo alienationem meorum bonorum ad hoc vt ea conseruentur hęredibus
16 & successoribus, nàm mentio hæredis tali casu intelligitur adhuc de extraneo (dummodò tamen non fuisset facta mentio de hæredibus masculis, aut liberis) & eo casu institutus non censetur grauatus fideicommisso secundum *Bartol.in l.pater filium, §.penult.ff.de leg.3. Cursius senior consil. 45. num. 23. Petra de fideicomm. q.1. num.23.& 24.* secus, si masculi tacitè compræhenduntur *Muta decis.65.num.4. & seq.*

In casu verò contrauentionis sic solet exemplificari, puta si fuerit factum fideicommissum cū prohibitione alie-
17 nationis simpliciter, & nudo modo, & postmodum reperirētur addita verba, scilicèt, vt bona remaneant in familia: quorum verborum additio est enunciatiua, & dicuntur adiecta ad confirmandam dictam prohibitionem, & ad demonstrandum personas, contemplatione quarum fuit facta prohibitio, & sic diceretur illud factum in casu contrauentionis, vt per *Roman.consil. 457. num.1.& Martā de success.leg.p.4.quæst.21. art.8.num.12.& 16.* ità vt personæ ad quarum beneficium fuit facta prohibitio possent reuocare statim alienationē factā, *tex.in l.peto, §.fratre, ff.de l.2.* ibi *Bart.de Castro, Cuman. & alij*, & tūc vti
18 possūt remedijs, quæ penes *Viuium* habentur *decis.156.num.31.* secus autem esset si in euentu alienationis pœna apponeretur, puta quod annulletur, aut priuetur alienans, tunc fideicommissum esset purum, & in casu mortis *Ripa in l. filius familias, §.Diui, ff.de leg.1. Fusar. vbi sup.q.688.n.71.& 73.*

Quoties euenit, vt fideicommissum ex prohibitione alienationis fit inductū in solum casum contrauentionis, tunc si bona testatoris perueniant ad illum,
19 qui successit ab intestato finitur fideicōmissum per *tex. in l.sed,& si 6. §.vlt.* ibi *glos.ff.de leg.3.* & ratio, quia res facta semel alienabilis perpetuò talis erit *Tiraquell. de vtroque retract. p.1.§.32. glos.1.n.5.*

Duplex siuè purum, vel absolutum fideicōmissum ab infrascriptis, & alijs colligi potest exemplis. Primò, cum testator prohibuisset alienationem,
20 quousque superessent filij, & descendentes, tunc etiam in casu mortis prohibitioni locus est, *Decius cons.637. Gabriel.comm.concl.d.tit.de fideicomm.conclus.9.num.21.* item si fuisset facta prohibitio pro conseruanda agnatione, *Decius in l.1.C.de pactis*, & ità de communi testatur *Oddus consil.65.nu.5. Caualcan.decis.58.num.91. p.3.* item si testator iussisset bona transire de hærede in hæredem, per *tex in l.codicillis, §.instituto*, ibi *glos. vers. filijs, & d. l. peto, §.fratre, ff.de leg.2. Viuius decis.186.n.7. Alciat.consil.22. n.4.* item si dixisset, vt bona peruenirent ad descendentes gradatim *Gabriel.d.consil.9.n.19.* itē si esset apposit ū in testamento onus celebrandi perpetuò anniuersaria *Petra de fideicomm.q.5. n.141.* item quando fuisset prohibita successio ab intestato *Ma-*
21 *scard.de probat.conclus.755.n.24. Intrigliol.vbi supra cent.3.q.72.n.50.* item in casu prohibitionis amplissimis verbis factę, puta si dixisset ne alienari pos-

sit

sit,tùm inter viuos, tùm in vltima voluntate respectu hæredis extranei,illűq; non possit instituere, tunc etiam in casu mortis vrget fideicommissum *Menoch.consil.*357.*num.*2. *lib.*4. *Marta de succesi.leg.p.*4.*q.*21.*art.*8. *num.*74. item si fuerit prohibita diuisio inter hæredes *Gabriel.vbi sup. conclus.*9. *num.* 26. *&* 34. aut alienatio inter ipsos de familia *Mascard.de probat.concl.*778.*n.*23 *Gabriel.vbi supra*, item si fuerit prohibita detractio *Trebellianica*, *& Falcidia*, *Marta vbi supra p.*4. *q.* 21. *art.*8. *n.*76.

Supersũt hæc alia. Primò, quod cũ prohibitio est realis facilè admittitur extentio de persona ad personam, & de casu ad casum consuluit *Riminaldus iunior consil.*279. *vol.*3. quod secus erit
22 si personalis esset,quia tali casu personam prohibitio non egreditur *Fontanell.de pact.nupt.claus.*4.*glos.*25.*nu.*87. & quoties euenit,vt de persona ad personam fiat extensio id non vi extensionis fieri memento, sed vi comprehensionis, quia persona illa ad quam fit extensio est comprehensa sub dispositione,aut expressè,aut tacitè,vt aduertit *Barbat.vbi sup.p.*1. *cap.*8. *num.*124. *in fine.*

23 Secundò, cum in dubio est facienda interpetratio, circa fideicommissum, semper ea fieri debet in extinctionem illius vti odiosi, vt per *DD.* relatos per *Censalium ad Peregrin. ad art.* 1. *versu addo n.*38.

Tertiò, si fideicommissum sit restri-
24 ctum ad certas personas, vel ad certos gradus,tunc vltimus illorum poterit liberè alienare bona fideicommissi,quia non adesset persona,quæ ex illius causa posset reuocare ad *tex. in l. cum pater*,§.*libertis, & l.qui solidum*,§.*penult. de leg.*2. ibi *Bartol.Imola,& de Castro*.

25 Quartò, à fideicommisso inducto ad conseruationem agnationis, existente statuto,per quod fœminæ excludűtur,exclusæ illæ remanent *Mantica de coniectur.vltim.vol.lib.*8.*tit.*12. *num.*7. *&* 10 *Borgnin.Caualc.decis.*16. *num.*8. *p.*1.*ter. par.princ.* eòque magis si alia adessent verba testatoris, ex quibus talis exclusio colligatur, vt per *Gabriel. consil.*132.*q.*4.*nu.*41. *lib.*1.*Caualc. dicta decis.*16.*n.*6.*p.*3.*Menoch.consil.*197.*versu decimò*. Sed an, & quando masculi descendentes ex fœminis admittuntur ad fideicommissum vide vltra adducta in suprema allegatione *Pascalem de Patria potest.p.*4.*c.*9. *per tot.*

Quintò, fideicommissum relictũ familiæ,vsque ad decimum gradum porrigitur *Mantica de cõiect.d.lib.*8.*tit.*12.
26 *num.*46.*vers.sed habet*, *Couarr. variar. resolut.lib.*3. *cap.* 5.*num.*3. *Preta de interpetr.vlt.vol.lib.*3.*solut.*2.*nu.*17.*vers. At bene aduersatur*, *Grassus in* §. *fideicommissum q.*19. *num.*3. quod extenditur etiam si fideicommissum factum fuisset fauore agnatorum,aut cognatorum, aut consanguineorum ordine expresso, vt deferatur hæreditas proximiori masculo gradatim, nulla habita ratione filiorum, & descendentium, *de Marinis quotidian.resol.cap.*131.*num.*9. secus autem erit si fuerit factum in fauorem ipsius disponentis,eiusque filio-
27 rum descendentium,& posterorum, vt bona in illis perpetò cõseruarentur,rũc vi clausulæ descendentium,& posterorum semper durat fidecommissum, & non extinguitur, nisi extincta penitus descendẽtia, & posteritate *Couarruuias vbi supra lib.*3.*d.cap.*5.*sub num.*4.*Crassus in d.*§.*fideicommissum d.q.*19.*nu* 2. *Facchineus controu. iuris lib.*4.*cap.*100. *in fine*, & alij quos coacerúat *dictus de Marinis cap.*131. *num.*8. *& Marta de succesi.leg.p.*4. *quæst.*21. *art.*15.*num.*6. *& seqq.* Quando verò prohibitio alie-
28 nationis fuerit facta extra familiam, addita causa vt bona perpetuò conseruentur, tunc si fuerit impersonalis prohibitio non excedit quartam generationem probat *Donat. Ant.de Marin.d. cap.*131.*ex num.*7. *vsque ad* 13. si fuerit facta sub nomine appellatiuo, scilicèt filijs,ratione generali adiecta, vt bona perpetuò in familia maneant, tunc ad nepotes tantum prohibitio progreditur dummodò personalis non fuisset prohibitio *vt supra num...* dictum est *Bartol.in leg. filius familias*,§.*Diui, ff.de leg.* 1. ibi *Alexand. & Viuius communi.*

*mun.opin.lib.2.opin.102. verbo extensio Couarr.var.resol.lib.3.cap.5 num.4.Reg. Merlin.controuers.cap.72.num.*11.plures adsũt casus, in quibus fideicommissum finem recipit, quos colligit *Barbat.vbi supra cap.8.sub num. 175. versu quomodò* ad quem te remitto.

29 Quintò, in fideicommissis locus est subingressioni secundum *glos. in l. cum ità,§ in fideicõmisso, ff.de leg.2.Mantica de coniectur. vlt.vol. lib.8.tit.9. per totum*,& licèt hæc opinio penes *Cæsarem Barz.decis.Bonon.*93. *nu.*3.& 8. sit controuersa, ea tamen vti magis communis defenditur per *Honnedeum consil.*70

30 *num.*20.*in fine* verum est dicere, quod eatenus illa sit receptior quatenus agatur de successione ascendẽtium, vel patrui, & non vltra alios collaterales remotiores, vt notat *Couar. lib. pract.qq. cap.* 38. *sub num.* 4. *versu non secularis Thesaur.decis.*65.*num.*3. *Peregrin. de fideic.art.*21.*nu.*6. item procedit dicta

31 communis opinio, quandò non vocãtur proximiores seruata gradus prærogatiua *Cacheran.consil.*72.*num.*13. licèt contrarium teneat *Surd.consil.*325.*n.*6. & 10. *lib.* 3. tamen hanc esse magis tutam probat *Lanar.consil.*69.*nu.*29. *Cõuarr.vbi sup.q.*38.*num.*4.*vers.vbi quartò,Mantic.qui supra lib.*8. *tit.*9. *num.*9. item si de fideicommissis particularibus non agatur, vt notat *Anton.Gamà in decis.Lusitan.*69.*num.*3. *Ceuallos in comm.opin.contra communẽ lib.*3.*q.*762. *ex num.*104.

Sextò, & vltimò prædictis collimat quæstio illa: an Monasterium præferatur substituto sub conditione si hæres

32 institutus sine filijs decesserit? cuius resolutio,quam anceps sit facilè est videre penes *Pascal.de virib.patr.potest.p.*1. *cap.*3.*num.*63.& 64. quem adeat rogo lectorem.

FORMVLA PETITIONIS medietatis bonorum hæreditariorum Auunculi ad neptem spectantis in concursu Materteræ.

IN M.C. Vicariæ comparet Margarita Impalia,dicens annis proximè elapsis, vitam cum morte commutasse Adamum Morello suum auunculum ab intestato, & sine filijs legitimis, & naturalibus, nec alio proximiore superstite præterquam ipsa comparente filia qu. Beatricis Morella dicto Adamo sorore vtrinque coniuncta,& Magdalena Morella sua matertera nupta, & dotata, & quoniã hæreditas d. Adami spectat pro medietate ad comparẽtem iure repræsentatiuo. Propterea recurrit ad dictã M. C. & petit sibi decretum præambuli dicti Adami interponi pro medietatẽ cum benef. l. & inuẽt. ità dicit prouideri omnique modo melioti.

SVMMARIVM.

*Beneficium subingressionis in duobus casibus præstatur,n.*1.

Subingressio tunc datur cum succeditur in stirpes,ibidem.

*Quod de iure communi,& consuet. Neapol. probatur,& decisum adducitur,n.*3. & 4.

*Remota subingressione succeditur in capita, d.n.*1.& 5.

In successione patrui an filij duorum fratrũ præmortuorum succedant in stirpes, vel in capita? remissiuè num.6.

*An representandus oporteat, vt tempore delata successionis viuat, adhoc, vt repræsentans concurrat prauia subingressione? num.*7.

*Soror nupta non excluditur à successione fratris per sororem innubam,nu.*8.

Blasius Altomaris *laudatur*, *nu.*9.

*Neptis,licet represenset matrem,quæ renũciauerat, non tamen excluditur à successione Auunculi concurrente materteræ,n.*10.

EX præscripta petitionis formula occurrit nobis differendum de subingressionis beneficio. Et cùm in stirpes, & quando in capita succedatur.

1 Quod ad vtrunque indubium est,in stirpes succedi, cum per subingressionem descendens succedit ascendenti, vel nepos patruo, in omnibus autem alijs casibus succeditur in capita, vt per

Bartol. in l. poſt conſanguineos, §. hæc hæreditas, ff. de ſuis, & legit. Angel. in Authentica de hæred. ab inteſt. venient. §. reliquum 2. not. & Alex. conſ. 44. incip. videtur prima facie num. 19. vol. 5. quos refert, & ſequitur *Decius conſil. 1. nu. 3.* idem dicit *Aretin. in §. cum filius nu. 1. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. & Iaſon. in l. is poteſt num. 26. ff. de acq. hæred.* & ratio eſt, quia in his duobus caſibus datur ſubingreſſio, & ideò ſucceditur in ſtirpes, in cœteris autem, vbi non datur ſubingreſsio ſucceditur in capita, dicit *Faber. in d. §. cum filius nu. 7. & in §. cæterum num. 4. inſtit. de legit. agnat. ſucceſs. & Bartol. in Authent. poſt fratres, C. de ſuis, & legitim.* quod etiam patet, ex *l. Auunculo, C. communia de ſucceſsionibus*, vbi Auunculus excludit fratrem conſobrinum, ex eo, quia cõſobrinus non ſubingreditur locum patris ſuccedendo conſobrino, cui eſſet in tertio gradu, & ideò remotior Auũculo. Quod etiam procedit de iure
2 cõſuetudinario huius Ciuitatis, vt fuiſſe iudicatum per S. C. iunctis aulis refert *Dom. de Franchis deciſ. 157.* poſt *Napodanum in conſuetudine ſi qua mulier. in princ.* vbi talia dicit, *nota hic in viriles; nàm quoties aliquis ſuccedit per ſeipſum ſuccedit in viriles, ff. de bon. liber. l. libertus*, & ſic in caſu prædicto Margarita neptis concurrens cum matertera in ſucceſſione auunculi, licèt ſit in gradu remotiori, quia illa in tertio, hæc in ſecundo gradu, tamẽ quia neptis repreſentãdo matrem ſubingreſſio-
3 nis beneficium habet, quæ ſi viueret in æquali gradu foret cum ipſa matertera, ideò cum ipſa concurrere poteſt ad medietatem dictæ hæreditatis, vt in *nouellis conſtitution. §. ſi igitur defunctus lo 2. verſu ſi autem defuncto fratre fuerint, & alterius fratris, & ſororis præmortuorum filij*, quod quidem beneficium in tranſuerſalibus locum habet, vſque ad fratris, vel ſororis filios tantum, vt in *eodem §. verſu huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fœminarum filijs, aut filiabus*, de iure verò conſuetudinis Neapolit. conceditur vſque ad infinitum in hoc caſu tãtùm ſcilicèt, quando defuncto ſupereſt ex vna parte frater carnalis, patruelis, amitinus, ſiuè conſobrinus, & cum eo concurrant deſcendentes ex alio fratre, vt in *tit. de ſucceſsionibus ab inteſt. in conſuet.* incip. *Sed ſi morientì*, de qua meminit *Dom. de Franchis deciſ. 24. num. 3.* vndè ex his neptis prædicta in ſtirpem ſuccedit, & non in capita, vt *inſtit. lib. 3. tit. 1. §. cum filius filiaue, & §. ſed nos cũ adhuc ſub tit. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur*, ad cuius rem facit caſus allegatus per *Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ. 4. num. 7. & ſeq.* vbi quia concurrebant
4 nepotes de Follerio ex ſorore (inter quos aderat V. I. D. Hieronymus de Follerio vir doctiſſimus in omnibus ferè ſcientijs, breui mihi cognitus dum viueret) & neptes de Rendena ex fratre, ac Fauſtina matertera dictarũ de Rendena, ideò fuit per S. C. iudicatũ ad dictos nepotes de Follerio tertiam partem ſpectare de hæreditate eorum auunculi, & ſic nepotes per exiſtentiam materteræ ſucceſſerunt in ſtirpem repreſenantes ſuam matrem.

Cumq; verò decederet frater ab inteſtato, & ſine filijs, ſuperſtitibus fratri-
5 bus ex vna, & ſororibus ex altera, defuncti ambobus conſobrinis, tũc quia non adeſt inter eos ſubingreſſio omnes ſuccederent in capita, ſiuè ex propria perſona, ſecundum tradita per *Reg. Rouitum in conſil. 23. n. 24. & in fine*, & ſic remota ſubingreſſione, quot ſunt in eodem gradu, tot portiones fiunt hæreditariæ *lib. 3. tit. 2. de legit. agnat ſucceſs. §. hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni.*

Difficultas autem foret ſi de ſucce-
6 dendo patrui ageretur concurrentibus filijs duorum fratrum præmortuorum, an iſti ſuccederent in ſtirpem, vel in capita? articulum diſputat *P. Molpheſius lato calamo in conſuet. Neap. tom. 1. p. 4. quæſt. 37. & 38. per totam*, & poſt eum *Dom. Conſil. Pratus fusè cõgeſsit opiniones in ſuis practicis obſeruat. c. 11.* quos adeat lector, quoniam mihi otium nõ eſt alienos tranſcribere ſudores.

Accedimus modò ad propoſitam petitio-

titionem Margaritæ, cui non obstat dicere, quod sua mater repræsentata per ipsam inter viuos non existebat tempore, quo ius nondum erat delatum, & quod ideò subingressio locum non
7 habeat, quia si tẽpore quo ius erat delatum superuixisset repræsentanda, non ageretur de repræsentationis iure, sed de iure transmissionis, nec esset necessaria repræsentatio iuxtà notata in *l. tempus, ff. de hæredibus instituendis*, & consuluit *Parisius consil.* 78. *num.* 30. *lib.* 2.

Altera subintrat difficultas; an nepti repræsentanti matrẽ, quę tempore matrimonij ad fratris beneficium renunciauerat, obstet ne dicta renunciatio in casu mortis dicti fratris ab intestato, & sine descendentibus? verum habetur, quod soror dotata, quæ renunciauerat si cum alia sorore in capillo, siuè virgi-
8 ne concurrat ad successionem fratris, detracto prius paragio consimili debito dictæ sorori innubæ, quod superest, inter ipsas pro æquali parte diuiditur: *Afflict. decis.* 161. *nu.* 3. si autem renunciauerat, licèt nullorum opinio residet
9 in negatiua, scilicet quod soror virgo dotatã excludat sororẽ à successione, eius, de cuius bonis fuit dotata, refert idem *Afflict. d. decis.* 161. *num.* 4. ibi *Vrsill. cum alijs allegatis*, & post eos *Reg. de Marinis lib.* 2. *resol.* 210. *nu.* 6. *& seq.* nihilominus in contrarium stant plures decisiones, & iuris consultorum placita, & præcipuè *illud Baldi consiliũ* 437. *in sec. dubio* vtraque pleno calamo relata per *Reg. Rouit. d. cons.* 23. *num.* 21. *&* 23. cui recenter accessit obseruatio *D. Blasii Altomaris mei Domini num.* 20. qui validis probat iuribus, ac authoritatibus sororem dotatam cum innuba sorore succedere fratri mortuo ab intestato, & sine filijs non obstante renunciatione. Vndè vera est cõclusio, quod
10 licet fratri sit renunciatũ pro se, & hæredibus, ipso tamen ab intestato decedente, & sine descendentibus, sororem dotatãm, quę renunciauerat, & alteram in capillo, cui præbere debet prius paragium, equaliter succedere, quia renunciatio facta tempore quo viuebat frater, aut præsumitur facta contemplatione masculini sexus, aut quod frater ipse disponere potuisset ad sui libitum: in primo casu eo mortuo ab intestato, & sine descendentibus, & fratribus vtrinque coniunctis, aut cõsanguineis, renunciatio euanida appellatur, tanquã deficiẽte causa probat *Dom. Reg. Rouit. vbi supra n.* 21. & ideò non obest renunciãti si cum innuba sorore concurrat, in secundo si disposuisset proculdubio exclusa remaneret iuxtà *Capycij decisionem* 190. & quoniam non disposuit, patebit illi aditus concurrendi, atq; adeò matris renunciatio suæ filiæ nõ nocet, tùm quia renunciatio tẽpore, quo frater viuebat, casum quem proposuimus non comprehendebat cum tacitam cõtineret conditionem, scilicèt si successio deferretur ipsi renuncianti, ex *l. qui superstitis, ff. de acq. hæred.* tũ etiã, quia habetur pro nõ facta, cũ non euenisset cõditio sub quã fuit facta, & ideò licet neptis repræsentet matrem, non tenetur obseruare casum in renunciatione non comprænhensum, vt pluribus probat, & exornat conclusionem istam, idẽ *Dom. Reg. Rouit. vbi supra num.* 20. cui addo *Montanum controuers.* 10. *num.* 9. *in fin. &* 13.

FORMVLA SVPPLICATIONIS
Per viam præuentionis.

Supplicat humiliter Camillus Gazzillus dicẽs superioribus annis ab hac vita intestatum migrasse Ioannem Baptistam suum patrem, & in sua hęreditate quandam remansisse domum sitam in casali Sãctæ Mariæ Maioris Ciuitatis Capuæ in duobus separatis appartamentis consistentem, commodamque patientem diuisionem; ad præsens in iudicio assistentiæ intentato p Notarium Ferdinandum, & suos filios de Francione vti creditores ex causa dotium perditarum qu. Ioannem Baptistam promissarum ipsi Not. Ferdinando vti viro qu. Isabellæ Gazzillo suę filiæ, contra Doctorem Iosephum Morcone possessorem cuiusdam territorij prędicti debitoris, idem Ioseph prætendens supplicantem hæredem esse dicti Ioan-

 nis

nis Baptistę,ac possessorem,tàm bonorum qu. Vincentij Gazzilli, quàm qu. Hieronymæ Agrippæ,super quibus legitimam deberi supponit dicto suo patri,ipsumque conuenire intendit in S. C. ac condemnari facere ad sibi soluẽdum quidquid dictis de Francione deberetur ex causa prædicta,& quoniam S. M. dictus Doct.Iosephus omni caret actione,nec ius aliquod competit contra supplicantem,iuribus,& causis proproponendis. Propterea intendens nedum ordinari facere d. Mag. Iosepho, quod dictas suas,& alias si quas habet prætensiones proponat, verum etiam ab eis absolui;recurrit ad M. V. eique supplicat causam prædictam committere Reg.Consiliario N. N. Commissario dictæ litis motę vna cum annexis, & emergentibus, ac pœnitus seperatis, vt ius,& iustitiam consequi valeat omni modo meliori.

SVMMARIVM.

Reus,quando tenetur suam intentionem per principalem petitionẽ proponere? declaratur,num.1.

Renuntiatio generalis plures continet renuntiationes in specie differentes, nu.2.

Limitatur in generali renuntiatione filij circa legitimam, nu.3.

Vt renuntiata dicatur legitima, vel eius supplementum,expressa requiritur renũtiatio,ibidem.

Dispositio generalis,quando non potest verificari,nisi in vna re dicitur specialis,n.4.

Actus qui expresiè est exprimẽdus, licèt in genere exprimatur, nihilominus dicitur in specie expressus, quando illud genus non potest verificari, nisi in illa specie, ibidem,& n.5.

Renuntiatio generalis facta à filio post mortem patris nõ comprehendit legitimam num.7.

Declara id procedere in renunciatione, secus in repudiatione, n.8.

Renuntiatio,& repudiatio, quid inter se differunt? n.9.

Pater mortuo filio,aut filius mortuo patre hæreditate,vel legitima non acceptata, ius habent imperfectum,& variabile, & conditionale,num.10.

Legitima licèt quodammodò dicatur quæsita ab hæreditate patris,vel filij,& ipso iure acquisita ad beneficium alterutrius, non ideò est acquisita suis creditoribus, nisi prius ab alterutro acceptetur,nu.11.

Si filius, vel pater antequam legitimam agnoscant,eam repudiant,nullum ius intelligitur eis fuisse quæsitum, nu.12.

Filius habet beneficium se abstinendi ab hæreditate patris licet sit suus hæres,nu.13.

Ampliatur etiam in creditorum præiudicium, num.14.

Quod secus est si id fieret per renuntiationem num.15.

Non obstare Castilli opinionem *traditur, num.16.*

Repudiatio facta à patre, vel filio fauore illius,cui fuerit facta est tuta conscientia coadiuuanda,num.17.& 18.

Si ea est infieri non est consulenda in præiudicium creditorum, ibidem.

Legitima non agnita à filio transmittitur ad eius creditores, dummodò filius adit hæreditatem patris num. 19.

Dispositio l.fin. C. de pactis *locum non habet deficiente renunciatione; & promissione,n.20.*

Cum paciscitur de hæreditate pertinente ad tertium,tunc tertij consensus requiritur,aliàs pactum non valet, num. 21.

Hæres,absque beneficio legis, & inuentarij ad æs alienum soluendum tenetur, n. 22.

Hæreditatis aditio animo consummatur, num.23.

Animus intrinsecè exprimi non potest, numero 24.

Ideò duo cupulatiuè requiruntur pro aditione,scilicet animus,& actus, nu.25.

Actus per quos præsumitur aditio, regulariter res hæreditaria possessio est, ibidem.

Et talis possessio in extraneo inducit aditionem,in suo immixtionem ibidem.

Limitatur quando fit citra ius, & nomen hæredis,n.26.

Actus qui fit à filio post mortem patris in dubio præsumitur factus causa magis vtili, num.27.

Hæreditas in dubio non censetur adita, numero 28. Et quare n.29.30.& 31.

Exprimitur tex.in l.sicut, C.de repud. vel abstin.hæred.*num.22.& 23.*

Con.

Confessio filij se matris hæredem esse in transactione incidenter facta, an sibi præiudicat quoad aliosnum. 23.

Protestatio nolentis esse hæredem an requiratur ante, vel post actum possessionis afferetur dictum Dom. Consil. Pauli Staibani obseruatione 86. num. 37. *Illudq; declaratur, num.* 34.

Negatiuè resolvitur explosa opinione contraria, num. 35. *&* 36.

OBSERVATIO.

REo necessario in iudicium vocato opus non est, per viam principalis petitionis instare, vt absoluatur ab impetitis per actorem, quia si actor non probauerit, Iudicis officio absoluetur, *tex.* est triuialis cum *glos. in l.* 4. *C. de edendo*, & licèt reus in exceptione per ipsum opposita aduersus principa-
1 lem actoris intentionem, appelletur actor, vt in *l.* 1. *ff. de exception.* non ideò, sequitur, quod ipse quoque teneatur, prout Actor principalis exceptionem suam per viã principalis petitionis opponere, sed satis erit si eam per replicationem obijciat, quia in excipiendo nõ est actor originaliter, sed ex post facto, vt declarat *gl. verbo multum, l. fin. C. de edēdo*; quod secus est in originali actore super cuius intentione principaliter totum conditur iudicium, secundariò verò super exceptionibus rei: & hoc regulariter est verum: limitatur in casu propositę formulæ, scilicet quãdo reus non est necessarius, & coactus, tũc quidem, quia præoccupat originarium locum actoris exceptionẽ suam per principalem petitionem exponere oportet: reliqua circa præuentionem, & præuenientem nonnulla supra in directorio diximus *Gradu Citationis*, & alia pernecessaria annotauimus in nostra additione *ad Cælimam de liquidatione instrumentum.*

Hęc quod ad ordinẽm formulæ; quò verò ad iura dicti præuenientis, non insulsum, nõn inutile iuuenibus forè mihi suadeo ad otium fugandum si infrascriptam meam allegatiunculam perlegerint, vtcumque ea sit, boni consulat.

Vt obiectis *V. I. D. Iosephi Morcone* mei Domini satisfacerem hæc pauca alia rudi exaraui calamo pro Camillo Gazzillo in causa, quã habet cum eodem Mag. Iosepho corã Domino meo *V. I. D. Francisco Antonio Andreasso* arbitrio electo.

Obijcitur primò generalem renunciationem filio non præiudicare in legitima, & hanc in tantum comprahendi in eã, in quantum fieret, viuente patre; etenim post illius mortem eiusdem dici legitimam ab hæreditate patris, & ideò in renunciatione prædicta non includi, *ex Merlin. opinione in tract. de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 26. *num.* 13. *vers. nõ obstat.*

Huius obiecti solutioni, vt adequatè respondeam, obseruandum puto, in iure regulam esse in contrarium, etenim
2 generalis renunciatio citra tertij præiudicium plures continet renuntiationes inter se in specie differẽtes ad *tex. in l si vnus.* §. *ante omnia, ff. de pactis l. tres fratres,* & *l. iuris gentium,* §. *& generaliter, ff. eod. Bartolin l.* 1. *ff. si quis in ius vocand. non ierit, Gratian. discept. forens. cap.* 53. *num.* 98. *lib.* 3. & ab huiusmodi conclusione non videtur recedere idem *Merlin. vbi supra n.* 12. est verum in filio, cum simpliciter; vel generaliter patris testamentum approbauit limitari, quia tali generali, vel simplici renunciatione, vel approbatione sibi non fit præiudiciũ in legitima, vel eius supplemento, nisi de eo, vel ea specificè, vel expresse mentio facta fuerit, vt
3 communiter *DD.* contrà allegati sentiũt ex generalitate *tex. in l. si quando,* §. *& generaliter, C. de inofficioso testamẽto* (quæ quidem lex si rectè inspiciatur in specie relicti à patre in testamento, & de eius acceptatione, & securitate facta hæredibus, non autem de generali renuntiatione, aut securitate apertè loqui videtur) sed quidquid sit de huiusmodi communi opinione ea tamen
4 suas habet limitationes, vt in mea antecedenti allegatione demonstratum est: adijcio nunc, quod quando generalis dispositio verificari non potest, nisi in vna re, tunc ea pro speciali, imò singulari

gulari habetur *arg. l. 2. ff. de liber. & posthum.* & in specie concludit *Soccin. iun. consil. 136. num. 17. Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 6. ff. de verbor. oblig. Bal. consil. 13. vol. 1. Iason. 283. num. 3. versu prima est*, & idem *consil. 414. nu. 6.* sic paria sunt aliquid exprimi in genere, quando illud genus non possit verificari, nisi in vna specie, etiam si expressio requireretur pro forma *l. 1. & 2.* vbi *DD. ff. de liber. & posthum. §. nominatim, instit. de ex hæredatione libe-*
5 *rorum*, & regula est communis, cum dispositio generalis non potest verificari, nisi in vna specie censetur esse specialis *l. si eros, ff. de optione legata, Bart. in l. Domino, ff. de leg. 1. Franc. Becc. latè consil. 34. n. 14.*

Vndè cum Ioannes Baptista Gazzillus non fuisset institutus hæres à filio nisi in vsufructu cuiusdam legati, hoc prius repudiato, deindè quodcumq; ad se spectabat super hæreditate filij refutasset ad beneficium dicti Camilli, talis vniuersalis refutatio non poterat in alio verificari, nisi in legitima, quapropter ex iuribus adductis proculdubiò expressè legitimam repudiatam esse dicendum est.

Hæc quidem conclusio magis confirmatur, attentis dictis verbis repudiationis valdè generalibus, quæ ex sui na-
6 tura legitimã comprehẽdũt, vltrà adducta in mea superiori allegatione, cõferunt etiam ea, quæ habentur ex argumento, *l. cum quid, ff. si certum petat. leg. interdum. ff. de verbor. obligat.* & ita sentit *Roland. cons. 98. num. 35. lib. 4.* quem idem *Merlin. vbi supra* ad limitationẽ regulæ adducit, *n. 19.*

Nec obstat eiusdem *Merlin.* opinio loco citato *sub nu. 13. versu non obstat*, scilicèt, quod *renunciatio generalis fa-*
7 *cta à filio non comprehendat legitimam, si fiat post mortem patris, eò quod sub nomine hæreditatis non contineatur legitima, quæ est portio bonorum, & non hæreditatis*, vt declarat ipse superiori *q. 9. num. 6.* quia vt *Merlini* dictum intelligatur, & saluetur, necessariò dicendũ est, conclusionem per ipsum *dict. q. 26.* firmatam, veram esse in terminis veræ renunciationis (licèt hoc, nec ipse, nec
8 quidam alij incauti *DD.* explicauerint, quoniam promiscuè terminis, & renunciationis, & repudiationis vsi sũt, quod aliquando euenit, quia propria non adhibeamus vocabula ad *tex. in l. si tibi, ff. si certum petat. cum concordantibus.*) veram igitur esse inquã in termino dictæ renunciationis, nõ autem repudiationis, vt est casus, de quo agitur, renũciatio enim, & repudiatio satis inter se
9 differunt; illa acceptationem supponit, hæc verò non, vt probat *Salgad. in laberynt. creditor. p. 2. cap. 14. num. 35. & 37.* Casus noster est in veris terminis repudiationis, in quibus pater mortuo filio, vel filius mortuo patre, non dum agni-
10 ta, nec acceptata hæreditate, vel legitima, ius habet imperfectum variabile, & resolubile, nec non conditionale, dummodò illam acceptauerit, itaut si sequatur repudiatio, prout secuta fuit immediatè post mortem Vincentij filij ius ipsum resoluatur, vt idem *Salgad. d. p. 2. cap. 16. num. 46. 47. 78. 79. & 80.* optimè tradit.

Ex quo fit, vt licèt quodammodò legitima euulsa, siuè separata ab hæreditate patris, & post eius mortem ipso iure dicatur acquisita ad beneficium filij, etiam ante acceptationem tacitam, vel
11 expressam, non ideò sequatur quod sit acquisita suis creditoribus antequam à filio acceptetur, quia ius legitimæ, vel ipsa legitima dicitur acquisita, sed impropriè quia reuocabilitèr potest acquiri, cum ab eius mera voluntate dependeat tradit *Ripa in l. fœmina nu. 51. C. de secund. nupt.* & propterea si filius, vel pater, priusquam legitimam agnoscat, & acceptet, eam repudiet, retrò intelligitur nullum ius sibi fuisse ab initio quæsitum, & perconsequens de hoc iure iudicatur, ac si esset ius quærendum,
12 & de futuro, vt pariter etiam disponitur de patris hæreditate, quę regularitèr non transmittitur ad filium, licèt ea dicatur quasi acquisita, sed est adeunda, vel repudiãda, vt est *tex. in l. si quis filium, §. 1.* vbi *DD. ff. de acq. hered.* vndè meritò ante acceptationẽ Pater, vel filius repudiare possunt legitimam, quia

filius

filius licèt suus, & necessarius hæres dicatur *l. in suis de liber. & posthum.* ta-
13 men à iure prætorio habet beneficium abstinendi, vt in §. *sui, vers. sed his. permittit Prætor instit. ut. de hæred. qual. & different. & l. necessarijs* 57. *ff. de acquir. hæred.* & hoc locum habet, etiam in præ-
14 iudicium creditorum, quibus fraus non fit, vt notat *Dom. meus Consil. hodiernus ad Surdum decis.* 140. *num.* 8. & pro hac affirmatiua stat communior *DD.* senten-tia, refert *Io: Franc. Andreol. controuers.* 208. *num.* 13. *lib.* 3. quod secus diceretur, si post agnitionem renuntiatio sequeretur, vt magistraliter explosis con-
15 trarijs opinionibus distinguit, & explicat idem *Salgad.* per communem, & probatam *DD. sententiam d. cap.* 16. *nu.* 25. & 34. & *num.* 77. & 78. cui, & cœteris *DD.* sic distinguétibus magis credendum est, quàm alijs indistinctè loquentibus probat *Caualcan. decis.* 15. *p.* 1.

His non obstat *Castilli opinio cōtrouers. tom.* 5. *cap.* 106. *num.* 36. quia loquitur in legitima acceptata à filio, siuè de grauamine in ea à patre imposito, quod
16 postquam filius illius possessionem ingrediatur ipso iure euanescit, nec creditoribus fiat præiudicium, vt demōstrat *Salgad. vbi supra num.* 16. & sic extra casum de quo agitur.

Inter hęc *P. Guazzini* ad defēsā ani-
17 mæ exhibetur opinio *lib.* 2. *defens.* 6. *c.* 49. *nu.* 30. per quam Mag. Aduersarius insinuat repudiationem factam à q. Io: Baptista non esse tuta cōscientia coadiuuandam. Ego patrem istum veneror, sed hoc dixisse nō facilè mihi suadendum est: credere tamen possum repudiationem, cum esset infieri non esse consulendam in præiudicium creditorum, prout etiam tenent *Molina de iust. & iur. tract.* 2. *disput.* 436. *in fine Sanchez. de matrim. lib.* 6. *cap.* 2. *sub num.* 9. *Franc. de Petr. cons.* 59. *num.* 13. exceptis tamen casibus relatis per *Nouar. in sua summa cap.* 19. *num.* 26. & *Fillince. tract.* 32. *cap.* 5. 9. & 3. *num.* 134.

At post factum si ea non esset attendenda Camilli causa, quam bonā fouet, proculdubiò lęderetur, quod tuta con-

scientia affirmari posse non puto, quia iniquum nimis esset ex facto alterius pręgrauari eum, qui nihil mali fecit ad *tex. in l. supra inter* §. *apud ferocem, ff. de*
18 *acq. pluuia arcend.* sed quidquid sit de hoc, munus meum non exposcit alterius progredi, dicam dumtaxat, licèt legitima fauore Fisci non comprąhendatur in repudiatione per *text. in l. in fraudem, ff. de iure Fisci* nihilominus in casu nostro hoc idem non procedere, tū quia aliud est in Fisco, aliud in priuato, vt dicit *Bart. in d. l. in fraudem in princ.* tùm etiam quia illud procedit in Fisco creditore ad bona delinquentis, vt latè ad partem disputat *Castill. lib.* 5. *controu. cap.* 112. *n.* 50.

Affertur iterum *Merlini conclusio in d. suo tract. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 9. *num.* 4. & 10. nempè quod legitima non agnita ad
19 creditores transmittatur, hæc tamen non obstat, quia limitatur in non adeūte, ex doctrina *Magon. decis. Floren.* 10. *n.* 15. adducta per eundem *Merlinum* ad limitationem dictę conclusionis *ibidem n.* 18.

Quibus sic distinctis opinionibus, ac contrarijs ex pūctis firma remanet cōclusio, vt legitima dicti Ioannis Baptistæ debita super bonis dicti Vincentij per dicta verba generalia in repudiatione comprąhendatur, eaq; in præiudicium creditorum legitimè repudiari potuisset.

Obijcitur secundò, & tertiò dictum Camillum vti hæredē quondam Hieronimæ Agrippæ debitorem esse, tàm quōdam Isabellæ, quàm Octauio Gazzillo in ratis ad eos spectantibus super dotibus dictæ quondam Hieronymæ communis matris, & quod attinet ad
20 ratā dictæ Isabellæ *tex. in l. fin.* 30. *C. de pactis*, non puto prædictis applicabilē, tū enim renunciatio dictæ Isabellæ deest, tū quia ab ipsa non fuit promissa, vt legitur *fol.* 90. *d. proc. creditorum Gazzilli*, & consensus taciti, qui supponitur dictę Hieronymæ nulla est habenda ratio, & quia Hieronyma non interfuit in dictis capitulis, & etiam quia quando interfuisset, consensus tacitus Hieronymæ non est, in quo fun-
detur

detur,etenim cum paciscitur de hæreditate, vel eius portione pertinente ad tertium certum, consensus dicti tertij,
21 (vt foret illæ dictæ Isabellæ necessariò requireretur, alias pacti nō valeret explicat *Bartol.in d.l.fin.circa medium*,sed dato,& non concesso, quod vtraq; rata ad dictos filios spectaret, eo casu dotes dictæ Hieronymæ soluendo non esse nepti suę creditrici demonstratur. Producitur enim instrumentum capitulorū de anno 1654.in quo dictam Hieronymam apparet esset debitricem cum cōsensu,& insolidum obligatione dicti sui viri PhilippoMilone in ducatis 250.ab ipsa promissis Catarinæ suæ filiæ post cuius,& dicti Philippi coniugum mortem, Laura Milone fuit declarata hęres dictę suæ matris,cui adhuc non est satisfactum; in iure indubitatum est legitimam deberi deducto ære alieno,vulgatis iuribus, Igitur si dotes Hieronymæ non ascendunt ad summam dicti debiti ergò.

Superest tandem, vt alio Camillus liberetur discrimine à quo pars putat non euasurum; supponit supradictum Camillum hæredem esse patris, absque
22 inuentario. Ideoque teneri ad totam æris alieni solutionem per *tex.in l.fin. §. & si præfatam,C. de iure deliber.* probat suppositum ex retentione paternæ domus, subdens, nec illi prodesse eam possedisse citrà ius, & nomen hæredis, & postea repudiasse, quia repudiatio secuta post biennium nihil efficit,vt nomen hæredis euitet ad *tex.in l.sicut,C.de repudianda,vel abstinenda hæredit.* cuius verba trāscripta sunt huiusmodi, *sicut maior viginti quinque annis antequam adeat delatam repudiās successionem post quærere non potest: ità quæsitam renunciando nihil agit*. Igitur tota vis huius hypothesis ab actu dictę possessionis dependet. Ideò per iuris regulas est videndum an indistinctè talis actus immixtionem, aut aditionem inducat.

In facto duo non negantur. Primum est,quod partē domus paternę (vtpotè ea commodam patiatur diuisionem,vt constat ex actis) Camillus possedisset secundum,quod dicta Hieronyma mater pro dotibus creditrix fuisset, & est super eadē domo, & eiusdem heres sit. dictus Camillus, vt ex fide præamboli
23 *fol.264. d.proc.cred.Gazzilli*. His positis expeditum est in iure aditionem suaptè natura animo consummari,vulgata *l.Paulus respondit, ff rem ratā haberi,& §.vlt. instit.de hæred. qualit. & differ.l.si quis extraneus,§.1.ff.de acquir. hæred.* Animum verò à priori exprimi
24 non posse constat,nisi verbis, vel facto ad extra producatur, adnotata in *l.reprahendenda*,ibi *glos. verbo comprobasti C.de institut.& substit.& l. pro hærede, ff.de acquir. hæred.* & ex hoc credo ductum fuisse *Marcum Mantuam. in suis problematibus problemate* 298.ad cōcludendū in aditione hęreditatis duo copulatiuè requiri, scilicèt animū, & actū
25 & inter actus ex quibus præsumi possit aditio, regulariter rei possessio est hęreditarię, vt latè tradit *Marta in summa totius successionis legalis p. 4. q. 14. artic. 2.num. 35.* quę sicut in extraneo herede inducit aditionem in suo inducit immixtionem, *l.cum bonis te patris*, ibi *Bartol.in summa,ff.de acquir. hæred.* & licet regula vera sit, quod per talem actū induci videatur aditio, vel immixtio,ea tamen locū habet, quando actus prędictus fieri non potest citrà ius, & nomen hęredis, vt apertè aperit *tex.in d.l.gerit,& d.l.pro hærede*, & ità sentiūt *DD. per Menochium congestis in tract. de præsumpt.lib.4.præsumpt.201.nu.2.* Igitur cum creditum dotale dictę Hieronymę ab beneficium Camilli à principio intercessisset, numquam ex dicto actu possessiuo pręsumenda est immixtio in patris hęreditatem, vt latè declarat in terminis huius quęstionis *Marta vbi supra sub num.37.& 38.*

Sed dato, & non concesso Camillū patris hęreditatem non repudiasse,nec quidem hoc casu hęreditario nomine possedisse pręsumendum est. Probatur primò, quia cum esset creditor super eadem domo actus possessionis altero de duobus modis licitè fieri poterat, atque adeò dubius reddebatur, ex quo regula pro Camillo proficiscitur,vt in dubio

27 dubio talis actus fieri præsumeretur causa magis vtili per *tex.* antecedenter adductũ *in l.semper, ff.de reg. iuris*, aut standũ esset declarationi ipsiusmet filij possidentis secundum *DD.* relatos per eundem *Menoch.vbi supra num.* 35. & 36. Secundò, quia in dubio regulariter hæreditas non censetur adita, ete-
28 nim coniecturæ aditæ hæreditatis accipiuntur cum difficultate secundũ *cõsulentes*, & si alia capi potest, est accipienda *Signorol.in consil.165.n.4. Bald. cons.224.vol.2.Roman. consil.154. nu.2.* quem secutus est *Mantic.de coniect.vlt. volunt.lib.12.tit.9.num.3.* Tertiò, quia aditio hæreditatis infert hæredi graue
29 præiudicium, cum per aditionem quasi contrahat cum creditoribus per *tex. in l.filio pater,ff.de legat.1.l.si in testamento in fine,ff.si quis omissa causa test.* Ideò si quis faciat actum habentem respectum ad hæreditatem,& ad seipsum
30 in dubio censetur fecisse nomine proprio, non autẽ hæreditario, firmat *Marta vbi supra num.12.per tex.in l.& magis,ff.de solution.* Quartò, quia ex actibus indifferentibus, neque necessario, neque verisimiliter infertur aditio, vt tenet *Bald.in l.potuit num.21.C.de iure deliberandi* & denique *DD.* qui in proprijs terminis præsentis casus loquuti sunt, scilicet filius possidendo domum, vel agrum paternum, an præsumatur se in patris hæreditatem immiscuisse, pro
31 filio vno ore illa communi,& probata distinctione resoluunt, nempè quod nõ intelligatur se immiscuisse, si cõtemplatione dotis maternæ possideat *Mantic. de coniect.d.lib.12.tit.10.num.16.& 17. & 18.& seqq.Marta d.q.14. à num.2.d. num.37.& seqq.*

Respondeo nunc ad *tex. in d. l.sicut* cuius dispositionem inquam ex iuribus allegatis locum non habere in præsenti casu, quia licèt *tex.* dicat ibi; *Ità quæsitam renunciando nihil agit*, intelligi
32 debet de quæsita hæreditario nomine, non autem circà ius,& nomen hæredis, aliter esset contra *tex.in l.pro hærede, ff. de acquir. hæred.* ibi *si quid non quasi hæres agit, sed quasi alio iure dominus*, quod dici non debet cum in iure nil contrarium *l.vlt.§.contrarium, C.de vetere iure enucleando*, & legum correctio est euitanda *cap. cum expediat de elect.in 6.*

Nec refragatur resolutio *Domini Cõsiliarij Staibani iunioris* 86. in causa Francisci Magliulo cum illis de Corrado, vbi principaliter disceptatur, an cõfessio filij, qui prius à matris hęreditate se abstinuerat, incidenter facta in transactione, sibi quod ad alios preiudicet? ibi enim,& *resolut.26. num.16.* conclu-
33 dit, quod talis confessio, quando ex processu constat confitentem esse hæredem, præiudicat etiam respectu omniũ alias in dubio statur confessioni confitentis,& quando non constat esse hęredem, neque quoad interrogantem prę-iudicat, cui adijcio *Tiraquell. in tract. inter alios acta, vers. postremo, fol. mihi 12.*& sic citatę resolutiones non sunt in terminis prefati casus.

Occurrit preterea *obseruatio 86.eiusdem Dom. Staibani ibi num.17.* obiter loquentis de protestatione facta ꝑ possessorem bonorum hęreditariorum, & quod ea antè, vel post aditionẽ imme-
34 diatè fieri debet *ex cons. Roman. 247. n.6.& Io. Dilect. Durant. Gualdens.de arte testandi tit.11.cautela 5. de acquir. vel repud.hæred.* dicta quorũ nullo modò repugnant, quia in *consilio Rom.* habetur, quod apprehendenti hęreditatẽ, quam postea protestatus fuit, possidere velle tit. fideicommissi, talis protestatio prodesse non poterat, quia ex causa fideicommissi possidere nõ valebat, etenim illud à manu heredis accipere debuerat,& sic alio titulo possidere non poterat, nisi titulo hęreditario secus in casu nostro, vbi Camillus rem hereditariam vacuam, alio quam titulo hęreditario apprehendere poterat, nullo iure resistente, vt suum ius conseruaret, *glos.in l.fin.verbo per ignorantiam, Cod. vnde vi Alexand. in l. 1. Cod. de repud. hæred.*

Nec defectus cautelę traditæ per *d.*
35 *Dilectum loco citato* operatur, vt filius possidens pro credito rem patris hæreditariam eius sit habẽdus heresquia quando loquimur in his, quę in solo ani-

animo consistunt, vt est aditio hæreditatis, quę solo animo fieri potest *§.fin. instit. de hered.qualit.& differ.* tūc magis inspicitur opinio possidentis, scribit *Vlpianus in l.15.qui putat, ff. de acquir. hered.* secus est, quando sumus in his, quę consistunt in facto, tunc magis attenditur veritas, quàm opinio secundū intellectum, *§.si quis rem instit. de legat.* & ideò non exprimere, quod tacitè inhęret nihil operatur *Reg. de Ponte de potest.Pror.tit.8.§.5 nu.3.* & licèt ad effugiendas quęstiones protestationis cautela sit inuenta, non est per hoc dicendum, eā necessariò requiri, ad hoc
36 vt quis cum citra ius, & nomen hęredis possideat, hęres nō videatur, superflua enim non nocent *l. in testamentis, C.de testam.*

Affertur per *Dilectum* vbi supra *textus in l.pro hærede, §.Papinianus, ff. de acquir. hæred.* in quo licèt Iurisconsultus pro hærede se gessisse, ait, filium institutum, qui postquam se abstinuerit, hęreditariam acceperit pecuniam, con-
37 cludit tamen in fine *d.§.* id locum non habere cum citra ius, & hæredis nomē id agi poterit, ibi *itaque tūc pro hærede geri dicendū esse ait, quoties accipit, quod citra nomen, & ius hæredis accipere non poterat*, ex quo orta est regula illa magistralis, quę circumfertur, quod tàm antè, quàm post abstentionem aditio non inducatur, ex actu, qui fieri potest citra ius, & nomen hęredis, de quo nullus est doctor, qui dubitet testatur *Montanus controuersia cap.37.sub nu.5. circa finem.*

Nec postremò dicere vim facit partē Domus Camillū retinere nō potuisse, nisi auditis creditoribus, prout fuisset seruandum si de adiudicatione tractandum fuisset, quia aliud est cum agi-
38 tur de adiudicatione, aliud verò de retentione pro sui iuris conseruatione, vt supra dictum est.

Illud autem quod dicitur de eo, qui partē fundi possidet, totū possidere videatur per *l. 3. ff. de acq.possess.* allegatā p *Cuman.penes Surd.decis.295.n.18.* non
39 esse applicabile existimo, quia ibi penes *Surdum* de vnica re empta, & eius pretio agebatur, licèt super parte ipsius lis fuisset mota; hic verò de retentione partis domus, & non totius, hoc facto, & iure probatur: ex facto constat domum dicti Ioannis Bapt. cōmodam pati diuisionem, & duo habere separata appartamenta cum magno interuallo inter ea, vnum quorum semper iure crediti possedisse dictum Camillū conceditur, alterum verò vacuum extitisse; ad naturalem, siuè corporalem possessionem duo necessaria de iure requiri supra demonstrauimus, animum scilicèt, & retentionem, vt in *d.l.3.* vbi *gloss.& DD. omnes*, animum ostendi non posse, nisi p extrinsecum actū, iā probatū est, igitur quādo vnius ex dictis appartamentis possessionem constat habuisse Camillum, dici non posse totam domum diuisibilem, aut in se diuisam possedisse, hæc sub censura Dom. Arbitri exaraui pro meo Clyente; quæstio adhuc sub Arbitre est *Gregorius Motilus.*

Hìc prædictorum opportunitate locus esse videtur significare, quādò qualitas hæreditaria sit præsumēda in persona filij: notabis propterea, quod si quis probauerit Titium filium possidere fundum paternum, non est ideò præsumendum, eum esse hæredem patris, tū quia bona paterna diuersis titulis possideri possunt, tùm etiam quia filius, vt diximus habet beneficium se abstinendi à patris hæreditate, vt in *§. sui institution. de hæredum qualitate, & differētia*, & licèt dicatur, filium ergò hæredē, secundum *Diuum Paulum Apostolum*, tamen non est semper verum, quia non est de substantia filiationis, vt filius succedat patri, imò pluribus quoque modis hoc ius succedendi tolli potest, vt p ex hæredationem, &c. & nihilominus non desinit esse filius *Raphael.Cumanus consil.99.col.2.in fine* & illa præsumptio naturalis, vt si filius intelligatur esse hæres procedit in agendo, nisi contrarium probetur *l.in suis de liber. & posthum.* & sic *dictus Apostolus* argumentatur ad commodum filij, non autem ad sui præiudicium, vt sentit *Angelus de Perigl.in d.l.in suis n.42.* si autem conueni-

uenitur, huiusmodi præsumptio non est à iure recepta loco probationis, *l. nā nec emancipatus, ff. de leg. 1.* & ratio est, quia vtpotè filius habeat beneficium se abstinendi, ideò, nisi se immiscuerit in patris hæreditate, hæres esse nō præsumitur, vt habetur in *l. filius, qui patri, ff. de vulg. & pupill. subst.* at si de feudi paterni possessione agatur, tunc secus est quia feudum siuè sit hæreditarium, siuè ex pacto, & prouidentia, non potest alio titulo retineri per filium, nisi hæreditario, & id magis est verum, cum filius paternum feudum possidens conueniretur, tanquam hæres, & taceret, *Afflict.* post *Baldum in cap. 1. An agnatus, vel filius n.* 40. hæc memoria complectere, quia sępè de his agitur.

FORMVLA PETITIONIS, vt debitor condemnetur ad soluendum vigore obligationis.

IN M. C. V. comparet Hector Morellus dicens consequi debere à Laurentio Papale ducatos tercentum vigore obligationis captę penes acta dictæ M.C. triginta iàm annis elapsis, quapropter petit eum condemnari ad sibi illos soluendum vna cum eorum interesse, damnis, & expensis: isto, & omni alio meliori modo, &c.

SVMMARIVM.

Obligatio penes acta instrumento quarantigiato æquiparatur, n. 1.

Differt quoad modum faciendæ executionis nu. 2.

Obligatio penes acta, lapso decennio incusari potest praua citatione ad dicendum causam quarè, n. 3.

Debitor citatus post decennium ad dicendū causam quarè non debet incusari obligatio, potest absque deposito, aut non constitutus in vinculis opponere exceptionem peremptoriam, d. n. 3. 4. & 6.

Et in eum non comparentem incusatur obligatio, quod etiam procedit contra hæredes debitoris, n. 5.

Instrumentū liquidū post lapsū viginti annorū, licèt non possit liquidari, non tamē perdit viam executiuam, sed triginta annorum spatio ea præscribitur, nu. 7.

Via executiua obligationis penes acta, vsq; ad trigesimum annum perdurat, & interim potest ea incusari deiecta opinione Thori voto 81. n. 9. *ibidem, & n.* 8.

An in obligatione penes acta vltra summā ducatorum 50. requiratur testium subscriptio, an verò eorum præsentia tantū? pro affirmatiua, & negatiua afferuntur opiniones dict. n. 9. 10. & 11. prolatis in medio verbis Pragmaticæ, num. 12.

Regens Capycius Latro *negatiuæ sententia sectator reprehendens* DD. *affirmatiuam tenentes excusatur, n. 13.*

Auctor *circa verba Pragmaticæ discrepat à* Dom. D. Carolo Petra, *n. 14.*

Affertur conciliatio Dom. de Luca, *nu. 15. sed ea reprobatur, n. 16.*

Affirmatiuam sententiam defendit Auctor, *& pluribus eam probat iuribus reiecta* Reg. Capycij Latri opinione, *an 18. & 19. vsque ad n. 25.*

Adducuntur alij DD. *pro parte affirmatiua, n. 26. & 27.*

Adducitur iterum Dom. de Luca *immeritò reprehendens* Scacciam, & Muscatellum, *qui ab Auctore defenduntur, num. 28 29. & 30.*

Quarè hodie subscriptio seruatur, nu 32.

Actuarij, vbique possunt obligationes capere, & mandatum iudicis præsumuntur habere, num. 33.

Obligatio penes acta, an quamuis sit nulla, possit creditor per eam alio modo procedere ad creditum consequendum. n. 34.

OBSERVATIO.

DE obligatione penes acta in hac formula sermonem habemus, quarè plura obiter tangemus, sed vnū ruminabimus.

Obligatio liquida, quam penes acta, appellamus, quod ad executionem paratam de iure Regni instrumento quarantigiato æquiparatur, probatur *Pragmatica 63. de offic. Procur. Cæsar. §. 2. & 6.* & de iure communi idem habetur per tex. *in l. cum pro quo, ff. de in ius vocan-*

do,& licèt equiparatorum idem sit iu-
diciũ, vt post alios tradit *Tuscus lit E.*
*conclus.*108.*num.*1. differt tamen, quod
2 ad modum faciende executionis, nàm
instrumentũ liquidum, viginti transa-
ctis annis à die natiuitatis actionis in
eo contente, non potest via ritus pre-
sentari, canit *Ritus* 167. ibi *Caran.n.*23.
obligatio autem liquida elapso decen-
nio,& si illicò incusari non possit, nihi-
lominus, *praua citatione* peracta de-
bitori *ad dicendum causam quare incu-*
sari nõ debet incusationem obtinet, dũ-
3 modò reus citatus comparẽdo, satisfa-
ctionem, aut aliam peremptoriam ex-
ceptionem non opponat, quia si oppo-
nat, impedit, si probat, absoluetur; ceù
cunctos Praxis antiqua nõ latet, de qua
Caranita super ritu 128. *nu.*3. *versu se-*
cundus casus est, hodie viget, vt memo-
rat *Reg. Sanfelyc. in sua praxi sect.* 38.
4 *sub num.* 23. *Carleual. de iudicijs lib.* 1.
*tit.*3. *disp.* 4. *num.* 13. & 14. *de Indice*
*Roberto de liquid.instrum.consider.*2.*n* 4
& id sibi etiam locum vindicat contra
heredis debitoris, vt post *Bernard.Pã-*
dum de præsent.instrum. declaratione 4.
*par.*2. sequitur *Dom. Reg.Sanfelic.decis.*
5 215.*num.*11.*to.*2. & *Consil.Roetus lib.*1.
*resp.*21.*n.*5. est verum quod si heres de-
bitoris citatus non compareat, obno-
xius fiet pœnæ, que solui solet pro in-
cusatione, si verò compareat secus, vt
probat *Galterius de praxi instrument.*
in fer. secunda partis principalis in ru-
brica vnica incip. aduert. insuper ad de-
*bitorem, num.*35. versu *sed ergò.*

Attende hic, quod idem *Caranita in*
6 *d.ritu aduertit*, si reus compareat, &
opponat aliquam exceptionem, non te-
neri in vinculis se constitui, vèl deposi-
tum facere, hoc enim temporis spatium
producit effectus, caue igitur à *Thoro in*
suis votis decisiuis voto 81. *nu.*9. *prima*
7 *partis* dicente elapso decennio proce-
di debere via ordinaria deceptum fuis-
se credo *à ritu prædicto* 167. non con-
siderato discrimine inter obligationẽ,
& instrumentum, & quidem licèt *d.rit.*
dicat post lapsum 20. annorum interro-
gationem fieri non posse circa instru-
menti liquidationem, sed via ordinaria
procedi debere, contrarium tamen est
de iure probatum, atque S. C. edicto
decisum, quia post 20. annos circum-
scripta liquidatione instrumenti, potest
agi pacto executiuo, quod nõ prescri-
bitur, nisi 30. annorum spatio, iuxtà pũ-
ctualem *decisionem d.S.C.* penes *Reg.Ca-*
8 *pycium Latro* 58 *num.*14. & 15. ità etiam
actio executiua obligationis penes acta
prescriptionem non patitur, nisi 30. an-
norum lapsu probat *Dom.Consil.Carle-*
*ual.dict.tract.de iudic.tom.*2.*lib.*1. *tit.*3.
*disp.*4. *nu.*13. quem, & alios id affirmã-
tes sequitur *Dom.meus D.Carolus Petra*
ad præsens Iudex M.C.V. Supremi Sena-
tus fastigio dignus super ritu dicta M.C.
128.*n.*21.

Hic satis collimat questio, vtrum in
obligationibus capiendis per actuarios
9 vltra summam duc. quinquaginta re-
quiratur testium subscriptio, obligan-
dum cognoscere asserentium?

Ego verum fateor hucusque non in-
uenisse, nec reperisse, qui in hoc praxis
articulo meę crassę satisfaceret, mine-
ùe; plures nactus dum scribentes, qui rei
vix corticem tangunt, & precipuè *Rev.*
10 *D.Carolum Antonium de Luca Melphi-*
tense in obseruatione ad D.Vinc.de Frã-
*this decis.*262.*num.*3. qui licèt pro par-
te affirmatiua sequentes *DD.* adduxis-
set nempè:

*Nouarium in Pragm.*15. *de actuarijs*
(sed dici debet *Pragmat.* 16. ibi num.2.
& 3.)

*Capiblancum de Baronibus pragm.*1.*n.*346.

*Tasson.de Antiphato, vers.*9. *obser.*5.
*num.*35.

*Gaitum de credito cap.*3. *tit.*2. *n.*720.

D.Petram in d.ritu 128 mihi *n.*8.

Thorum verbo *obligatio p.*3. *sect.* 2.
(sed melius dixisset *in Codice rerum*
iudic.casu 60.*num.*173.

Et pro negatiua *Dom. Reg.Capycium*
*Latro decis.*138.*num.*35. ibi *Reg. Roui-*
11 *tum* inuocantem pro sua opinione *su-*
per Pragmat. 36. (vbi 38. dici debet)
de offic.Magistr. Iustitiary, & vtriusque
partis opiniones cõciliare conatus fuis-
set nihilominus an sua conciliatio ra-
tionabilis sit, inferius demonstrabi-
tur.

Tru-

Trutinabo interim verba *Pragmatica*,
quę est *decima quinta* in ordine in
meo 1. *vol. pragmat. sub tit. de Actuarijs*,
nescio si in alijs aliter, quam in mea di-
ctat hęc formalia verba.
12 *L'obliganze, & pleggiarie, che si pi-
gliaranno, tanto per li Mastrodatti del
S.R.C. R.C. della Summaria, o la G.C.
della Vicaria, come per qualsiuoglia al-
tro di qualunque Tribunale, Vffitio, e luo-
go del presente Regno, debbia la persona,
che si obligarà, ò pleggiarà sottoscriuersi
di propria mano sua nelle cautele dell'ob-
liganza, ò pleggiaria, che farà in presen-
za almeno di due testimonij, che asserisca-
no di conoscerlo, e dichiarano la qualità
di esso, e non sapendo scriuere, debbia il
Mastrodatti, che pigliarà l'obliganza, ò
pleggiaria sottoscriuersi per esso obliga-
to, & asserisca conoscerlo, altrimente nō
si possono pigliare detto obliganze, ò pleg-
giarie dalli detti Mastrodatti, e ciasche-
duno d'essi in modo alcuno, sotto pena alli
contrauenienti per ciascheduna volta di
duc. mille, d'applicarsi al Regio Fisco, ol-
tre l'obligo di pagare quello, che impor-
tarà detta obliganza, ò pleggiaria, al che
ordinamo, che stia obligato principalmen-
te il predetto Mastrodatti, poiche non
pigliandosi le dette obliganze, ò pleggia-
rie nella forma predetta saranno nulle,
e di nessun vigore, ne saria giusto, che gl'
interessati sentissero danno per frande,
ò difetto del Mastrodatti.* Hæc illa,
olim huius Regni Prorege *D. Francisco
de Castro emanata.*

Ex huiusmodi verbis clarè constat
subscriptionem testium in ea non con-
tineri: ex hoc factū esse puto, vt dictus
Dom. Reg. Capyc. Latro vbi supra nu. 34.
supracitatos reprobasset Auctores, sed
13 dixisse, eos in praxi errasse (quod pace
sua non sentio) cum tamen excusatione
dignum arbitror vti fretum, tàm verbis
dictæ pragmaticæ, quàm fortè veteri
corruptelæ; *Reg. Rouitus*, quem ibi in-
uocat, hanc questionem non subit; in-
quit enim *Actuarios cognoscere teneri
contrahentes ex relatione duorum testiū
referens se ad d. Pragmaticam* 15. & sic
de hodierna praxi nil dicit.

Contrà verò affirmare non possum
id quod *dictus Dom. meus D. Carolus
Petra circa d. pragmat.* asserit in *d. ritu*
128. *nu.* 8. vbi sic inquit *Sanctione Sā-
ciuit ne obligationes, & fideiussiones qua-
14 cumque caperentur ab actuarijs, nisi ad-
hibitis duobus testibus illam subscriben-
tibus* ly verbum *subscribentibus* in san-
ctione non lego, vtique si vt ipse inquit
dictasset, futilis esset meus sermo, nec
dict. Dom. Capyc. Latro iratus esset con-
tra præfatos Auctores affirmatiuam te-
nentes, quare remanet quæstio supra
excitata exsoluenda.

Igitur hinc sex habemus virorum
auctoritates non modicæ farinæ sub-
scriptionem testium requiri asserentiū.
Hinc *dictum Dom. Reg. Capyc. Latro* ex
Dyametro id negantem in *d. dec. n.* 34.
& 35. videamus modò si vtrique par-
ti conciliatio *dicti Reuer. D. Caroli* sa-
tisfaciat: inquit enim, *vt prima proce-
15 dat ad finem, vt non possit incusari obli-
gatio penes acta carens subscriptione te-
stium, quia incusatio fit sine partis cita-
tione, secus si possit citari pars ad dicen-
dum causam quare non debet incusari,
quādo sunt annotati testes per Actuariū,
& præsertim adest obligatorum subscrip-
tio*, hæc ille: igitur secundum eum, si
absque partis citatione fit incusatio,
requiritur testium subscriptio, si verò
citatur pars: sufficit annotatio testium
facta per Actuarium.

Ego contra subnecto dilemma, aut
subscriptio testium in obligationibus
penes acta est de forma essentiali qua-
litatem præstante, aut non, si est de tali
forma, tunc illorum subscriptionem,
16 tàm quando incusatur obligatio absq;
partis citatione, quam cum citatur pars
ad dicendum causam quare semper re-
quiri dicendum est, quia si talis forma
deficeret in altero dictorum casuum,
actus corrueret, per ea quę tradit *Fely-
nus in cap. cum dilecta, versu gesta cum
forma de rescriptis*, & facit *tex. in c. Ex
litteris, ibi glos. verbo denuncians irri-
tum extra de offic. delegat. & tex. in l. pro-
hibitum est, C. de iure Fisci lib.* 10. nec
ratio disparitatis adduci potest, quia in
vtroque casu de incusanda obligatio-
ne agitur.

Aut

Aut non est de huiusmodi forma, & tunc nec etiam requiritur quando pars citari non debet.

17 Quomodò ergò conciliata possit dici dicta quæstio, ego non cerno: imò magis eam inuolutam prospicio, ecce modò *LACVM*! recurramus aliò.

Quod in hoc ipse omniũ minimus affirmare possim propriæ experientiæ duce, est quod subscriptio testium ob-
18 ligatum cognoscere asserentiũ, de forma essentiali requiratur, & licet sanctio de præsentia tãtùm loquatur eamq; videatur pro forma inducere, attamen pluribus probo præsentiam istam verificari posse melius testium subscriptione, quam eorum præsentia.

Primò, quia si Actuarius in capiendis obligationibus asserat cognoscere obligatum ob præsentiam testium id affirmatiuũ voce, & pro obligato scri-
19 bere nesciente se subscribat, si deindè obtingat, vt ante obligationis incusationem moriantur testes, qui voce testificati sunt cognoscere obligatũ, aut copia eorum haberi non possit, & obligatus præueniendo, vel in vinculis constitutus, aut facto deposito, aut præstando cautionem, opponat se non esse illũ, qui obligatus apparet: quomodò contrariũ pro parte creditoris, aut Actuarij id verificari poterit? si dicatur Actuario asserenti, aut testificanti sit credendum: replico, quod eius attestatio, aut fides non valet, quia agitur de suo interesse, & damno euitando ad quod in consequentiam teneretur, prout mandat *Pragmatica prædicta*, & sic necessitate, vel sui interesse ratione cogitur sic testificari pro creditore; in iure cer-
20 tum est testibus cum iuramento deponentibus in causa, vbi interesse habent, aut pro se exonerandis, fides præstari prohibetur, vt apertè cantat *textus in l. nullus, ff. de testibus, & l. omnibus* vtrobique communiter *DD. omnes cap. eodẽ Vinius in commun. opin. verbo testi depo. nenti pro sua exoneratione, Rota coram Cæsare, & Crassis decis. 72. num. 9.* quantò magis Actuario, vel Notario sic asserenti, aut testificanti non erit credendum? igitur in isto casu sola præsentia
21 illorum non sufficit, sed ipsorum subscriptionem, in qua eorum præsentia includitur, necessario requiri dicẽdum est.

Secundò, virtualiter subscriptionem
22 prædictam includi in *Pragmatica*, firmando puto, ducor ex illis in *Pragmat. 16. eod. tit. Perche tutto questo si è fatto à fin d'euitare l'ingãni, e suppositioni delle persone*. Igitur quę maior cautela excogitanda est, quam testium subscriptio?

Tertiò, quia mens statuentis non fuit excludere subscriptionem testium, quæ ad maiorem obligationis validitatem tendebat, sed eam principaliter supposuit, ne releuando creditorẽ, aut in fringẽdo probationes grauaret actuarium: probo suppositum verbis illis *Prag. 15.*
23 *in presenza almeno di due testimonij, asserischano di conoscere, &c. & dichiarino la qualità di esso*, non dixit quomodò esset faciẽda talis assertio, & declaratio voce ne, an in scriptis! & in dubio in scriptis interpetranda est, ne absurdum, vel fraus nasceretur, & quod
24 sit verum inoleta praxis docuit, & ego pluries obseruaui, & de tali praxi vltra *DD.* supracitatos hoc affirmantes adduco etiam *Nouarium* apertè loquentem in suis *quæst. forens. q. 44. p. 1. num. 1.* vbi testatur talem subscriptionem practicari in toto Regno, & mihi sat est explosa opinione *dicti Dom. Reg. Capicij Latro* oculis meis id practicari vi-
25 disse, & praxi credendum est, quia ea intellectrix vera est legis, & mentis leges condentis, tradidere *Bald. in cap. 1. in princ. de feud. sine culpa non amitt. & Decius consil. 131.*

Post hęc nimis gauisus sum reperisse *Ioannem Paulum Gulterium in pra-*
26 *ctica instrumentaria p. 1. rubr. in publicà forma sumptum num. 37.* ibi sic dicentem. *Antiquitùs obligationes concipiebantur per Actuarios, licèt sine testibus, & concepta valebant, quia fiebant Iudice præsente, vel mandante, & de eius mãdato constare debebat, si sine testibus conciperentur* hęc ille.

Post eum alij antiquiores *DD.* mihi occurrerunt idem verum affirmantes,

&

& ex eis *Afflictus in constitut. Regni incip. Magistri Cameraríj sub n.13. & 14.* tempore quo nondum edita erat *dicta Pragmat.* vbi tradens formam obligationis capiendæ, corruptelam illius tẽporis his indicat verbis. *Recipit tamẽ*
27 *authoritatem publicæ scriptura facta in actis per Notarium Actorum, quando scriptura scripta per eum sine testibus facta est in præsentia Iudicis*, vt per *Bal. in l. interrogatã, C. de liber. caus.* & alios, quos allegando sequitur, *& ideò dicebat Lucas de Penna in l. instar obtinere la 2. C. de iure Fisci lib. 10. in 2. col. quod id dicitur apud acta fieri, quod apud Iudicem fit* per iura ibi allata, subdens, quod *consuetudo in contrarium est corruptela, & ideò semel exclamaui in S. C. in quadã fideiussione recepta per duos fideiussores vnius carcerati absente Iudice, & sine testibus, quod negantibus fideiussoribus ipsius non se fideiussisse, quia illam non recepit cum testibus, & Iudice ad contractus, & sic nõ est scriptura publica, nec est penes acta*, & ideò inferius concludebat, *corruptelam fuisse, quæ tũc in M. C. seruabatur*, & hoc idem ipse memorat *decis. 135. n. 5.* quem postea secutus fuit *Rober. Maranta in sua praxi p. 6. tit. de Actorum editione actu 10. num. 19. non valere* asserens *obligationẽ receptam penes acta, nisi recepta sit corã Iudice, vel Iudice mandante.*

Secutus est *Afflictũ. Præs. de Frãchis decis.* 118. *nu.* 10. de eadem antiqua obseruantia testificans.

Visi postremò *eundem Dom. meum Ren. de Luca super d. decis.* 118. ibi *nu.* 4. eum reperi manu ad cintulam, quoniã repetendo verba *Afflicti in d. const.* & cumulando *Marantam vbi supra, & Vr-*
28 *sillum, Borrellum, & de Marinis* terminat explodendo, Deus bone, virum illum laboriosum, & eximium *Sygismundũ Scaccia in tit. de iudicijs c. 62. nu. 5.* nulla contra tantum virum causa, & ratione adducta. Vndè debitum charitatis officium non omittam, ne veritas, quam potissimum amo lędatur, exurgat ergò *Scaccia*, qui adhuc viuit in tractatibus suis; audiamus eũ, *Secundò quæro* (inquit ipse ibi *d. n. 5.*) *quando obligatio dicatur penes acta? respondeo quoties est scripta ab Actuario de mandato Iudicis: vndè præsentia ipsius non est necessaria, sicut minus est necessaria præsentia eius, ad cuius fauorem recipitur Affl. d. decis. 135. num. 5. Maranta in suo speculo p. 6. act. 10. num. 19. & 20. hac ille*, igitur si *Dom. de*
29 *Luca* admittit *Afflictum, & Marantam*, cur explodit *Scacciam* sequentem eos? benè locutus est *Scaccia* dicens obligationem dici verè penes acta conceptã, quando aut præsentia Iudicis, aut eius mandato recepta fuerit ab Actuario, vt omnes *DD.* præcitati communiter tradunt locis assignatis. Nec minus indecens est, quam curiosum, quod legisse memini in *obseruatione 57. num. 1. eiusdem Ren. de Luca*, vbi contra illum excellentem virum *Bernardinum Muscatellum* blaterauit: somniasse credo *Dom. Vinc. de Franchis* censura affici *à d. Bernardino in glos. suspectorum num. 36.* sed vt verum pateat audiamus illum
30 in sua *dec. 57. in princ.* quid dicat, deindè istum in quo dissonet: *adesse Pragm.* (ait ille) *Raymundus* incipientem (sed in meo primo vol. prag incip. *Aliam similiter*, & est tertia in ordine *sub tit. de dilationibus* emanata *d. Raymundo de Cardona* tunc Locumtenente huius Regni) *in cuius secundo capite prouisum est, quod pro quolibet Mẽse dilationis vltra marina, seù extra Regnum obtenta, tenetur is, qui obtinuit facere depositum ducatorum quindecim, applicandorum si pars ea non fuerit vsa pro medietate alteri parti, & pro alia medietate commodis Tribunalis, vbi causa agitabatur* hæc *Dom. de Franchis.*

31 Audiamus modo *Muscatellum* ibi *num. 34. sed quidquid sit ista nominatio extra Regnum solet duobus modis fieri, vel enim fit extra Regnum simpliciter, vel fit extra Regnum, tamen additur à Procuratoribus, quod ea intẽdunt vti, ac si esset facta infra Regnum, & in vltimis partibus Regni, & hoc faciunt ad euitandum depositum ad quod tenentur quando simpliciter fecissent.* deindè *d. num. 36.* subdit *Aliud verò depositum quod fieri debet, quando testes nominati extra Regnum sunt examinandi per aliquem Cõmissa-*

missarium destinatum ordinarijs locorũ, & tunc reprobata Carauita opinione (dicit) veritas est, prout inquit Dom. Vinc. de Franchis in sua decis. 57. incip. per Reg. Prag. igitur vbi est *censura Mustatelli*, si cum ipso Dom. Præside idẽ sentijt herclè hæc non sunt leuidentia: malè odent mendacia, magis feruntur improuida, quam quæ dicuntur opera? ò miserum me si ego trabem ex oculo meo non eijciam, quomodò festucam in oculis fratris mei inspicere potero? huc illud D. Bernardi in meditationibus spectat *multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, stude cognoscere te ipsum*. Ah pro me facit hęc sententia, & non pro alijs.

Hæc obiter ad veritatis propugnaculum dixisse protestor, salua pace omnium prædictorum virornm, quos omnes meos præceptores colo, & præcipuè *d. Dom. meum D. Carolum*; ad remedeamus, & quæ prolixius prosecuti sumus, memoriæ causa contrahamus.

Visum est igitur, quod prisci temporibus licet obligationes recipiebantur penes acta, absque testium subscriptione, eatenus eæ valebant quatenus constabat de mandato Iudicis, aut de eius præsentia ex iuribus per *DD.* supra allegatis, deindè enim successiuis temporibus desijt præsentia, aut Iudicis mandatũ, fortasse credo, quia actuarj horis, & temporibus sibi opportunis Iudicis

32 præsentiam, aut eius mandatum de facili, absque incommodo habere non poterant, ideò pro faciliori negotiorum expeditione fuit postmodum introductus vsus, siuè stylus testium subscriptionis obligandum cognoscere asserentium, quod hodiè seruatur, vt testatur etiam *Pater Molphesius in comment. ad consf. Neap. tit. de instrum. confect. per curiales Neapolitanos p. 10. q. 9. num. 8. tom. 2.* & meritò exclamauit tũc *Afflictus* ibi *Iudice absente, & sine testibus*, quasi dicere voluisset, si sine Iudice, aut eius mandato, quarè saltem testiũ subscriptio non seruanda sit?

Annuã insuper, quod obligationes penes acta possunt vbiq; capi ab Actua-

33 rijs, vt rectè obseruauit *Marcus Anton. Puluerinus ad Afflictum decis. 387. de Franchis decis. 118. n. 7.* & licèt in capitẽdis vbique huiusmodi obligationibus præsumatur habere mandatum Iudicis non ideò est excludenda testium subscriptio ex iuribus desuper relatis.

Postremò ememor significandi non ero, obligationem sine Iudicis præsentia, & sine testibus captam licet nulla sit, itaut vigorem, & executionem veræ obligationis penes acta non mereatur ratione solemnitatis omissæ de mẽte *dictæ Pragmaticæ requisitæ*; tamen non esse omni actione destitutam, vt pluribus probat *dictus Dom. meus Petra vbi supra nu. 9. & 12.* vtique si omni actione careret, terminus non impar.

34 titus fuisset per S.C. in inobligatione capta sine testibus cõtra Antoniũ Biodi, vt refert *d. Dom. Petra vbi sup. n. 8.* & sic in casu talis defectus, remanet cõfessio debitoris, & datur pro cautela, quod probentur contenta in ea, quibus probatis, tantum cõsequi poterit actor, quantum consequi potuisset si dicta obligatio omni solemnitate requisita facta fuisset, ità *Roland. à Valle consil. 43. num. 21. vsque ad finem vol. 3. Bald. consil. 400. vol. 4.* & facit quod annuit *Vrsill. ad Afflict. decis. 331. sub nu. 4.*

Hæc quęcumque scripsi Peritiorum censuræ subijcio, & à iusto in misericordia corrigi cupio recensendo illud quod continuò experimento liquet, *etiã doctissimis errores plurimos excidere teste Connano lib. 10. commentariorũ cap. 14. sub num. 8. circa medium*

FORMVLA LIBELLI Appellationis.

IN M. C. Vicariæ comparet V.I.D. Carolus de Raso dicẽs annis elapsis cum vigore instrumenti mutui esset debitor Pompei Zappa in ducatis biscentum, quos soluere promiserat intra annũ eoque exacto illorumque solutione non facta ad interesse teneretur; euenisse, vt post tres annos à debita solutione decursos soluerit dicto Pompeo dictos ducatos biscentum, & de eis quietationem habuerit, & ea non obstan-

stante, fuit conuentus in Curia Capuana ad ei soluendum interesse dicto medio tempore decursum, super quo compilato processu fuit condemnatus ad quātitatem liquidandā, & quia omni iure absolui debuerat ex iuribus suo loco proponēdis, ideò grauatus appellauit ad dictam M.C. prout denuò ad præsens appellat, instando mandari dictæ Curiæ, quod transmittat acta originalia relicta copia processus propter suspicionem falsitatis cū reuerentia, & non procedat, nec se amplius intromittat, ità petit omni modo meliori, &c.

SMMARIVM.

Creditor si recipiat sortem principalem, liberat debitorem ab interesse debito officio Iudicis, n.2.

Limitatur cum interuenit protestatio, ibidem.

Interesse quod debetur iure actionis non cēsetur remissum, licèt creditor recipiat sortem principalem, n.2.

Limitatur cū fuerit facta quietatio, & cassatio instrumenti, ibidem.

Interesse dicitur pœna, n.3.

Quod sit interesse officio Iudicis, & quod iure actionis, declaratur, nu.4.

OBSERVATIO.

1 Communis *DD.* cōclusio est, quod per receptionem sortis principalis factam à creditore, debitor censetur liberatus ab interesse debito officio Iudicis, cum sit illud, tanquam accessoriū *Rota Genu. decis. 61.* limitatur tamen cū fuerit facta protestatio sine qua videtur remittere, eadē *Rota Genue. vbi sup.* secus est in interesse, quod iure actionis debetur, vt penes *Dom. de Franchis dec. 21.* & hoc sine dubio procedit in
2 simplici receptione sortis principalis, sed si creditor vltra receptionem sortis faciat quietationem de ea, & cassat instrumentum pro dicta sorte principali, licèt nihil dicat de interesse, etiā de eo quod debetur iure actionis, tūc remanet debitor liberatus, & ratio ea est, quā dicit *Bar. in l. Aurelio. §. Caius n. 13. ff. de liber. legat. & in l. eos, Cod. de vsur. n.6.* quem sequitur *Alexand. in l. si de certa re in princ. C. de transaction. Paulus in l. si eum, C. de Iudicijs, & Iason. in l. fin. num. 7. ff. eo quod certo loco,* quia facta quietatione principalis cessant accessoria, & connexa; & quod interesse etiam in stipulatione promissum dicatur accessorium ad sortem principalē, non obstante quod possit peti iure actionis expressè dicit *Iason. in l. 1. n. 3. in fine, & 9. cap. de iudicijs,* imò in eadē *l. fin. ff. de eo quod certo loco* dum dixerat quod per receptionem capitalis non fit præiudicium petioni interesse debiti iure actionis, subdit *d. num. 7. quid in liberatione?* & tenet cum *Bartolo,* quod cēseatur liberatus debitor ab omnibus, & ideò dum Pompeus fecit quietationem in beneficium dicti Mag. Caroli, & cassauit instrumentum mutui pro capitali dictorum ducatorum biscentum non potest amplius tractari de eorum interesse quantumcumque promissum in prædicto instrumento in casu non solutionis tempore in instrumento præ-
3 fixo, quia tale interesse dicitur pœna respectu dicti Mag. Caroli, vt dicit *Bal. in d. l. fin. col. 2.* in verbo *in tex. deberet,* etenim ibi inquit *Pœna,* idest interesse, quod est pœna: hinc est quod tantum debetur pœna, quantum cum interesse concurrit *l. cum allegas, C. de vsuris,* igitur si transacto negotio principali non potest amplius de pœna tractari *l. 2. §. 1. ff. si quis caut.* ergò nec potest agi de primo interesse promisso pro pœna in casu non solutionis mutuatæ pecuniæ, quem textum ad hoc propositum adducit *Alex in d. l. si de certa re in princ. C. de transact.* imò *Paulus in d. leg. 2.* intelligit eum propriè in pœna succedenti loco interesse, & dicit ibi *num. 2.* quod per transactionem factam de sorte principali tollitur dicta pœna, & successiuè dictum interesse.

4 Præterea secundum *Baldū in d. l. 1. num. 4. C. de iudicijs,* tunc interesse dicēdum est deberi iure actionis, cum debetur ex stipulatione propter stipulationem, vt sunt tertiæ, quæ certitudinaliter,

liter,& simpliciter absque conditione, promittuntur, sed quando interesse debetur ex stipulatione propter moram positam in conditione, vt in hoc casu, tūc inquit ipse,illud officio Iudicis deberi,& affert rationem, ex *l. Rogasti,ff. si certum petatur col. 2. verbo extra nota*,vbi sic inquit, *non valere pactum, quod post lapsum temporis mutui soluatur certa quantitas, nec nomine pœnæ, nec nomine vsuræ, nec nomine interesse, quia non debetur,nisi illa quantitas, quæ per Iudicem extimabitur,* & sic illud interesse propter moram cum sit incertum,non potest peti,nisi officio Iudicis, quod officium cessat post quietationē factam de sorte principali.

Hæc paucula ad proprium vsum lucubrata,incompta nunc in lucem prodeunt, amicis vt satisfacerē:quarè carmen proferre cogor,

Ne pigeat Lector, tibi si mea grata videntur
Illa Deo dare: quæ sunt mala, redde mihi.

LAVS DEO ; ATQ; B. M. V. IMMACVLATAE.

DITIS.

DITISSIMVS INDEX RERVM OMNIVM,

Quæ in hoc opere continentur alphabetico in ordine dispositus.

A

De-

D

E

Cle-

Ex-

F

Fra-

riores

Re-

S

Sen-

Tran-

T

Ver-

V

FINIS.

ERRATA.	CORRECTIONES.
fol. 2. col. 1. vers. 4. quis	quas
fol. 2. col. 1. vers.43. Augumentum	Augmentum
fol. 3. col. 2. vers.24. exclusione	Conclusione
fol. 3. col. 1. vers.37. lucipiendi.	suscipiendi
fol. 3. col. 1. vers. 7. lilium	Liuium
fol. 4. col. 2. vers. 1. Castilli	Castrilli
fol. 7. col. 1. vers.43. nequè	nempè
fol. 7. col. 2. vers. 1. mihi	hic
fol. 16. col. 1. vers.42. dicantatur	decantatur
fol. 16. col. 2. vers. 3. notificando	notificanda
fol. 8. col. 2. vers.38. pro repulsando	pro repulsa
fol. 18. col. 2. vers.46. mediatè	immediatè
fol. 21. col. 1. vers. 3. tale	talem
fol. 21. col. 2. vers. 2. impertiebatur	impartiebatur
fol. 21. col. 2. vers.33. actenus	hactenus
fol. 22. col. 2. vers.19. Muscatell.	Mastrillus
fol. 24. col. 1. vers.18. opponitur	opponatur
fol. 31. col. 1. vers.42. furi	iuri
fol. 36. col. 2. vers.12. seiuctim	seiunctim
fol. 36. col. 2. vers. 26. transactam	transactum
fol. 36. col. 2. vers.45. Mararantam	Marantam
fol. 44. col. 2. vers.23. inctrumentum	instrumentum
fol. 45. col. 2. vers.41. deiurii	periurii
fol. 49. col. 1. vers.52. iteresse	interesse
fol. 51. col. 2. vers.34. possir	posse
fol. 37. col. 2. vers. 9. adductis	adductus.
fol. 74. col.2. vers. 2. compilatio	compilato
fol. 76. col. 2. vers 32. aduite	aduerte
fol. 54. col. 2. vers. 2. sumpra	suprà
fol. 85. col. 2. vers. 3. iudicantis	iudicanti
fol. 86. col. 2. vers.29. sustantialia	substantialia
fol.120. col. 2. vers.44. apponatur	opponatur
fol.144. col. 2. vers.25. Ioannes	Ioanne
fol.145. col. 2. vers. 3. & illud	vt illud
fol.146. col. 1. vers.14. fauorabilia	fauorabiliora
fol.151. col. 2. vers.30. inducta	in dicta
fol.162. col. 2. vers.40. eę	eo
fol.163. col. 1. vers.29. bouis	bonis
fol.163. col. 2. vers.26. nullorum	nonnullorm
fol.165. col. 1. vers.43. instrumentum	instrumentorum
fol.165. col. 2. uers 7. Arbitrio.	Arbitrò
fol.173. col. 2. vers.42. dicenduum	dicendum
fol.174. col. 2. vers. 6. firmando	fir.mandum
fol.175. col. 1. vers.44. ille	illum
fol.174. col. 1. vers.21. affirmatiuum	affirmantium.